SYMEONIS METAPHRASTÆ

OPERUM PARS TERTIA

COMPLECTENS

VITAS SANCTORUM A SYMEONE METAPHRASTE SCRIPTAS

—

MONITUM EDITORUM.

Difficillimum est in codicibus mss. et in editionibus, quibus Vitæ sanctorum descriptæ sunt, Vitas a S. Metaphraste scriptas discernere ab iis quas Metaphrastes vel interpolavit, vel immutatas adoptavit, vel quas alii post Metaphrastem ex scriptis ejus confecerunt. Hic difficultati lucem qualemcunque affundunt tres catalogi quos Deo Allatius, de scriptis auctoris nostri agendo, confecit; primus scilicet Vitarum quas Metaphrastes scripsisse refertur apud Lipomanum et apud Surium: secundus Vitarum quæ certo a Metaphraste scriptæ non sunt; tertius Vitarum, quæ attenta auctoritate codicum et considerata scribendi ratione, Metaphrastem certo auctorem habent. Catalogi illi non leviter, sed nature confecti fuisse videntur. Novum subsidium in discernendis Vitis sanctorum a Metaphraste exaratis conferre possunt duo catalogi, quos hic subjicimus, unus quem Hanckius, in libro suo *De scriptoribus Byzantinis*, magna diligentia composuit; alter quem Daniel De Nessel confecit ex codicibus mss. Bibliothecæ Vindobonensis. Hic sequuntur.

—

MARTINI HANCKII

Catalogus Vitarum quas Symeon Metaphrastes composuit.

(De Byzantin. rerum scriptor. in 4°, Lipsiæ 1677).

—

1. Historia de Martyrii et Marciani martyrio: A quorum ille subdiaconus, hic cantor Ecclesiæ Constantinopolitanæ; uterque Pauli Constantinopolitanorum patriarchæ notarius fuit: uterque sub imperatore Constantio, Constantini Magni filio, Ariano, revera quidem propter orthodoxiam, sed tamen criminum perpetratorum specie, mortem obiit.

2. Historia de Joannis Chrysostomi, Antiocheni Syri, Constantinopolitanorum patriarchæ vita. Rebus ante patriarchatum ab ortu, circiter A. C. 355, præmissis; incipit a Chrysostomi patriarchatu, A. C. 398; desinit in Chrysostomi exsilio, A. C. 403; rebus subjunctis ad obitum, A. C. 407.

3. Historia de sancti Matthæi apostoli et evangelistæ vita et martyrio.

4. Historia de sancti Lucæ apostoli et evangelistæ vita et martyrio.

5. Historia de sancti Joannis apostoli et evangelistæ vita et martyrio.

6. Historia de sancti Philippi apostoli vita et martyrio.

7. Historia de sancti Jacobi apostoli vita et martyrio.

8. Historia de sancti Thomæ apostoli vita et martyrio.

9. Historia de Sabbatii, Trophimi et Dorymedontis martyrio, quod Sabbatius apud Antiochenos in Syria, Trophimus et Dorymedon apud Synadenos in Phrygia sub imperatore Probo subierunt.

10. Historia de Thyrsii, Leucii, Philemonis, Apollonii et sociorum martyrio, quod in Bithynia sub imperatore Decio sustinuerunt.

11. Historia de Menedoræ, Metrodoræ, Nymphodoræ virginum Bithynarum martyrio, quod sub imperatore Maximino subierunt.

12. Historia de Joannicii abbatis vita, qui in Bithyniæ vico Marycato, anno imperatoris Leonis IV (qui Constantinum Copronymum patrem habuit) decimo quarto, Christi 793, natus, postquam iconomachus fuerat, vitæ solitariæ cultor, tandem in Bithynia monasterii quod exstruxerat et Eustachio martyri dedicaverat, abbas, anno imperatoris Michaelis Balbi quinto, et Christi 825 decessit. D

13. Historia de Marcelli Acœmetarum abbatis vita, qui Apameam Bithynorum urbem patriam nactus, in Bithyniæ monasterio, quod ob hymnos perpetuos, non diurnis tantum sed etiam nocturnis temporibus in eo cantari solitis, ἀκοιμήτων, id est non dormientium nomen acceperat, imperatore Leone Thrace. A. C. 469, abbas fuit.

14. Historia de Euphemiæ virginis martyrio, quod in Chalcedonia Bithynorum regione sub imperatore Diocletiano sustinuit.

15. Historia de Anthimi Nicomediensis, Nicomediensium episcopi, martyrio, quod sub imperatore Maximiano passus est.

16. Historia de Indi eunuchi, Domnæ virginis et aliorum martyrio, qui sub imperatore Maximiano intra Nicomediam Bithyniæ urbem, tum in incenso templo Christianis repleto, tum extra illud perierunt.

17. Historia de Julianæ virginis martyrio, quod intra Nicomediam patriam sub imperatore Maximiano sustinuit.

18. Historia de Barbaræ virginis martyrio, quod Nicomediæ sub imperatore Maximiano subiit.

19. Historia de Eulampii et Eulampiæ Nicomediensium fratris et sororis martyrio.

20. Historia de Theodori Tyronis (alias Teronis) militis martyrio, quod apud Amasenos in Ponto sub imperatore Maximiano sustinuit.

21. Historia de Abrahami Mysii eremitæ vita, qui sæculo post C. N. sexto, deserta sponsa sua, solitariam ad Hellespontum in Mysia vitam egit.

22. Historia de Theophanis vita, quem patria Constantinopolitanum Ager magnus, in Sigriana Mysiæ minoris regione, monasterium habuit abbatem, circiter A. C. 818 mortuum.

23. Historia de Abercii, Hieropolitanorum, in minore Phrygia, episcopi vita, qui sub imperatoribus M. Antonino et L. Vero claruit.

24. Historia de Carpi et Papyli Pergamenorum Phrygum, martyrio, quod in Lydia Thyatirensium ille quidem episcopus, hic autem diaconus, cum sociis, sub imperatore Decio, sustinuerunt.

25. Historia de Timothei vita, qui Lystram Lycaoniæ civitatem patriam habuit, Pauli apostoli discipulus, Joannis evangelistæ successor, Ephesiorum in Ionia episcopus, Ephesi, sub imperatore Nerva, martyr obiisse dicitur.

26. Historia de Eusebiæ virginis Romanæ vita, quæ virgo, cum in urbem Cariæ Mylassam venisset, nomine suo dissimulato, se ξένην, id est hospitam dixit; ibi monasterium Sancto Stephano martyri sacrum excitavit, in quo vitam clausit, sæculo post C. N. quinto.

27. Historia de Matronæ Pergensis vita; quæ Matrona urbem in Pamphylia Pergen patriam habuit, Domitiani uxor, Theodatæ mater, viro tandem posthabito quanquam invito, in monasteriis vitam transegit.

28. Historia de Zenobii martyrio, quod Œgarum in Iconio sinu Cilicum civitatis episcopus, cum sorore sua Zenobia, sub imperatore Diocletiano, sustinuit.

29. Historia de Sozonis opilionis, patria Cilicis, martyrio, quod apud Pompeiopolitanos in Cilicia, sub imperatore Maximiano subiit.

30. Historia de Bonifacii Romani martyrio quod apud Tarsenses in Cilicia sustinuit.

31. Historia de Clementis Ancyrani in Galatia episcopi vita et martyrio, qui A. C. 257 natu, A. C. 277 episcopus creatus, patriam suam Ancyram sub imperatore Maximiano, circiter A. C. 809, martyrio suo nobilitavit.

32. Historia de Platonis Ancyrani Galatæ martyrio, quod in patria urbe sustinuit.

33. Historia de Mennæ Ægyptii martyrio, quod imperantibus Diocletiano et Maximiano miles, sub iisdem in Galatarum urbe Cotyæo sustinuit.

34. Historia de Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii, et Orestæ martyrio, quod sub imperatoribus Diocletiano et Maximiano in Cappadocia subierunt.

35. Historia de Longini centurionis martyrio, qui natione Judæus, Christi pendentis in cruce custos, ad religionem Christianam conversus, persecutionis auctore Pilato, Cæsareæ Cappadocum urbe, mortem pro Christo subiisse dicitur.

36. Historia de Mercurii martyrio, quod patre Gordiano Scytha natus, militum dux, Cæsareæ Cappadocum urbe, sub imperatore Decio sustinuit.

37. Historia de Mamantis Paphlagonis martyrio, quod Cæsareæ Cappadocum urbe, sub imperatore Aureliano subiit.

38. Historia de Severiani militis martyrio, quod Cæsareæ Cappadocum urbe sub imperatore Licinio sustinuit.

39. Historia de Gregorii Parthi vita, qui multiplices ab Armeniis afflictiones ob Christianam religionem passus, ad eam et regem et populum Armeniorum convertit: horum aliquandiu episcopus, tandem solitudinis amator, filium Arostanem in episcopatu successorem accepit, qui concilio Nicæno interfuit, A. C. 325.

40. Historia de Romuli, Zenonis, Eudoxii et Macarii martyrio, quod Romulus quidem sub imperatore Trajano, cæteri vero sub imperatore Diocletiano in Armeniæ minoris urbe Melitine, subierunt.

41. Historia de Hieronis et sociorum martyrio; ex quibus Hiero urbem in Cappadocia Tyanam patriam habuit, cum 30 sociis martyrium in Armeniæ minoris urbe Melitine sub imperatoribus Diocletiano et Maximiano passus.

42. Historia de 40 martyrum, 39 militum Cappadocum, cum quadragesimus ab iis aufugisset, ejus loco custodem carceris, paganum hominem, Christianum repente factum, martyrii socium consecutorum martyrio, quod in Sebastianorum urbe, quam vetustiores quidem in Cappadocia, recentiores autem

in Armenia minore sitam esse docent, sub imperatore Licinio, sustinuerunt.

43. Historia de Spiridonis in insula Cypro episcopi Trimmythuntini vita, qui sub imperatore Constantino Magno vixit, et concilio Nicæno interfuit, A. C. 325.

44. Historia de Ignatii Theophori, Antiochenorum in Syria episcopi, martyrio quod anno imperatoris Trajani XI, Christi 108, in urbe Roma subiit.

45. Historia de Luciani martyrio, qui Samosatam urbem Syrorum patriam habuit, Antiochenus in Syria presbyter fuit; apud Nicomedienses in Bithynia, sub imperatore Maximino, circiter A. C. 312, martyr obiit.

46. Historia de Cypriani, Antiochenorum episcopi, vita et martyrio, quod cum Justina virgine Antiochena, sub imperatore Decio, subiit.

47. Historia de Artemii martyrio, quem imperator Constantius Ægypto præfeceral, imperator Julianus Antiochiam vocatum, ibidem et provincia et vita privavit.

48. Historia de Symeonis Stylitæ, seu Columellæ senioris, natione Cilicii, vita, qui monasterio egressus, montem Antiochenæ ditionis in Syria situm ascendit, ibique multos annos in columnis primum brevioribus, tandem ad 40 cubitorum altitudinem erecta stetisse dicitur, anno imperatoris Thracis quarto, Christi 460, mortuum.

49. Historia de Ananiæ, unius e 70 Christi discipulis, martyrio, quod in patria, id est, Syrorum urbe Damasco, sustinuit.

50. Historia de Ephræmi Syri vita, qui Edessam Syrorum urbem patriam habuit, Ecclesiæ Edessenæ diaconum, sub imperatore Valente, mortuus est.

51. Historia de sancti Danielis prophetæ et trium ejus sociorum vita.

52. Historia de Charitonis confessoris, Iconiensis Lycaonii, vita, qui sub imperatore Aureliano vix martyrium effugit, præter alia duo monasteria lauram, quæ Pharus quoque dicitur in Palæstina condidit, in quo monasterio mortuus est.

53. Historia de Cyriaci anachoretæ vita, qui anno imperatoris Theodosii junioris XL, Christi 447, Corinthi natus, cum in pluribus monasteriis egisset monachum, per quinquennium eremita, denique in Charitonis monasterium, quod erat in Palæstina, reversus, ætatis 107 annis transactis, anno imperatoris Justiniani primi XXIX, Christi 555, vitam in eodem monasterio clausit.

54. Historia de Theodori Graptæ vita, qui patria Hierosolymitanus intra Palæstinam in Sabæ monasterio monachus, multa propter imaginum cultum quem defendebat, ab imperatoribus Iconomachis, Leone Armeno, Michaele Balbo et Theophilo passus, tandem apud Bithynos exsul in carcere mortuus est.

55. Historia de Melanæ Romanæ vita, quam feminam, inito inter ipsam et maritum continentiæ pacto, in Orientem digressam, conditis aliquot in Palæstina monasteriis, ibidem mortuam refert.

56. Historia de Cornelii centurionis Palæstinorum Cæsariensis vita, quem Petrus apostolus ad Christianam religionem convertit.

57. Historia de Galactionis et Epistemes vita et martyrio, quos conjuges, matrimonio vitam solitariam præferentes, in monasteria digressos, tandem martyrium in Arabia prope Sinam montem passos esse narrat.

58. Historia de Samonæ, Guriæ, Abibi, Mesopotamorum, martyrio, quorum duo priores sub imperatore Diocletiano, tertius sub imperatore Licinio martyres obierunt.

59. Historia de Danielis Stylitæ vita, qui Mesopotamiæ vicum patriam nactus, sub imperatoribus Leone, Zenone, Basilisco monachum egit.

60. Historia de Acindyni, Pegasii, Anempodisti, Aphthonii, Elpidiphori martyrio, quod in Persia sub Sapore Persarum rege sustinuerunt.

61. Historia de Acepsimæ, Josephi et Æithalæ Persarum martyrio, quod ille senex octogenarius, hic presbyter, iste diaconus in Persia, rege Persarum Sapore, subierunt.

62. Historia de Anastasii Persæ vita, qui ex Persia in Palæstinam profectus, in Anastasii monasterio prope Hierosolymam urbem, anno imperatoris Heraclii X, Christi 620, vitam monasticam iniit; postea in Persiam reversus, sub Chosroe Persarum rege, martyr, anno imperatoris Heraclii XVIII, Christi 628, vitam clausit.

63. Historia de Bacchi et Sergii Romanorum martyrio, quod imperatore Maximiano in Africa, sub ejus præfecto Antiocho, sunt passi.

64. Historia de Vari sociorumque martyrio, quod in Ægypto, sub imperatore Maximiano, sustinuerunt.

65. Historia de Caterinæ (alias Hæcaterinæ) virginis martyrio, quod in Ægypto, sub imperatore Maxentio, Alexandriæ subiit.

66. Historia de Menæ, Hermogenis et Eugraphii martyrio, quod in Ægypto, sub imperatore Maximino, Alexandriæ sustinuerunt.

67. Historia de Epimachi Ægyptii martyrio, quod Pelusini montis eremita in Alexandrinorum Ægyptiorum urbe subiit.

68. Historia de Athanasii episcopi Ægyptiorum Alexandri vita, qui Ecclesiæ Alexandrinæ presbyter, A. C. 325, concilio Nicæno interfuit, in Alexandrini Alexandrinorum episcopi mortui locum, A. C. 326, episcopus creatus, cum diu graves ab Arianis afflictiones passus, episcopatum annis 46 gessisset, sub imperatore Valentiniano I mortuus est, A. C. 373.

69. Historia de Euphrosyne, Alexandrinæ virginis Ægyptiacæ vita, quæ virgo sub imperatore Theodosio, Arcadii filio, nata, vitam in ædibus paternis per annos 18, in monasterio per annos 38, in terris per annos 56 egit, circiter A. C. 470 obiit.

70. Historia de Theodoræ vita, quam feminam apud Alexandrinos in Ægypto natam imperatoris

Zenonis temporibus ibidem virtutibus claram, post A adulterium a se commissum deserto marito, intra monasterium ab Alexandria militaribus octodecim remotum, inter monachos pro viro habitam, reliquum ævum transegisse narrat.

71. Historia de Joannis Eleemonis, id est misericordis, Alexandrinorum episcopi vita, qui patriam in Ægypto Amathuntem, patriarchatum in Ægypto Alexandrinum, anno imperatoris Phocæ quinto, Christi 606, nactus, in patria quo iter mox e vivis abiturus susceperat, diem suum obiit, anno imperatoris Heraclii VII, Christi 616.

72. Historia de Patapii eremitæ vita, qui Thebas Ægypti urbem patriam habuit.

73. Historia de Aretæ martyrio, quod sub Elesbaanæ Æthiopum rege Christiano, civitatis in B Æthiopa Nagranæ præses, cum eam Dunaanus Arabum rex Christianis inimicus occupavisset, cum aliis martyribus obiit.

74. Historia de Eustathii martyrio, quod sub imperatore Trajano dux militum, sub eodem ad religionem Christianam cum suis conversus, cum Theopiste uxore, Agapio et Theopisto filiis, sub imperatore Adriano, in urbe Roma, subiit.

75. Historia de Sophiæ Italæ martyrio, quod cum tribus filiis, fide, spe et charitate, sub imperatore Adriano, in urbe Roma, subiit.

76. Historia de Eugeniæ Romanæ virginis martyrio, quod in urbe Roma, sub imperatoribus Valeriano et Galieno sustinuit.

77. Historia de Georgii Capadocis martyrio, quem C vulgus cum Dracone pugnam iniisse putat, imperator Diocletianus cum tribunum militum, denique comitem creavisset, in urbe Roma, propter Christianam religionem occidi jussit.

78. Historia de Anastasiæ Romanæ viduæ martyrio, quod in urbe Roma sub imperatore Diocletiano sustinuit.

79. Historia de Anastasiæ Romanæ virginis martyrio, quod sub imperatore Diocletiano subiit.

80. Historia de Eleutherii, patria Romani, Illyricorum episcopi martyrio, quod cum Evamphia matre, sub imperatore Adriano, sustinuit.

81. Historia de Nicetæ Gothi martyrio, quod Romanorum imperatore Gratiano, Gothorum rege Athanarico, Christianos Gothos tum Danubii accolas persequente, sustinuit.

82. Historia de Gregorii episcopi Siculorum Agrigentini vita, qui ex vico ad Agrigentum urbem ortus, a Macario episcopus Hierosolymitano diaconus Hierosolymitanus, tandem ab episcopo Romano episcopus Agrigentinus Theodori successor creatus est.

83. Historia de Agathæ virginis, patria Catanææ, martyrio, quod intra Siciliam in urbe Catana, sub imperatore Decio tertium consulatum gerente, A. C. 251, sustinuit.

84. Historia de Dionysii Areopagitæ Atheniensis, quem sanctus Paulus apostolus ad religionem Christianam convertit, vita et martyrio. Primus Atheniensium episcopus, quem postea plures primum Parisiensium episcopum fuisse narrant, sub imperatore Domitiano, martyr obiit.

85. Historia de Theoctistæ Lesbiæ virginis vita, quæ virgo patriam habuit Methymnam urbem in Ægei maris prope Phrygiam Asiæ provinciam Græcorum insula Lesbo, quæ nonnullis etiam Mytilene dicitur, vitam monasticam in Paro Græcorum insula coluit.

86. Historia de decem martyrum martyrio, quod in Græcorum insula Creta sub imperatore Decio sustinuerunt.

87. Historia de Andreæ Cretensis vita, qui sub imperatore Constantino Copronymo Iconomacho mori quam imaginum cultum damnare maluit.

DANIELIS DE NESSEL

Catalogus Vitarum quas Symeon Metaphrastes composuit.

(Ex Catalogo Biblioth. Vindobon. mss. Græc. in fol. Indicis 1 pag. 109.

Symeonis, cognomine Metaphrastæ, qui fuit ma- D gister et logothetes in aula Constantinopolitana, decimoque post Christum sæculo floruit.

Historia vitæ S. Alexii;

Historia martyrii S. Panteleemonis;

Historia vitæ S. Nicolai, episcopi Myrensis;

Versus compunctorii forma confessionis secundum ordinem alphabeticum;

Canticum sacrum ordine alphabetico,

Synaxarium in crucifixionem Christi versibus politicis;

Historia martyrii sancti Nicetæ Gothi;

Historia martyrii sancti Eleutherii episcopi Illyrici, et historia martyrii sancti Polyeucti;

Historia martyrii sancti Demetrii proconsulis;

Vita sanctæ Mariæ, quæ in virili cœnobio, sub habitu virili et nomine Marini, sanctissime vixit, nec nisi post obitum femina deprehensa est;

Historiæ vitæ sancti Joannis Chrysostomi fragmentum;

Vita sancti Thryphonis martyris, patria Cambsadensis in Phrygia, Nicææ autem in Bithynia. A. C. 250 sub imp. Decio passi;

Martyrium sancti Isidori Alexandrini martyris.

Martyrium sanctæ Agathæ virginis et martyris ; A
Martyrium sanctorum martyrum, Faustæ, Eveiasii et Maximini ;
Vita beati Eugenii et Mariæ ejus filiæ in cœnobio sub habitu virili dictæ Marini ;
Martyrium sancti Nicephori, martyris Antiochiæ in Syria ;
Vita et martyrium sancti martyris Blasii, episcopi Sebastiæ in Cappadocia, et sociorum ejus ;
Martyrium sanctorum Pamphili, Valentii, Pauli, Seleuci, Porphyrii, Theoduli, Juliani et sociorum (initio quidem ab Eusebio ipsius sancti Pamphili amico intimo, et Cæsareæ in Palestina episcopo conscriptum, multis autem post sæculis a Symeone Metaphraste interpolatum ;
Vita sancti Andronici et uxoris ejus Athanasiæ; B
Martyrium sancti Orestis Tyanæ in Cappadocia sub imp. Diocletiano ;
Martyrium sancti Victoris et sancti Stephanidis;
Martyrium sancti Vincentii, archiadiaconi Cæsaraugustani ;
Narratio miraculi a SS. martyribus Guria, Samona et Abibo, Edessæ editi ;
Martyrium sancti Platonis ;
Martyria, Vitæ et Encomia SS. mensis Octobris, nempe :
Martyrium sanctæ Ananiæ ;
Martyrium SS. Cypriani et Justinæ ;
Martyrium sancti Dionysii Areopagitæ ;
Martyrium sanctæ Charitines ;
Commentarius in sanctum apostolum Thomam; C
Martyrium SS. Sergii et Bacchi ;
Vita sanctæ Pelagiæ Antiochenæ ;
Martyrium SS. Eulampii et Eulampiæ ;
Martyrium SS. Probi, Tarachi et Andronici ;
Martyrium SS. Carpi, Papyli et sociorum ;
Martyrium SS. Nazarii, Gervasii, Protasii et Celsi ;
Martyrium sancti Luciani ;
Martyrium sancti Longini Centurionis ;
Commentarius in sanctum evangelistam Lucam;
Martyrium sancti Vari ;
Martyrium sancti Andreæ in Crisi ;
Martyrium sancti Artemii ;
Vita sancti Hilarionis ;
Vita sancti Albericii ;
Commentarius in sanctum apostolum Jacobum D fratrem Domini dictum ;
Martyrium S. Arethæ ;
Martyrium SS. Marciani et martyrii notariorum ;
Martyrium sancti Demetrii ;
Martyrium sanctæ Anastasiæ Romanæ senioris;
Vita sancti Abramii eremitæ ;
Martyrium SS. Zenobii et Zenobiæ ;
Martyrium sancti Epimachi ;
Vita sancti Joannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopolitani ;
Martyrium sancti Platonis ;
Martyrium sanctæ Catharinæ virginis ;
Vita sancti Alypii Stylitæ.
Martyrium sancti Jacobi Persæ ;
Vita et martyrium sancti Stephanis Junioris ;
Commentarius in S. Andream apostolum ;
Narratio miraculi a sancto Michaele archangelo, Chonii sive Colossii in Phrygia editi ;
Narratio vitæ, rerum gestarum et miraculorum sancti Nicolai Myrensis in Lycia episcopi ;
Martyrium sancti Nicetæ Gothi ;
Martyrium sanctæ Euphemiæ virginis ;
Vita sancti Ambrosii, episcopi Mediolanensis;
Martyrium SS. Eustratii, Auxentii, Fulgentii, Orestis et Mardarii ;
Vita sanctæ Theodoræ Alexandrinæ ;
Vita sancti Joannis Eleemosynarii, patriarchæ Antiocheni ;
Historia martyrii sancti Polyeucti militis et martyris :
Martyrium sanctæ Catharinæ virginis ;
Vita sancti Symeonis Stylitæ primi sive senioris, qui A. C. 468 centenario major obiit ;
Certamen sancti martyrii Mamantis ;
Certamen sancti martyris Anthimi episcopi Nicomediæ, qui A. C. 302 passus est ;
Martyrium sancti Babylæ, episcopi Antiocheni;
Narratio miraculi a sancto Michaele archangelo Chonii sive Colossis in Phrygia editi ;
Martyrium SS. Eudoxii, Romuli, Zenonis et Macarii ;
Martyrium sancti Sozontis ;
Martyrium sancti Severiani ;
Martyrium SS. martyrum Menedoræ, Metrodocæ et Nymphodocæ ;
Vita sanctæ Theodocæ Alexandrinæ ;
Martyrium sancti Autonomii episcopi ;
Res gestæ sancti Cornelii centurionis ;
Martyrium sancti Nicetæ Gothi ;
Martyrium sanctæ Euphemiæ ;
Martyrium sanctæ Sophiæ et filiarum ejus, Pisteos, Elpidis et Agapes ;
Martyrium SS. martyrum Trophini, Sabbatii et Dorimedontii ;
Martyrium sancti Eustathii et uxoris ejus Theopistes, et duorum filiorum, Agapii et Theopisti ;
Martyrium sanctæ Theclæ virginis ;
Vita sanctæ Euphrosinæ virginis Alexandrinæ;
Commentarius in sanctum Joannem apostolum et evangelistam ;
Martyrium sancti Gallistrati et sociorum ;
Vita sancti Charitonis confessoris ;
Vita sancti Cyriaci anachoretæ ;
Vita et martyrium sancti Gregorii, episcopi magnæ Armeniæ ;
Martyrium sancti apostoli et martyris Ananiæ,
Vita et martyrium SS. martyrum Cypriani et Justinæ virginis ;
Martyrium sancti Dionysii Areopagitæ ;
Martyrium sanctæ Charistinæ virginis ;

Commentarius in sanctum apostolum Thomam;
Martyrium SS. Sergii et Bacchi ;
Vita sanctæ Pelagiæ Antiochenæ ;
Martyrium SS. Eulampii et Eulampiæ ;
Martyrium SS. Probi, Taræchi et Andronici ;
Martyrium SS. Carpi episcopi Thyatirensis, Papyli diaconi et sociorum ;
Vita et certamen SS. martyrum Nazarii, Gervasii, Protasii et Celsi ;
Vita et martyrium sancti Luciani ;
Martyrium sancti Longini centurionis ;
Martyrium sancti Andreæ in Crisi.
Commentarius in sanctum apostolum et evangelistam Lucam ;
Martyrium sancti Vari et sociorum ;
Martyrium sancti Artemii ;
Vita et conversatio sancti Hilarionis ;
Vita sancti Abercii.
Commentarius in sanctum apostolum Jacobum cognominatum fratrem Domini ,
Martyrium sancti Arethæ et sociorum ;
Martyrium SS. Marciani et martyrii notariorum;
Martyrium sancti Demetrii.
Vita et martyrium sanctæ martyris Anastasiæ Romanæ ;
Vita sancti Abramii et sanctæ Mariæ neptis ejus;
Martyrium sancti Zenobii et sororis ejus ;
Martyrium sancti Epimachi ;
Martyrium sancti Dionysii Areopagitæ ;
Martyrium sanctæ virginis Charitines ;
Vita et pœnitentia sanctæ Pelagiæ Antiochenæ;
Martyrium SS. Eulampii et Eulampiæ ;
Martyrium Longini centurionis ;
Commentarius, in sanctum apostolum et evangelistam Lucam ;
Martyrium sancti Demetrii ;
Vita sancti martyris ;
Vita et martyrium sancti Stephani junioris abbatis montis Sancti Auxentii, e regione Byzantii circa Bithyniam siti, qui A. C. 767, ob sanctarum imaginum cultum, sub imp. Constantino Copronymo passus est ;
Martyrium sanctæ Catharinæ virginis ;
Vita sancti Ambrosii, episcopi Mediolanensis.
Martyrium SS. martyrum Menæ, Hermogenii et Eugraphi ;
Martyrium SS. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii et Orestis ;
Martyrium sancti Nicephori, martyris Anthiochæ in Syria ;
Martyrium sancti Blasii ;
Martyrium sancti Nicethæ Gothi ;
Martyrium sancti Ananiæ ;
Commentarius in sanctum apostolum Thomam ;
Martyrium sancti Demetrii ;
Vita sancti Symeonis Stylitæ primi sive senioris;
Martyrium sancti magni martyris Georgii ;
Martyrium sancti Eustratii et sociorum.

MENSIS JANUARIUS.

—

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΗΣ ΩΣΙΑΣ ΕΥΦΡΟΣΥΝΗΣ ΤΗΣ ΕΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ.

—

VITA ET CONVERSATIO

SANCTÆ EUPHROSYNES ALEXANDRINÆ.

(Anno 420.)

[Græce nunc primum editur ex cod. Reg. Paris, sæculi XI, Mss. Græc. n. 1526, fo 213 ; Latine ex Surio ad diem 1 Januarii ; Bolland, 11 Febr.]

—

Α'. Ἄρτι τὰ Ρωμαίων σκῆπτρα Θεοδοσίου τοῦ παιδὸς Ἀρκαδίου εὐσεβῶς διιθυνοντος, ἀνὴρ τις, Παφνούτιος ὄνομα, κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων μεγαλόπολιν ἐγνωρίζετο πλούτῳ τε δαψιλὴς, καὶ εὐγενείᾳ τῇ κατὰ κόσμον περιφανὴς, πολλῷ δὲ μᾶλλον ἀρετῆς πλούτῳ κομῶν, καὶ εὐγενείᾳ ψυχῆς σεμνυνόμενος. Γυναικὶ οὗτος σὺνέζευκται φιλαρέτῳ, καὶ πολλὴν ἐχούσῃ πρὸς Θεὸν τὴν εὐσέβειαν, ὡς εἶναι ταύτην τὴν συζυγίαν ἀψευδῆ τῷ ὄντι, καὶ οἰκείως ἐξ ἀμφοτέρων ἔχουσαν. Ταύτην ἀτεκνουσαν ὁρῶν ὁ ἀνὴρ ἠνιᾶτο· καὶ πῶς γὰρ οὔ ; ἐπεὶ καὶ γάμοις ὡμιληκὼς τοῦτο βούλεται προηγουμένως τὸ παίδων γενέσθαι πατήρ. Ἐζήτει τοίνυν τοῦ λυποῦντος λύσιν εὑρεῖν, καὶ τῇ κοινωνῷ τοῦ βίου τὸ πρᾶγμα καλῶς κοινωσάμενος, πρὸς τὸν πάντα δυνάμενον καταφυγεῖν συνεβουλεύετο. Ὅθεν ἡ μὲν νηστείαις καὶ προσευχαῖς προσκειμένη, Ἄνναν ἐμιμεῖτο, καὶ τὰ ἐκείνης ἐφθέγγετο· Ἀδωναΐ, λέγουσα, Κύριε Σαβαὼθ, ἐὰν ἐπιβλέπων ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν δούλην σου, καὶ δῴης μοι τέκνον ἐκ μήτρας ἐμῆς, τῷ δωρησαμένῳ σοι προσάξω τοῦτο Θεῷ. Ὁ δὲ τὰ ἱερὰ φροντιστήρια περιῄει τοὺς ἐν αὐτοῖς ἀσκουμένους εἰς ἱκεσίαν Θεοῦ ἐκκαλούμενος.

Β'. Καί δὴ κατά τι σεμνεῖον ἱερὸν εἶναι πυνθάνεται γέροντα, ᾧ πολλὴν ἡ τοῦ βίου καθαρότης τὴν πρὸς Θεὸν ἐμνηστεύετο παῤῥησίαν· τούτῳ παραβαλὼν ὁ Παφνούτιος, καὶ τὰ προσήκοντα διομιλησάμενος, εἶτα καὶ περὶ τῶν προκειμένων ἠξίου· Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, λέγων, καὶ τὴν ἐμὴν ἴδε, Πάτερ, ταπείνωσιν, καὶ τὸ συνέχου τῆς ἀθυμίας μοι διάλυσον νέφος τῷ φωτὶ τῶν σῶν προσευχῶν. Χρόνος γὰρ ἤδη συχνὸς, ἀφ' οὗ συνὼν γυναικὶ νεαζούσῃ τε ὥσπερ ἐγὼ, καὶ τῶν ἐκ τοῦ γάμου μετέχων ὀχλήσεων, τῶν ἐκ τούτου καλῶν, εἴπερ τοῦτο καλὸν ἡ παιδοποιία, ἐλεεινῶς ἀπεστέρημαι· καὶ τῇ ἀτεκνώσει ὅλος ἀθυμίᾳ συνέχομαι, εἰ μή τι ἄλλο τοὺς ἐκ νῶν γειτό-

I. Cum Romanorum sceptra Theodosius Arcadii filius regeret, vir quidam, nomine Paphnutius, cognoscebatur in magna civitate Alexandrina, divitiis quidem locuples, sed multo magis virtutis divitiis et animi nobilitate splendidus ac præclarus. Is matrimonio erat conjunctus mulieri virtutis studiosæ, et quæ magna erat in Deum pietate, adeo ut esset hoc revera minime fallax conjugium, et quod benevolentia utrinque tenebatur. Hanc filios non habentem cum videret maritus, angebatur animo. Quidni enim? Nam quicunque junctus est matrimonio, hoc principaliter cupit, se filiorum esse patrem. Quærebat ergo invenire rationem, qua ab hac liberaretur molestia : et cum rem vitæ suæ sociæ recte communicasset, consulebat ut confugeret ad eum qui potest omnia. Quocirca illa quidem vacans jejuniis et precibus, Annam imitabatur, et ea, quæ illa, loquebatur : *Adonai*, dicens, *Domine Eloi Sabaoth, si aspiciens aspexeris super ancillam, et dederis mihi filium ex utero meo, offeram tibi Deo, qui es daturus* [1]. Ille autem sacra obibat monasteria, eos, qui in ipsis exercebantur, provocans ad Deum.

II. Porro autem cum audiisset in quodam sacro monasterio esse senem, cui magna vitæ puritas conciliabat apud Deum fiduciam, eum adiens Paphnutius, cum, quæ conveniebat, esset collocutus, deinde eum rogavit de iis, quæ erant proposita : Aspice, dicens, ad me, Pater, et vide meam humilitatem, et luce tuarum orationum discute nubem mœroris, quæ me premit. Est enim jam longum tempus, ex quo versans cum uxore, quæ est æque atque ego juvenis, et molestiarum matrimonii particeps, iis, quæ sunt ex eo, bonis, si matrimonii bonum est liberorum susceptio, sum privatus miserabiliter : et propterea quod caream liberis, tolius premor animi ægri-

[1] I Reg. I, 11.

tudine, si nihil aliud, probra non ferens vicinorum, qui me irridentes, tanquam sterilem et infertilem conviciis appetunt. Hæc ille quidem dicebat cum lacrymis, prehensans pedes sacrosancti illius senis. Ille autem (sunt enim misericordes, qui virtuti et Deo dant operam) verbis flectitur Paphnutii, et se totum confert ad orationem. Justi itaque oratio, operante apud Deum vi eorum, quæ ipsum ad hoc provocabant, jejuniis et precibus, et communicatione ac benignitate in pauperes, fuit exaudita ab eo, qui audit preces eorum, qui ipsum invocant in veritate : et Paphnutio nascitur filiola, quæ ab infantia præ se ferebat eximiam corporis pulchritudinem : quæ etiam utique subindicabat elegantem et scitum, qui in ea postea fuit, animum : et protinus quidem solvit matris filiorum egestatem, solvit autem patris quoque tristitiam. Ut ergo etiam esset nomen conveniens illi rei, quam erant assecuti, eam protinus nominant Euphrosynem, hoc est, lætitiam.

III. Hanc ergo Paphnutius, cum esset fide fructus, alebat potius virtute, quam iis quæ carnem pinguefaciunt: et iis quæ stant ac manent, magis quam iis quæ efflorescunt, persuadet animum adhibere, et animæ curam gerere rei immortalis, magis quam ejus quod cito marcescit, docebat corporis. Ipsaque aspiciens ad virtutem parentum, et ab illorum probitate animum non habens discrepantem, crescebat, ut corpore, ita etiam animæ pulchritudine. Erat ei jam annus duodecimus, et mater e vita præsenti excesserat. Filia autem sic formata, et ei ætate procedente virtutem magis habens accedem, desiderabat verum sponsum, et, quam ille diligit, curam gerebat animæ pulchritudinis Qui autem attendebant res solas corporeas, et spectabant illius formam corporis, et recte sciebant, quam esset nobili loco nata, octavum decimum jam annum agentem patrem convenientes, petebant in matrimonium. Is autem, cum non posset eorum postulata repellere, uni, qui præstabat omnibus opibus, gloria et virtute, despondet puellam, consilium capiens ejus virtute, longe indignissimum, ut qui non aspexerit ad filiæ suæ statum, et illius in Deum pietatem : nec quod tota evasisset Deo familiaris, eique soli placere, et ejus sponsa perpetuo esset meditata. Horum ergo ille nihil reputans, parabat nuptias filiæ minime convenientes. Sed zelans zelavit Dominus ejus verus sponsus, et abripit quidem a matrimonio, et iis, quæ consequuntur matrimonium, ut procedens ostendet oratio : eam autem ad vitam compellit præstantiorem, quæ eam ipsi conjungebat per multam puritatem.

IV. Nam cum pater quidem hoc cepisset consilium, non esset autem illa tuta, si non sonis prius precum particeps, quarum ipsa erat fructus, sic veniret ad nuptias, benedictionis gratia ad magnum illum senem venit cum parente. Deinde cum illius audisset sermones, et monachorum tunc primum

A νων οὐ φέρων ὀνειδισμοὺς, οἵ με καὶ ὑποτωθάζοντες ὡς ἄγονόν τε καὶ ἄκαρπον τοῖς ὀνείδεσι βάλλουσι. Ταῦτα ὁ μὲν σὺν δάκρυσιν ἔλεγε τῶν τοῦ θείου γέροντος ἐκείνου ποδῶν ἁπτόμενος. Ὁ δὲ (συμπαθεῖς γὰρ καὶ φιλοικτίρμονες οἱ ἀρετῇ καὶ Θεῷ προσανέχοντες) τοῖς τοῦ Παφνουτίου κάμπτεται ῥήμασι, καὶ ὅλον ἑαυτὸν φέρων τῇ προσευχῇ δίδωσιν. Ἡ τοῦ δικαίου τοίνυν δέησις, ἐνεργουμένῃ τῇ πρὸς Θεὸν νεύσει τῶν εἰς τοῦτο προβαλλομένων αὐτὸν, ταῖς νηστείαις τε καὶ ταῖς προσευψαῖς, καὶ τῷ πρὸς τοὺς δεομένους κοινωνικῷ τε καὶ φιλανθρώπῳ, ἐπακούοντα ἔσχε τὸν ἀεὶ τῆς δεήσεως εἰσακούοντα τῶν ἐν ἀληθείᾳ ἐπικαλουμένων αὐτόν. Καὶ γεννᾶται τῷ Παρφνουτίῳ θυγάτριον πολλὴν ἐκ βρέφους ἐμφαινον τὴν σωματικὴν ὡραιότητα, ἥτις τάχα τὴν μετὰ B ταῦτα τῆς ψυχῆς ὑπέμφαινεν ἀστειότητα· καὶ λύει μὲν εὐθὺς μητρὸς ἀτεκνίαν, λύει δὲ καὶ πατρὸς τὴν κατήφειαν. Ἵνα οὖν οἰκεῖον αὐτῇ καὶ τὸ ὄνομα ᾖ, οὗπερ οὐτοὶ πράγματος ἀπελαυον, τοῦ γ' ἐκείνην καλεῖσθαι διέγνωσαν, καὶ Εὐφροσύνην εὐθὺς ὀνομάζουσι.

Γ'. Ταύτην οὖν ὁ Παφνούτιος εὐχῆς οὖσαν καρπὸν ἀρετῇ μᾶλλον ἢ τὴν σάρκα παίνουσιν ἔτρεφε, καὶ τοῖς ἔστῶσι καὶ μένουσιν, ἢ τοῖς ἀπανθοῦσι προσανέχειν ἀνέπειθε, καὶ ψυχῆς ἐπιμελεῖσθαι πράγματος ἀθανάτου, ἢ τοῦ ταχὺ μαραινομένου ἐδίδασκε σώματος. Καὶ αὐτὴ πρός τε τὴν τῶν γεννητόρων ἀρετὴν αφορῶσα, καὶ τῆς ἐκείνων καλοκαγαθίας τὴν γνώμην οὐκ ἀπόδουσαν ἔχουσα ηὔξανεν ὥσπερ δὴ σώματι, οὕτω καὶ ψυχῆς ὡραιότητι. Ἔτος ταύτῃ δωδέκατον ἦν, καὶ ἡ μήτηρ βίου τοῦ παρόντος ἀπῆν· ἡ παῖς δὲ οὕτω διαπραττομένη, καὶ τῆς ἡλικίας αὐτῇ προκοπτούσης, καὶ τὴν ἀρετὴν ἔχουσα μᾶλλον προστιθεμένην, τὸν ἀληθῆ Νυμφίον ἐπόθει, καὶ οὗ ἐκεῖνος ἐρᾷ ψυχικοῦ κάλλους ἐπεμελεῖτο. Οἱ δὲ τοῖς σωματικοῖς μόνοις προσκείμενοι, τήν τε τοῦ σώματος ὥραν ὁρῶντες, καὶ ὅπως εὐγενείας εἶχεν ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι, ὀκτὼ καὶ δέκατον ἔτος που διανύουσαν, εἰς λόγους ἐρχόμενοι τῷ γεγεννηκότι, πρὸς μνηστείαν ταύτην ἠτοῦντο. Ὁ δὲ τὰς τούτων ἐντεύξεις οὐχ οἷός τε ὢν ἀπώσασθαι, ἐνὶ τῶν πάντων πλούτῳ τε καὶ δόξῃ καὶ ἀρετῇ διαφέροντι, τὴν παῖδα κατεγγυᾶται· πολὺ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἀνάξιον βουλευσάμενος, ἅτε μὴ πρὸς τὴν τῆς παιδὸς κατάστασιν ἀπιδὼν, καὶ τὸ ἐκείνης φιλόθεον, καὶ ὅπως ὅλη Θεῷ προσώκειωτο, καὶ τούτῳ ἀρέσαι μόνῳ, καὶ C αὐτῷ νυμφευθῆναι διὰ μελέτης ἐτίθετο. Τούτων οὖν ἐκεῖνος οὐδὲν ὑπολογισάμενος, γάμον ἀπάδοντα τῇ παιδὶ παρεσκεύαζεν. Ἀλλὰ ζηλῶν ἐζήλωσε Κύριος ὁ ἀληθὴς ταύτης νυμφίος, καὶ ἁφαρπάζει μὲν, ὡς προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει, γάμου τε καὶ τῶν μετὰ γάμων· εἰς βίον δὲ ταύτην κρείττονα συνιωθεῖ, τὸν διὰ πολλῆς αὐτῷ συνάπτοντα καθαρότητος.

Δ'. Ὡς γὰρ ταῦτα τῷ πατρὶ μὲν βεβούλευτο, οὐκ ἦν δὲ ἀσφαλὲς ἄρα μὴ μετειληφυῖαν καὶ τῶν τοῦ γέροντος εὐχῶν πρότερον, ὧν καὶ καρπὸς ἐτύγχανεν αὐτὴ, οὕτω πρὸς τὸν γάμον ἐλθεῖν, εὐλογίας χάριν πρὸς τὸν μέγαν ἐκεῖνον ἅμα τῷ τεκόντι φοιτᾷ. Εἶτα λόγων ἐκείνου ἀκούσασα, καὶ τὴν τῶν μοναχῶν,

D

τότε πρῶτον ἐωρακυῖα κατάστασιν, πολλάκις, ἔφη, Μακάριοι οἱ τὴν πολιτείαν ταύτην διὰ Θεὸν μετερχόμενοι. Καὶ ὅ γε τοῖς διορατικοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς ὅπερ ἡ παρθένος ἐβούλετο θεασάμενος, κατάλληλον αὐτῇ ποιεῖται καὶ τὴν εὐχήν· Ὁ Θεὸς, εἰπών, τὸ συνοῖσον τῇ σῇ, τέκνον, ποιήσαι ψυχῇ, καὶ πρὸς τὸν αὐτοῦ φόβον στηρίξειε, καὶ τῶν ἡτοιμασμένων ἀγαθῶν ἀξιώσειε τοῖς εὐηρεστηκόσιν αὐτῷ. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ οὕτως αὐτῇ ἐπευξάμενος, ἐνίησι διπλοῦν τῇ ἐκείνης ψυχῇ τὸν πρὸς Θεὸν ἔρωτα, καὶ ἀνάπτει σφοδρότερον τὴν ἐνοῦσαν αὐτῇ φλόγα πρὸς θεοσέβειαν. Ἐπανιοῦσα τοίνυν οἴκαδε· Μακάριοι, πάλιν ἔλεγεν, οἱ τὴν τῶν μοναχῶν μετερχόμενοι πολιτείαν, ὅτι κἀνταῦθα ἡ οὐδὲν διαφέροντα τῆς τῶν ἀγγέλων πολιτείας βιοῦσι, καὶ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀπολαύσουσι.

Ε'. Τὴν δὲ οἰκίαν καταλαβοῦσα ἠμέλει μὲν σώματος καλλωπισμοῦ τοσοῦτον, ὡς μηδὲ ψυχρῷ ὕδατι τὸ πρόσωπον ἀπονίπτεσθαι, δάκρυσι δὲ καὶ νηστείαις τὴν τῆς ψυχῆς ἐφαίδρυνεν ὡραιότητα. Περιδέρραια δὲ καὶ ἐνώτια, καὶ χρυσὸς ὁ χεῖρας κοσμῶν πρὸς τὸν τῆς ψυχῆς κόσμον μετερρύθμιζετο τοῖς πένησιν ἐπιχορηγούμενος. Οὐκ ἦν αὐτῇ ἐσθὴς ἡ μαλακὴ περισπούδαστος, ἀλλ' ἀντ' ἐκείνης ἡ τῶν τριχίνων ἀμφίασις ἐσπουδάζετο. Ὁμιλίκω οὐ ταῖς πρὸς ἡδονήν τι λεγούσαις ὅλως ἥδετο, ἀλλὰ ταῖς ὅμοιον ἐχούσαις αὐτῇ τὸν πρὸς Θεὸν ἔρωτα, διαπαντὸς ἐφίλει συγγενέσθαι. Γραῶν δὲ ὕθλους καὶ γυναικώδεις κενουργίας οὐδὲν ἄκρων αὐτῆς τῶν ὤτων ψαύειν ἠνείχετο. Ἦν δὲ αὐτῇ καὶ τοῦτο διὰ σπουδῆς, τὸ τοῖς ἐνδημοῦσι τῶν μοναχῶν, οἵτινες κατὰ σκοπὸν εὐσεβῆ τῷ πατρὶ παρενέβαλλον, διαλέγεσθαί τε μᾶλλον καὶ παρ' ἐκείνων τὰ θεῖα διδάσκεσθαι.

Ϛ'. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ καὶ μετάπεμπτος ὁ πατὴρ εἰς τὸ ἀσκητήριόν, ἵνα ὁ μέγας ἐκεῖνος ἐτύγχανεν, ἀφικνεῖται, τὴν μνήμην ἐπιτελέσων σὺν τοῖς μοναχοῖς τοῦ δειμαμένου τὸ φροντιστήριον. Αὐτόθι γοῦν ἐπὶ τρεῖς ὅλας ἡμέρας τοῦ κατὰ σάρκα πατρὸς τῷ μοναστηρίῳ προσμείναντος, ἡ Εὐφροσύνη καιροῦ λαβομένη, τινὰ μεταστειλαμένη τῶν μοναχῶν ἐκ τῶν τῆς Σκήτεως σεμνείων, θεϊκῇ τότε προνοίᾳ καταλαβόντα τὴν Ἀλεξάνδρειαν (μέγας δὲ οὗτος τὴν ἀρετὴν ἦν), αὐτῷ κοινοῦται τὰ τῆς βουλῆς. Καὶ αὐτὸς εὐθύς· Ἤκουσας, ἔφη, καὶ αὐτὴ φιλόθεος οὖσα καθὼς ὁρᾷν ἔχω, καὶ θείοις ἐνασχολουμένη διδάγμασιν, οἷα ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φησὶν ὁ Σωτὴρ, καὶ ὡς ὁ τιμῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ αὐτὸν ἀνάξιος αὐτοῦ δείκνυται. Ταύτῃ τῇ διδασκαλίᾳ λρωμένη, καὶ τῆς ἀποφάσεως ταύτης ἀπαιωρήσασα τὴν διάνοιαν, ὅσα βεβούλευσαι ταχὺ προθυμήθητι, καὶ πῦρ ἐν καρδίᾳ λαβοῦσα τοῦ ἐπὶ γῆς αὐτὸ βεβληκότος Χριστοῦ, σπεῦσον μὴ ῥᾳθυμίᾳ τοῦτο καὶ ἀναβολαῖς ἀποσβέσαι, ἀλλ' ὅτι τάχος εἰς πέρας τὸ ἐπὶ νοῦν ἀγαγεῖν· Οὐδεὶς γὰρ βαλὼν τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον, ὡς τὰ θεῖά φησι Λόγια, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Ταῦτα πυθομένη παρὰ τοῦ γέροντος, πολλὴν εἰσ-

A vidisset statum, sæpe dixit : Beati qui hoc vitæ genus propter Christum suspiciunt. Ille autem cum animi perspicacibus oculis, quid puella vellet, esset contemplatus, preces quoque fudit ejus desiderio convenientes : Deus, o filia, dicens, faciat quod sit tuæ animæ futurum conducibile, et in ejus timore confirmet, et dignam censeat bonis paratis iis, qui ipsi placuerunt. Cum hæc dixisset, et sic ei esset precatus, illius animæ duplicem immittit erga Deum amorem, et vehementius accendit eam, quæ inerat, pietatem. Domum ergo revertens, rursus dicebat : Beati qui suscipiunt vitæ genus monasticum, quoniam et hic sic vivunt, ut parum aut nihil ab angelis differant : et postquàm hinc excesserint, vita fruB untur æterna.

V. Cum domum autem venisset, negligebat quidem cultum corporis, adeo ut nec aqua quidem frigida faciem lavaret : lacrymis autem et jejuniis, animæ lætificat speciem. Torques autem, inaures, et monilia, et aurum, quod manus exornabat, traducebatur ad ornatum animæ, suppeditatum pauperibus. Non erat ei curæ mollis vestis, sed illius loco ei curæ erat inducere cilicium. Ex æqualibus non iis omnino delectabatur, quæ loquebantur ad voluptatem : sed cum iis, quæ sibi similem habebant in Deum amorem, semper lubenter versabatur. Aniles autem nugas, et vanos mulierum sermones, ne summas quidem suas aures sinebat tangere. Erat vero hoc quoque ei studio, cum iis, C qui illic versabantur, monachis, quique pia aliqua de causa ad partem accedebant, disserere, et ab illis divina discere.

VI. Non multum intercessit temporis, et pater accersitus venit in monasterium, ubi erat ille magnus, simul cum monachis peracturus memoriam illius, qui exstruxerat monasterium. Cum illic ergo tres totos dies mansisset in monasterio pater ejus secundum carnem, Euphrosyne accepta occasione, et accersito quodam monacho ex monasteriis Scetis, qui tunc divina providentia venerat Alexandriam (erat autem is magnus virtute), ei suum communicat consilium. Ille autem : Audiisti, inquit, ipsa quoque cum sis pia in Deum, quantum possum videre, et versata in doctrina divina, quænam Salvator dicit in Evangeliis, quod qui patrem aut D matrem honorat plus quam ipsum, ipso indignus efficitur[2]. Hâc utens doctrina, et hac sententia tuum erigens animum, quod statuisti, cito velis effectum reddere : et ignem in corde suspiciens ejus, qui eum misit in terram[3], vide ne socordia et mora cum exstinguas : sed quam primum ad finem deducas id quod animo agitas. *Nemo enim mittens manum ad arutrum* (ut divina dicit Scriptura), *et retro conversus, est aptus regno cœlorum* [4]. Hæc cum audivisset a sene, ejus verbis paret protinus, et ab eo petit, ut monasticum consequatur habitum. Ille

[2] Matth. x, 37. [3] Luc. xii, 49. [4] Luc. ix, 62.

autem prompto et alacri animo implevit, quod preces consuetas, et quidquid erat in more positum, implevisset, monastico eam induit habitu. Et cum precatus esset ei finem scopo convenientem, in suum revertitur monasterium.

Ἀφέρει καὶ τοῖς αὐτοῦ λόγοις εὐθὺς τὴν εὐπείθειαν, καὶ τοῦ τῶν μοναχῶν ἀξιωθῆναι σχήματος παρ' ἐκείνου ἐπιζητεῖ· καὶ ὅτε πρόθυμος ἦς τὸ ζητούμενον ἐκπληροῦν, καὶ τὰς συνήθεις εὐχὰς αὐτίκα καὶ πᾶν ὅπερ ἔθιμον ἦν ἐκτελέσας, τὸ τῶν μοναχῶν αὐτῇ περιβάλλει σχῆμα. Ἐπευξάμενός τε αὐτῇ τέλος τῷ σκοπῷ συμφέρον, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπαναστρέφει μονήν.

VII. Postquam autem pius ille senex recessisset, contiderabat apud se Euphrosyne, quomodo et ubi sibi datum ad mercaturam exerceret talentum, maxime cum sciret patrem sibi fore impedimento ad id quod desiderabat. Cum ergo quæsivisset modum, per quem posset omnino latere et benevolentiam patris, et sponsi amorem, statuit quidem vestem exuere muliebrem, virilem autem inducere. Et quoniam sciebat, eos, qui ipsam erant persecuturi tanquam feminam, esse scrutaturos in monasteriis mulierum, statuit seipsam collocare in numero monachorum. Hoc autem consilium capiens, nocte quadam exuit quidem suam vestem et simul cum tunica etiam muliebrem exuit imbecillitatem: induit autem vestem salutarem, et quamprimum transmutatur in virilem habitum. Deinde cum latoisset ancillarum multitudinem, et ipsius parentis oculos, et ædes despexisset præclaras ac magnificas, Christi crucem tollens, protinus abiit, volens se dignam reddere eo quod desiderabat, et venit ad illud monasterium, cui præerat senex, cujus precum fuerat fructus. Et cum venisset in conspectum præfecti monasterii, interrogata fuit, quisnam esset, et unde, et quanam de causa ad eum accessisset. Illa autem dixit, se vocari quidem Smaragdum, esse autem ex aula imperatoris (sic enim dicebat volens latere); reliquisse vero omnia, ut infida et inutilia, ac desiderasse vitam monachorum: et ex urbe quidem fugisse regia, ut quæ esset plena tumultibus, et quod amicorum et familiarium nollet vexari congressione, et ab eis interrumpi suum quietis desiderium: cum autem de istorum sanctitate monachorum multa audivisset, eo venisse, si quo pacto digna haberetur referri in eorum numerum.

Ζ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ θεοφιλὴς ἐκεῖνος ἀνεχώρει πρεσβύτης, ἐσκόπει καθ' ἑαυτὴν ἡ Εὐφροσύνη, πῶς ἂν καὶ ποῦ τὸ δοθὲν αὐτῇ ἐμπορεύσοι τὸ τάλαντον, ἄλλως τε καὶ τὸν πατέρα εἰδυῖα ἐμποδὼν αὐτῇ πρὸς τὸ ποθούμενον ἔσεσθαι. Ὡς οὖν ἐζήτει τρόπον δι' οὗ λαθεῖν ὅλως δυνήσεται γεννήτορός τε στοργήν, καὶ μνηστῆρος ἔρωτας, ἀποθέσθαι μὲν γυναικείαν ἔγνω στολήν, ἀνδρὸς δὲ μεταμφιάσασθαι. Καὶ ἐπεὶ τοὺς διώξοντας ᾔδει ὡς γυναῖκα ταύτην ἐν σεμνείοις ἀνερευνᾶν γυναικῶν, μοναζόντων ἑαυτὴν ἔκρινεν ἐγκατατάξαι χορῷ. Οὕτω δὲ βουλευσαμένη ἀποδύεται μὲν τὴν ἰδίαν στολήν, καὶ ἅμα χιτῶνι συναποδύεται καὶ τὴν γυναικείαν ἀσθένειαν, ἐπενδύεται δὲ ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ εἰς ἀνδρὸς σχῆμα τὸ τάχος μεταῤῥυθμίζεται. Εἶτα λαθοῦσα θεραπαινίδιον πλῆθὸν, αὐτούς τε ὀφθαλμοὺς τῶν γεγεννηκότων, καὶ οἰκίας ὑπεριδοῦσα λαμπράς, τὸν τοῦ Χριστοῦ σταυρὸν ἀραμένη, εὐθὺς ἀπῆει, ἑαυτὴν ἀξίαν τοῦ ποθουμένου καταστήσασθαι βουλομένη. Πρὸς ἐκεῖνό τε τὸ μοναστήριον ἀφικνεῖται, οὗ καθηγεῖτο ὁ γέρων, οὗ δὴ καὶ τῶν εὐχῶν ἐγεβόνει καρπός· καὶ διὰ τοῦ εἰς τοῦτο τεταγμένου, τῶν μοναχῶν τῷ προεστῶτι τῆς μοτῆς εἰς ὄψιν ἐλθοῦσά, τίς τε καὶ ὅθεν εἴη, καὶ τίνος ἕνεκα πρὸς αὐτὸν παραγένοιτο, ἠρωτᾶτο. Ἡ δὲ, Σμάραγδος μὲν ἔφη καλεῖσθαι· εἶναι δὲ τῆς βασιλείου αὐλῆς (οὕτω γὰρ εἶπε βουλομένη λαθεῖν), καταλιπεῖν δὲ πάντα ὡς ἄπιστα καὶ ἀνόνητα, τὸν δὲ βίον ποθῆσαι τῶν μοναχῶν, καὶ τὴν μὲν βασιλίδα τῶν πόλεων ἐκφυγεῖν ὡς πλήρη θορύβου, καὶ τῷ μὴ βούλεσθαι φίλων καὶ συνήθων ὁμιλίαις ὀχλεῖσθαι, καὶ ὑπ' αὐτῶν μολύνεσθαι τὸ φιλήσυχον κατὰ πολλὴν δὲ τῆς ὑμῶν ἀγιότητος ἀκοὴν τὰ ἐνταῦθα καταλαβεῖν, εἴ πως ἀξιωθείην γενέσθαι ὑμῖν συναρίθμιος.

B

C

Η'. Ἡσθεὶς, οὖν ὁ Θεοφιλὴς ἐκεῖνος ἀνὴρ τοῖς τε ῥήμασι, καὶ τῇ τῶν ἠθῶν εὐνομίᾳ, καὶ, Ἰδοὺ τὸ μοναστήριον, ἔφη, τέκνον, εἴ σοι ἀρεστὸν ἐναρίθμιον γενέσθαι τοῖς ἀδελφοῖς, ὁ κολύσων οὐδείς· πλὴν ἐπείπερ ἄτι νέαν ἄγεις τὴν ἡλικίαν, καὶ μοναχικῆς καταστάσεως οὔπω πεῖραν εἴληφας ἐντελῆ, ὑπὸ διδασκάλῳ τετάχθαι σε δεῖ, καὶ παρ' αὐτοῦ μανθάνειν πολιτείας ἀκρίβειαν. Ἡ δὲ, Καὶ τοῦτο κατὰ γνώμην, εἶπεν, ἐμοὶ, καὶ βούλομαι οὐχ ἕνα μόνον, εἰ δοκεῖ, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἔχειν τοὺς πρὸς ἀρετήν με παιδοτριβήσοντας. Οὕτως αὐτὴ καθάπερ θεμέλιον ἀῤῥαγῆ τὴν ὑπακοὴν προκαταβαλλομένη τῷ γέροντι, Ἀγαπίῳ μονάζοντι παραδίδοται, τά τε θεῖα σοφῷ, καὶ ἀπαθείας εἰς ἄκρον ἐλάσαντι· καὶ παρ' αὐτοῦ, κατὰ τὸν θεῖον φάναι Δαβὶδ, ἡμερινὴν διεπλάττετο πλάσιν, καὶ πρὸς τὸν θεοφιλῆ βίον ῥυθμίζεται.

D

(1) Agapitus nominatur in Vitis Patrum.

Ἀλλὰ γὰρ ὁ ἐξ ἀρχῆς βασκαίνων ἡμῖν, καὶ τὴν οἰκουμένην ὅλην ὡς νοσσιὰν ἐγκαυχώμενος καταλήψεσθαι, οὐκ ἔφερε γυναῖκα ὁρῶν βρόχους αὐτοῦ τοὺς δεσμοὺς ὑπεριπταμένην, καὶ ὡσεὶ περιστερὰν φερομένην τῷ πνεύματι ὑπηνέμιον. Ἀλλ' ἐτρύχετο βλέπων τὸ φρόνιμον οὕτω τῆς οἰκονομίας, καὶ πρὸς τὸ λαθεῖν διεσκευασμένον, καὶ ἤσχαλλεν ὑπὸ νεαροῦ σώματος καὶ ταῦτα θήλεος τὰς αὐτοῦ τέχνας διαπαιζομένας ὁρῶν. Ἀμέλει καὶ ποτὲ μὲν αὐτῆς τὴν πρὸς Θεὸν μέριμναν, πόθον τὸν περὶ τοὺς γονεῖς ἀνάπτων, περισπᾷν ἔσπευδε· ποτὲ δὲ, πλούτου καὶ δόξης καὶ μνηστῆρος μνήμῃ, διαχαυνοῦν αὐτῆς τὸ φρόνημα ἐμηχανατο· ἔτι δὲ συνήθων καὶ ἡλίκων διατριβὰς ὑπεμίμνησκεν· ἀλλὰ παντα χόθεν προσβάλλων αὐτῇ καὶ πεῖραν ἐνιεὶς ἀπεκρούετο. Τί οὖν ποιεῖ; Τοῖς ἑτέρων ὄμμασι κατεμέρισεν ἑαυτὸν, καὶ βέλεσι τούτους τοῦ κάλλους αὐτῆς κατετίτρωσκεν. Οἱ δὲ στέγειν μὴ δυνάμενοι τὸ σύντονον τῆς ἐπιθυμίας, κρύπτειν τε τὸ πάθος εἰδότες οὐκ ἀσφαλὲς, πιστεύουσι τὸ πρᾶγμα τῷ προεστῶτι, καὶ τὸν ἐκ τοῦ πονηροῦ προσβάλλοντα θριαμβεύουσι πόλεμον· καὶ γίνεται τοῦτο αὐτοῖς μὲν ἄνεσις τοῦ κακοῦ, τῇ δὲ κρειττων ἐπίδοσις πρὸς ἀρετῆς τελειότητα. Ὁ γὰρ τῆς μονῆς προεστὼς αὐτοῖς μὲν κατάλληλα τίθησι τῇ νόσῳ τὰ φάρμακα, τῇ δὲ τῶν γεγενημένων ἐπισταμένῃ οὐδὲν, Βούλομαι σε, φησὶ, τέκνον ἰδιαζόντως ἔν τινι κελλίῳ διάγειν, ἐν ᾧ τὸν παραδεδομένον σοι κανόνα τηροῦντα, μήτε τινὰς ἐκεῖ παραδέχεσθαι, μήθ' ὅλως ἐξιέναι, καὶ τισιν ἑαυτὸν διδόναι πρὸς ὁμιλίαν· μόνος δὲ πρὸς τὰ τῆς χρείας διακονήσει σοι ὁ Ἀγάπιος. Εἶπε, καὶ εὐθὺς προστάττει τῷ Ἀγαπίῳ τὴν δέουσαν ἐπιμέλειαν, μὴ ἐν τοῖς πνευματικοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς σωματικοῖς, ὡς οἷόν τε τῷ Σμαράγδῳ ποιεῖσθαι, ὡς ἂν μὴ ἑτέρου τινὸς ἐπιδεὴς γένοιτο. Ἀσμένως οὖν ἡ μακαρία, καὶ ὡς αὐτῇ φίλον, ἀπαλλαγεῖσα ὀχλήσεων, τὸν πρὸς Χριστὸν ἐπλεόναζεν ἔρωτα, ἐπὶ πόνοις μὲν πόνους, ἐπὶ νηστείαις δὲ νηστείαν, καὶ ἐπὶ ταῖς πρότερον ἀγρυπνίαις πλείονα τὴν πρὸς τὸν ὕπνον ἄμιλλαν ποιουμένη, ὡς ὁρῶντα τὸν Ἀγάπιον αὐτόν τε θαυμάζειν, καὶ δῆλα ταῦτα καὶ τοῖς ἄλλοις ποιεῖν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

Θ'. Ἃ δὲ παρῆκεν ὁ λόγος, εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανελθὼν ἀπὸ τῆς μονῆς ὁ πατὴρ, καὶ τὴν φιλτάτην παῖδα μὴ εὑρηκὼς, πρῶτα μὲν παῖδας καὶ παιδίσκας παραστησάμενος, ἐπυνθάνετο πῶς τοῦτο γέγονε, καὶ πρὸς τίνα πορευθεῖη τῶν συγγενῶν ἢ συνήθων ἡ θυγάτηρ ἠρώτα. Ὡς δὲ οὗτοι μὲν ἔφησαν, ἑσπέρας κατὰ τὸ σύνηθες τὰς τοῦ κοινωνίσκου κλείσασαν θύρας ἀφυπνῶσαι τῇ κλίνῃ, ἕωθεν δὲ μὴ προϊούσης αὐτῆς εἰσελθεῖν καὶ κενὴν αὐτῆς καὶ τὴν κλίνην καὶ τὴν οἰκίαν εὑρεῖν· παρὰ τὸν μνηστῆρα ἀπελθεῖν ταύτην ᾤετο, καὶ πέμψας, εἰ πρὸς αὐτὸν ἡ Εὐφροσύνη παραγέγονεν ἐπυνθάνετο. Ὡς δὲ καὶ αὐτὸς ὁ μνηστὴρ οὐδὲν τῶν συμβεβηκότων μαθὼν, τῷ αἰφνιδίῳ τῆς ἀγγελίας ταραχῆς καὶ θορύβου πλησθεὶς, πρὸς αὐτὸν παραγέγονεν· εὗρε τὸν Παφνεύτιον ὑπὸ τῶν πατρικῶν σπλάγχνων νενικημένον, τίλλοντά τε τὸ γένειον, καὶ τοῖς ὄνυξι τὴν παρειὰν

A bis invidit ab initio, et gloriatur se totum orbem terræ, tanquam nidum, comprehensurum, non ferebat, videns mulierem callidos suos laqueos supervolantem, et tanquam columbam spiritum ferri sublimem. Sed angebatur videns tam prudens consilium, et quod ita se ad latendum instruxerat: et ægre ferebat videre suas artes eludi a juvenili corpore, eoque muliebri. Aliquando quidem certe ejus in Deum curam ac meditationem studebat avellere, parentum accendens desiderium: aliquando autem divitiarum, gloriæque et sponsi memoria conabatur ejus emollire spiritus. Præterea ei in memoriam revocabat consuetudinem familiarium et æqualium. Sed cum omni ex parte eam aggrederetur, et ei immitteret tentationem, repellebatur. B Quid ergo facit? Se aliorum oculis dispertiit, et eos sauciavit telis ejus pulchritudinis. Illi autem cum non possent continere vehementem cupiditatem: scirent autem non esse tutum celare morbum, rem præfecto aperiunt: et triumphant de bello, quod illatum fuerat a maligno. Et hoc fit eis quidem mali remissio, illi autem majus incrementum ad perfectionem virtutis. Monasterii enim præfectus eis convenientia dat morbi medicamenta: illi vero nihil scienti eorum, quæ facta fuerant: Volo te, inquit, seorsum degere in cella aliqua, in qua traditam tibi servans regulam, neque ullos illic admittes, neque omnino egrediens, neque te ullis præbebis ad colloquendum. Solus autem, quæ tibi erunt usui, submistrabit Agapius. Dixit, et statim præcipit Agapio, ut Smaragdi, quam oportet, curam gerat, non solum in spiritalibus, sed etiam in iis quæ ad corpus pertinent, quoad ejus fieri poterit, ut nulla re necessaria indigeat. Itaque beata illa, ut ei erat gratum, liberata a molestiis, in Christum magis auxit amorem, laboribus quidem addens labores, jejuniis autem jejunium, et prioribus vigiliis adjungens majorem adversus somnum decertationem, adeo ut et ipse videns miraretur Agapius, et hæc aliis manifesta redderet. Sed hæc quidem postea.

IX. Quæ autem prætermisimus dicere, nunc recenseamus. Cum ejus pater tandem domi non adesse charissimam filiam cognovisset, primum quidem adductis famulis et ancillis, rogabat quid hoc esset, D et sciscitabatur, ad quem eam ex cognatis aut familiaribus profecta esset filia. Cum autem ii quidem dixissent eam vespere, postquam, ut consueverat, ostium clausisset cubiculi, in lecto dormiisse; mane autem, ea non procedente, eos esse ingressos, et invenisse vacuum ejus lectum et domum, arbitrabatur eam abiisse ad sponsum: et ad eum mittens, rogavit, an ad ipsum venisset Euphrosyne. Postquam autem ipse quoque sponsus, qui nihil acceperat eorum quæ acciderant, repentino nuntio perturbatus ad eum accessit, invenit Paphnutium victum a paternis visceribus, barbamque vellentem, et genas lacerantem unguibus, et

miserabiliter dicentem : Quo profecta es, filia ? Cur me tuum parentem, lugentem et tristem reliquisti ? Non te ad hanc spem alebam,sed ut haberem baculum senectutis, et solatium imbecillitatis. Hei mihi, filia, quo modo feram tui orbitatem ? Quomodo patiar solitudinem, cum in te sola spem defixissem ? Non est mihi amplius ullus filius, ut ad eum aspiciam, et quem propter te capio, doloris ex eo inveniam solatium.Nihilominus dolebat, quam pater, sponsus,et contendebat cum illius lamentationibus,præter spem tali bono frustratus. Consulebat tamen, ut viriliorem susciperent cogitationem, et missis lamentationibus,surgerent ad eam quærendam. Mittunt ergo quam primum in omnem partem, qui illam scrutarentur : et proficiscuntur equites in Libyam,et Ægyptum, et ipsam Palæstinam. Portæ præoccupantur civitatum, occupantur portus, viæ, trivia, et si quid erat, quod latebat, et poterat celare.Sed Dei agna, quæ ab ipso celabatur, non poterat capi ab iis qui eam cupiebant capere. Quomodo enim, cum ille nollet?

X. Omni ergo ex parte dubius erat et perplexus Paphnutius, non habens, qui eum consolaretur : nam et domus lamentationibus plena erat et fletibus,et quidquid ei occurrebat spectandum,ducebat ad majorem mali reminiscentiam. Sive enim vestis ejus, seu ornamentum aliquod, aut aliquid aliud forte videretur præsens, id erat occasio fletuum, et illud imponens oculis, et cum maximo versans desiderio, humectabat lacrymis. Mœrore ergo omni ex parte appetitus,et non valens medicamentum invenire ad solatium, statuit rursus venire ad magnum illum senem, per quem dignus erat habitus vocari ejus pater,et narrare quod evenerat.Sic enim statuebat, quod qui eam,quæ non erat,potuerat suis præbere precibus,is eam latentem poterit reddere manifestam. Venit itaque ad eum, et ad illius pedes procidens : Hei mihi, o Pater, clamavit : perdidi fructum tuarum orationum, et sum orbus liberis, qui per te pulchram habebam prolem. Invidia alicujus dæmonis periit Euphrosyne domus meælætitia:periitpræterspem, nullo sciente ex domesticis, ubi sit, vel quonam sit profecta. Te ergo mihi paululum concede, et eos,qui sunt tecum; et huic rei vacans aliquantulum, pete ab eo, qui a piis colitur, ut mihi significet, ubinam sit lux meorum oculorum. Flexus itaque senex,et animo perturbatus,cum Paphnutii lacrymis esset illacrymatus, accersit omnem fraternitatem,et eorum,quæ Paphnutio acciderant, proponit narrationem : jubetque ut totam hebdomadam se jejunio dedant, et orationi, si forte alicui apparuerit,ubinam terrarum lateat Euphrosine.

XI.Hoc tamenfacto, ad nihilum redibant eorum preces.Resistebantenim Euphrosynæ orationes,petentis ut ignoraretur. Statuebat namque Deus sinere illum potius parum lugere, quam ipsum

καταξαίνοντα· καὶ, Ποῦ πεπόρευσαι, τέκνον ; ἐλεεινῶς ἐπιλέγοντα· τί με τὸν σὸν πενθεῖν καὶ σκυθρωπάζειν γεννήτορα καταλέλοιπας ; οὐκ ἐπὶ τοιαύταις ἐλπίσιν ἀνέτρεφον, ἀλλ' ὥστε βακτηρίαν τοῦ γήρως ἔχειν, καὶ τῆς ἀσθενείας παράκλησιν. Οἵ μοι ! τέκνον ἐμὸν, πῶς τὴν σὴν οἴσω στέρησιν ; πῶς ἐνέγκω τὴν μόνωσιν ; ἐπὶ σοὶ μόνῃ τὰς ἐλπίδας σαλεύων· οὐκ ἔστι μοι τέκνον ἕτερον ὡς ἐπ' αὐτῷ βλέψαι, καὶ τῆς ἐπὶ σοὶ λύπης ἀναψυχὴν ἐφευρεῖν. Ὁ μνηστὴρ δὲ καὶ αὐτὸς οὐδὲν ἧττον τοῦ πατρὸς ἤλγει, καὶ πρὸς τοὺς ἐκείνου θρήνους ἀμιλλώμενος ἦν, τοιούτου παρελπίδα ψευσθεὶς ἀγαθοῦ. Συνεβούλευε δὲ ὅμως ἀνδρικώτερον τι φρονῆσαι, καὶ τῶν θρήνων ἀφεμένους ἐπὶ τὴν ἐκείνης διαναστῆναι ζήτησιν. Πέμπουσι οὖν τὸ τάχος ἀπανταχῇ τοὺς ταύτην ἀνερευνήσοντας, καὶ ἱππεῖς στέλλονται κατά τε Λιβύην καὶ Αἴγυπτον καὶ Παλαιστίνην αὐτήν· προκαταλαμβάνονται λιμένες, πύλαι πόλεων· προκαταλαμβάνονται ὁδοὶ, ἄμφοδοι, μοναστήρια, καὶ εἴ τι λανθάνον ἦν, καὶ κρύπτειν δυνάμενον. Ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ ἀμνὰς ὑπ' αὐτοῦ κρυπτομένη τοῖς λαβεῖν ζητοῦσαν ἄληπτος ἦν· πῶς γὰρ, ἐκείνου μὴ βουλομένου ;

ΙΑ'. Πάντοθεν οὖν ἀπορούμενος ὁ Παφνούτιος, καὶ μὴ ἔχων τὸν παραμυθησόμενον· ἥ τε γὰρ οἰκία θρήνων καὶ ὁδυρμῶν πεπλήρωτο, καὶ πᾶν τὸ προσπίπτον εἰς θέαν πρὸς πλείονα τοῦ πάθους ἀνάμνησιν ἦγεν. Εἴτε τὰ ἱμάτια ἐκείνης, εἴτε τι κόσμιον, ἢ ἕτερον τι κατὰ τύχην ὡράθη παρὸν, ἀφορμὴ τοῦτο ἦν ὀδυρμῶν· καὶ ὄμμασιν ἐκεῖνα περιτιθεὶς, καὶ ποθεινότατα περιστρέφων κατάβροχον ἐποίει τοῖς δάκρυσι. Πανταχόθεν οὖν τῇ λύπῃ βαλλόμενος ἀναψυχὴν εὑρεῖν μὴ δυνάμενος, πρὸς τὸν μέγαν αὖθις ἐλθεῖν ἐβουλεύσατο γέροντα, δι' οὗ πατὴρ κληθῆναι ταύτης ἠξίωται, καὶ τὸ γεγονὸς διηγήσασθαι. Ἔκρινε γὰρ οὕτως ὅτι περ ὁ μὴ οὖσαν αὐτὴν δυνατὸς γενόμενος διὰ τῶν αὐτοῦ εὐχῶν παρασχεῖν, οὗτος δὴ καὶ λανθάνουσαν ἱκανὸς ἔσεται φανερὰν αὐτὴν ἡμῖν καταστῆσαι. Ἔρχεται γοῦν πρὸς αὐτὸν, καὶ τοῖς ἐκείνου ποσὶ προσπεσὼν, Οἵ μοι, Πάτερ, ἐβόησε, τὸν καρπὸν τῶν σῶν εὐχῶν ἀπολώλεκα, καὶ ἅπαις ὁ διὰ σοῦ καλλίπαις βασκανίᾳ τινὸς γεγένημαι δαίμονος. Οἴχεται τῆς ἐμῆς οἰκίας ἡ Εὐφροσύνη, οἴχεται παρ' ἐλπίδα, μηδενὸς τῶν οἴκοι γινώσκοντος ποῦ καὶ παρὰ τίνα πεπόρευται· χάρισόν μοι οὖν σε καὶ τοὺς μετὰ σοῦ, καὶ μικρόν τι σχολάσας τὸν παρ' ὑμῶν θεραπευόμενον αἴτησαι, γνωρίσαι μοι, ποῦ ἂν καὶ εἴη τὸ φέγγος τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν. Καμφθεὶς οὖν ὁ γέρων καὶ συγχύσεως πλησθεὶς τὴν ψυχὴν τοῖς τοῦ Παφνουτίου τε δάκρυσι ἐπιδακρύσας αὐτὸς, μετακαλεῖται πᾶσαν τὴν ἀδελφότητα, καὶ τὰ τοῦ Παφνουτίου προτίθησιν εἰς διήγησιν, ὅλην τε ἑβδομάδα νηστείᾳ καὶ προσευχῇ ἑαυτοὺς δοῦναι προστάττει, ὅπως ὀφθείη τινὶ, ποῦ γῆς ἡ Εὐφροσύνη κρύπτοιτο.

ΙΑ'. Ὡς δὲ τούτου πραχθέντος εἰς οὐδὲν ἐχώρει τὰ τῆς εὐχῆς· ἀντέπραττε γὰρ ἡ ἐκείνης αἰτουμένης ἀγνοηθῆναι· ἔκρινε δὲ καὶ Θεὸς ἐπὶ μικρὸν ἐκεῖνον ἐᾶσαι πενθεῖν, ἢ αὐτὸν ἀπαλάττων λύπης λυπῆσαι

μᾶλλον ψυχὴν, ἢ καὶ φύσεως αὐτῆς καὶ στοργῆς πατρικῆς διὰ τὸν πρὸς αὐτὸν ἠλόγησε πόθον· ἄλλως τε δὲ καὶ τοῦ μὴ περικοπὴν δοῦναι τῇ ἀρετῇ καὶ ἐμπόδιον, ἧς τῶν πάντων οὐδέν ἐστι τιμιώτερον. Ἐπεὶ ταῦτα οὕτως συνέβαινε, φησὶν ὁ γέρων τῷ Παφνουτίῳ· Μὴ ἀθύμει, τέκνον Παφνούτιε, μηδὲ ὡς τις τῶν ἀπίστων καὶ πάντα τῷ τῇδε βίῳ στοιχούντων, μηδὲν δὲ πλέον φρονεῖν δυναμένων, ἀγενναῖως ὀθύρου τὴν τῆς σῆς παιδὸς ἀναχώρησιν· πίστευε δέ μοι τῷ γέροντι θεοφιλεῖ σκοπῷ ταύτην προβῆναι, ἐπεὶ οὐκ ἂν ἀπέκρυψε Κύριος τὸ γεγονὸς ἀφ' ἡμῶν· εὐχαρίστει οὖν αὐτῷ καὶ προσκύνει τὴν κατὰ τὸ αὐτὸ ἀρέσκουσαν οἰκονομίαν, καὶ ὅψει μὲν αὐτὴν μικρὸν ὅσον καὶ κατὰ τόνδε τὸν βίον, εἴπερ τοῦτο ἀμφοτέροις λυσιτελεῖ· εἰ δὲ οὔ, μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν αἱ θεῖαι σκηναὶ πάντως ἀμφοτέρους εἰσδέξονται· τοῦτο γάρ μοι δίδωσι μὲν νοεῖν τὸ σόν τε καὶ ἐκείνης φιλευσεβὲς καὶ φιλόθεον. Οὕτως ὁ Παφνούτιος τῆς ἀθυμίας ἐνδοὺς ἐπάνεισιν οἴκαδε, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν εὖ διαθέμενος, αὖθις καταλαμβάνει τὸ μοναστήριον.

ΙΒ'. Ὡς δὲ συνεχῶς οὕτω τῇ μονῇ προσεφοίτα, τοὺς σπουδαιοτέρους τῶν μοναχῶν ἐνζητῶν, ἅτε τῆς αὐτῶν ὁμιλίας ἀπολαύειν φιλῶν (ὅρα τοὺς ἀῤῥήτους τῆς προνοίας λόγους) ἀκούει παρὰ τῶν τῆς μονῆς ὡς εἴη τις τῶν ἀδελφῶν παρ' αὐτοῖς, οὐ πολὺν μὲν τὸν χρόνον ἀσκῶν, εἰς ἄκρον δὲ δι' ὀλίγου τῆς ἀρετῆς ἐφθακώς, Σμάραγδος αὐτῷ τοὔνομα, ἐξ οἰκίας μὲν ἐπιφανοὺς γεγονὼς, πλούτῳ τε καὶ χρήμασι περιττῶς ἐχούσης· τούτων δὲ πάντων ὑπεριδὼν τὸν τῶν μοναχῶν εἵλετο βίον, καὶ τοσοῦτον ἔσχεν εἰς ἀρετήν, ὡς μικροῦ πᾶσιν εἶναι τοῖς κατ' αὐτὸν ἀπαράμιλλος. Ἕλκει τοῦτον ἡ ἀκοὴ, καὶ πρὸς ὄψιν ἐλθεῖν. Ἐντυγχάνει διὰ τοῦ Ἀγαπίου τῷ δῆθεν ἀνδρὶ, καὶ περιβλήτῳ τὴν ἀρετήν. Ἡ δὲ τὴν τοῦ πατρὸς ὄψιν ἰδοῦσα, καὶ γνοῦσα μὲν, οὐ γνωσθεῖσα δὲ (ἠλλοίωτο γὰρ ὑπὸ τῆς ἄγαν σκληρότητος καὶ τῆς ἀσιτίας, καὶ ἀσαφεῖς εἶχε τοὺς χαρακτῆρας τῆς ὄψεως), νικᾶται τῇ φύσει, καὶ ἡσυχῇ δακρύων χέει πηγάς. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς ἐκ κατανύξεως ἐδόκει συμβῆναι, μηδὲν ἔχων ὑπονοεῖν ὡς αὐτὸς εἴη τῶν δακρύων ἡ ἀφορμὴ, τῇ θέᾳ ταύτην πλήξας τῇ πατρικῇ. Εἶτα παυσαμένη τῶν ὀδυρμῶν οὐδὲν μὲν τῶν εἰς γνῶσιν ὁμολογεῖ, νικήσειν ὥσπερ φιλονεικοῦσα τὴν ἥδη ταύτην νικήσασαν φύσιν, καὶ πρὸς δάκρυα κατενεχθῆναι παρασκευάσασαν· τοσαύτης δὲ τῆς ὠφελείας αὐτὸν ἐμπίπλησιν ἀπό τε τῆς τῶν ἠθῶν εὐκοσμίας, ἀπό τε τῆς τῶν λόγων διδασκαλίας, ὡς πλήρη θαύματος γεγονότα, ἀφικέσθαι τε πρὸς τὸν γέροντα, καὶ μεγάλας αὐτῷ φάναι τὰς χάριτας ὁμολογεῖν, τοιούτου θέας ἀνδρὸς καὶ ὁμιλίας ἠξιωμένος.

ΙΓ'. Ὀκτὼ τοίνυν ἔτεσι πρὸς τριάκοντα τὸν τοιοῦτον βίον ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἡ Εὐφροσύνη διενεγκοῦσα, καὶ μηδενὶ, ὅστις ἦν, γνώριμος γενομένη, ἡνίκα τῶν παρόντων ἔδει ταύτην ἀποδημεῖν, θείᾳ τινὶ πάντως προνοίᾳ ἐνδημήσαντα τότε τῇ μονῇ τὸν πατέρα μεταστέλλεται, κατά τι χρεὼδες ἡ μακαρία, καὶ τρεῖς ἡμέρας παρὰ τῇ μονῇ μένειν

A liberans a dolore, dolore magis afficere animam, quæ et naturæ et paternæ benevolentiæ propter ipsum nullam duxit rationem, et alioqui, ne retardaret et impediret virtutem, qua nihil est præstantius. Cum hæc ita contigissent, dicit senex Paphnutio: Ne sis tristis, o fili Paphnuti, neque ut quispiam ex infidelibus, et qui hac vita omnia metiuntur, nihil autem possunt amplius cogitare, pusillo et abjecto animo defleas recessum tuæ filiæ. Crede autem mihi seni, hanc pio et religioso scopo esse progressam: alias nempe nos non celasset, quod factum est, Dominus. Age ergo ipsi gratias, et venerare dispensationem, quæ fit, ut ei videtur: et videbis quidem ipsam paulo post etiam in hac vita, si hoc conducit utrisque: sin minus, postquam quidem certe ex hac vita excesseritis, divina tabernacula ambos omnino excipient. Hoc enim mihi dat B cogitandum tanta illius pietas et amor in Deum. Sic Paphnutius cum multum remisisset de sua animi ægritudine, domum redit, et rebus suis bene ordinatis, revertitur in monasterium.

XII. Cum autem sic assidue ventitaret in monasterium, virtutis studiosiores requirens monachos, ut qui lubenter eorum frueretur consuetudine (vide ineffabiles rationes providentiæ!), audit ex fratribus monasterii, quod sit apud eos quidam frater, qui non longo quidem tempore se exercuit, ad summam autem brevi pervenit virtutem: eique nomen Smaragdus, illustri quidem loco natus, et qui divitiis abundabat, et pecuniis: his vero omnibus contemptis, vitam elegit monasticam, tantumque profecit in virtute, ut nemo fere sit ex omnibus aliis, qui possit cum eo contendere. Eum trahit auditio, ut veniat in ejus conspectum. Per C Agapium itaque convenit illum virum virtute suspiciendum. Illa autem cum patris faciem aspexisset, et cognovisset quidem, non esset autem cognita (mutata enim erat propter nimiam asperitatem et inediam, et habebat non aperta vultus lineamenta), vincitur a natura, et sensim fontes emittit lacrymarum. Pater autem ejus existimabat hoc evenire ex compunctione, non valens conjicere se esse lacrymarum occasionem, ut qui eam paterno sauciasset spectaculo. Deinde cum cessasset flere, nihil quidem fatetur eorum, quæ pertinebant ad cognitionem, veluti contendens vincere naturam, quæ jam eam vicerat, et effecerat ut ei orirentur lacrymæ. Tanta autem eum implet utiD litate, et ex morum moderatione, et ex doctrina sermonum, ut plenus admiratione accesserit ad senem, et dixerit se multum ei debere, quod dignus sit habitus, qui talem virum videret et conveniret.

XIII. Cum triginta itaque et octo annos talem vitam Euphrosyne egisset in monasterio, et quænam esset, nulli fuisset omnino cognita, quando oportebat eam ex hac vita excedere, patrem, qui omnino divina quadam providentia tunc erat in monasterio, propter usum aliquem, accersit illa beata, et rogat, ut tres dies maneat in monasterio, dicens non

inutilem eam moram sibi fore. Sed cui summæ erat curæ de charissima aliquid scire filia, pater lubens obediit. Cum autem jam adesset tertius et ultimus, eum prope se advocat, et dicit : Quoniam Deus res meas, ut voluit, administravit, et ut in proposito ab initio suscepto usque ad finem permanerem, mihi vires tribuit, volo te hodie liberare multis sollicitudinibus, et de filia tua, quod scio, dicere : quam sat scio te sitire, et ejus ardere desiderio. Scias ergo, inquit, o pater, me esse tuam filiam (vultum ostendens quam fieri potuit evidentissime) : ut laterem autem, me in hunc transmutasse habitum, ex quo mihi omnino Dei benignitate evenit, ut licet te viderim per totam vitam, nullum tamen a te mihi allatum sit impedimentum in suscipiendo certamine exercitationis : et tu nunc adsis, ut tuis manibus sepulturæ meæ mandentur reliquiæ. Sic dixit, et Domino statim tradidit animam.

XIV. Ille autem re inopinata stupefactus, non respirans, humi cecidit, tanquam mortuus, adeo ut aqua faciem ejus asperserit Agapius, et cum eum ad se revocasset, rogaret qui factum sit, quod ei defecerit animus. Ille autem dixit se vidisse res adeo admirabiles, ut cuperet etiam mox vitam cum morte commutare. Deinde cum surrexisset, et circumfusus sanctis illis esset reliquiis, et eas irrigaret lacrymis, et commistos gaudio fletus emitteret, et clamaret : Hei mihi, filia dulcissima, cur non te mihi diu ante aperuisti? Cur non me una tecum assumpsisti socium in opere tui propositi? Heu me miserum, quid mihi accidit! Quomodo fuit tanta mea ignorantia? Quomodo nesciebam me in manibus habere, quod quærebatur? Quid agam? Festumne celebrabo, hanc videns quæ processit ex meis lumbis, an lugebo victus paternis visceribus? Sed non est honestum eos lugere, qui postquam hinc excesserint, vadunt ad vitam meliorem, etiamsi natura domesticos amplectens, me cogat hoc facere. Verumenimvero lugentem me excipit gaudium, fontes reprimens lacrymarum, et persuadet ut postulem quam primum hinc excedere. Scio enim fore ut eam videam, et ab ea videar, hoc concedente Dei benignitate, et simul vivam in sæcula cum ea, quæ a me quidem est genita, ei autem vixit, et beatam illi tradidit animam.

XV. His verbis cum totum actum intel'exisset Agapius, id annuntiat cum clamore et admiratione præfecto et fratribus. Illi autem contendebant alius alium prævenire, obstupefacti nova et aliena auditione, et studebat unusquisque primus venerandas amplecti reliquias. Cum autem accessisset quidam ex fratribus altero oculo orbatus, ipse quoque amplexurus, lucem est assecutus ab ea, quæ divina luce digna erat habita, et duos habuit illæsos oculos, certum effectus testimonium illius fidei et beatitudinis, quam illa fuerat assecuta. Non amplius ergo sepulturæ meminerant, qui aderant: sed

ἀξιοῖ, οὐκ ἀκερδῆ αὐτῷ ἔσεσθαι τὴν προσεδρείαν ταύτην εἰποῦσα· ἀλλ' ὁ διὰ πάσης ἔχων φροντίδος τὸ περὶ τῆς φιλτάτης μαθεῖν, ὑπήκουσεν ἄσμενος ὁ πατήρ. Ὡς δὲ ἡ τρίτη καὶ τελευταία παρῆν προσκαλεῖται τούτου πλησίον αὐτῆς, καί φησιν· Ἐπείπερ τὰ κατ' ἐμὲ ὁ Θεὸς ὥσπερ καὶ ἠθέλησε ᾠκονόμησε, καί με τῇ ἐξ ἀρχῆς προθέσει μεῖναι καὶ μέχρι τέλους ἐνίσχυσε, βούλομαί σε πολλῶν φροντίδων ἀπαλλάξαι τὴν τήμερον, καὶ περὶ τῆς σῆς εἰπεῖν θυγατρὸς, ἣν οἶδα κατὰ τὰς ἐλάφους διψᾷς, καὶ τῷ πόθῳ ταύτης ἐκκέκαυσαι. Ἴστι τοιγαροῦν, ὦ πάτερ, ἔφη, τὸ σὸν τέκνον ὑπάρχειν ἐμὲ, δείξασασα καὶ τὴν ὄψιν αὐτῷ, καθ' ὅσον οἷόν τε φανερώτερον. Τοῦ δὲ λαθεῖν ἕνεκα εἰς τόδε τὸ σχῆμα μεταβαλεῖν ἐμαυτὴν, ἐξ οὗ μοι προσγέγονε Θεοῦ πάντως οὕτω συνευδοκοῦντος, τὸ καὶ σὲ διὰ βίου παντὸς ὁρᾷν, καὶ παρὰ σοῦ μηδὲν πρὸς τὸν τῆς ἀσκήσεως ἀγῶνα, παρεμποδίζεσθαι· καὶ νῦν παρεῖναί σε ὡς ἂν καὶ χερσὶ ταῖς σαῖς τὸ ἐμὸν τάφῳ παραδοθῇς λείψανον. Οὕτως εἶπε, καὶ τῷ Κυρίῳ εὐθὺς παρεθετο τὴν ψυχήν.

ΙΔ'. Ὁ δὲ τῷ ἀπροσδοκήτῳ τοῦ πράγματος ἐκπλαγεὶς ἄπνους ὡσεὶ νεκρὸς κατέπεσεν ἐπὶ γῆν, ὡς ὕδατι τὸν Ἀγάπιον τὸ τούτου περιῤῥαντίσαι πρόσωπον, καὶ ἀνακτησάμενον ἐρωτᾷν, τί παθόντα λειποθυμίᾳ περιπεσεῖν· τὸν δὲ φάναι τοιούτων εἰς θέαν παραδόξων ἐλθεῖν, ὡς ἐφίεσθαι καὶ τὸ ζῆν εἰς τάχος ἀποβαλεῖν. Εἶτα διαναστάντα καὶ τῷ ἁγίῳ ἐκείνῳ λειψάνῳ περιχυθέντα δάκρυσί τε αὐτὸ καταβρέχειν, καὶ ὀδυρμοὺς ἀφιέναι ἡδονῇ συμμιγεῖς. Καὶ οἵ μοι! τέκνον, βοᾷν, γλυκύτατον, διὰ τί σαυτήν μοι μὴ πρὸ πολλοῦ ἀπεκάλυψας; διὰ τί μὴ συνεργατην με τῆς σῆς προθέσεως σύμπαρείληφας; οἵ μοι τί πέπονθα; πῶς ἀγνόημα τηλικοῦτον ἠγνόησα; πῶς οὐκ ᾔδειν ἔχων ἐν χερσὶ τὸ ζητούμενον; τί πάθω; ἑορτάσω ταύτην τὴν ἐξ ὀσφύος μου τοιαύτην ὁρῶν; ἢ θρηνήσω σπλάγχνοις νικώμενος πατρικοῖς; ἀλλὰ θρηνεῖν οὐ καλὸν τοὺς μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν πρὸς κρείττονα πορευομένους διαγωγήν, κἂν ἡ φύσις τῶν οἰκείων ἀντεχομένη τοῦτό με καταναγκάζῃ ποιεῖν· πλὴν ἀλλὰ θρηνοῦντα με χαρὰ διαδέχεται τοὺς τῶν δακρύων κρουνοὺς ἀναστέλλουσα, καὶ τὴν ἐνθένδε μετάστασιν πείθει τὸ τάχος ἐπιζητεῖν. Οἶδα γὰρ ὡς ὄψομαί τε αὐτὴν καὶ ὀφθήσομαι Θεοῦ φιλανθρώπίας τοῦτο διδούσης, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα συζήσομαι τῇ ἐξ ἐμοῦ μὲν γεννηθείσῃ, αὐτῷ δὲ ζησάσῃ, καὶ τὴν μακαρίαν παραθεμένῃ ψυχήν.

ΙΕ'. Τούτοις τοῖς ῥήμασι τὸ πᾶν τοῦ δράματος συνεὶς ὁ Ἀγάπιος, σὺν βοῇ καὶ θαύματι διαγγέλλει τῷ ἡγουμένῳ τε καὶ τοῖς ἀδελφοῖς. Οἱ δὲ ἄλλος ἄλλον φθάνειν ἠπείγοντο τὸ καινὸν καὶ ξένον τῆς ἀκοῆς ἐκπληττόμενοι, καὶ πρῶτος ἕκαστος τὸ τιμιώτατον ἔσπευδε περιπτύξασθαι λείψανον. Ὡς δέ τις τῶν ἀδελφῶν τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν πηρωθεὶς προσῆλθε, καὶ αὐτὸς ἀσπασόμενος, φωτὸς ἔτυχε παρὰ τῆς φωτὸς τοῦ θείου ἠξιωμένης, καὶ τοὺς δύο εἶχεν ἀπαθεῖς ὀφθαλμούς, μαρτύριον γενόμενος ἀκριβὲς τῆς αὐτοῦ πίστεως, καὶ ἧς ἐκείνη κατηξιώθη μακαριότητος. Οὐκέτι οὖν ταφῆς οἱ παρόντες ἐμέ-

μνηντο, ἀλλὰ ταύτης ἐπιλαθόμενοι, δοξολογίᾳ, καὶ θαύματι μετὰ χαρᾶς ἐμερίζοντο. Ὀψὲ δὲ καὶ μόλις αὐτὸν εἶναι τὸν θησαυρὸν, καὶ μετὰ τὴν ταφὴν, λογισάμενοι, τοῖς τῶν πατέρων μνήμασι ταύτην ἐγκατατίθενται, φωτὶ θείῳ τὸ πρόσωπον περιλαμπομένην. Ὁ μέντοι ταύτης πατὴρ οὐδὲ ἀποστῆναι μετὰ ταῦτα τῆς μονῆς ὅλως ἔκρινε· τοσοῦτον δὲ μόνον ἐχωρήσας, ὅσον διανεῖμαι τὰ ὄντα πένησί τε καὶ ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς ἄλλως εὐσεβῶς ζῶσι, καὶ τῶν ἐπιτηδείων μὴ ἱκανῶς ἔχουσι, τινὰ δὲ καὶ τῷ κοινοβίῳ καθιερῶσαι, τὸ ἐξῆς ἑαυτὸν φέρον συντάττει τοῖς ἀδελφοῖς, κἀκεῖνος τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τοῦ βίου διατελεῖ ἐπὶ τῆς ψιάθου τε καὶ τῆς κέλλης τῆς Εὐφροσύνης κατακλινόμενος, καὶ μέγα τοῦτο εἰς εὐφροσύνην τιθέμενος.

A ejus obliti, glorificatione et admiratione divisi erant cum lætitia. Cum autem vix tandem reputasset, etiam post sepulturam eumdem esset thesaurum, illam deponunt in monumentis patrum, luce divina in face illustratam. Ejus autem pater ne cogitavit quidem discedere a monasterio. Cum autem solum tantum recessisset, quantum satis esset ad suas facultates dividendas pauperibus et ecclesiis, et iis qui alioqui pie vivunt, et non habent ea quæ sunt necessaria ; uti tamen aliqua consecraret cœnobio, se deinceps refert in numerum fratrum, et illic reliquum vitæ tempus transigit, in storea et cella Euphrosynes recumbens, et id esse magnum ducens ad lætitiam.

ΙϚ′ Ἔτη οὖν δέκα καὶ αὐτὸς τῷ κοινοβίῳ τούτῳ διαγαγὼν, καὶ πολιτείαν ἀκριβείας πλήρη διηνυκὼς, μετέστη πρὸς Κύριον, τὸ τούτου σῶμα ἐχόμενα τοῦ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ τιμίου σώματος ἐπισκήψας κατατεθῆναι· ἱκανὸν τοῦτο καὶ μετὰ θάνατον λογισάμενος παραμύθιον κωφῇ κόνει χαρίζεσθαι σώματος ἐγγύτητα ποθουμένου, εἰς μνήμην διηνεκῆ καὶ δόξαν τοῦ ταῦτα οὕτως οἰκονομηκότος Θεοῦ· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B XVI. Cum ergo ipse quoque decem annos transegisset in monasterio, et vitam peregisset accuratam et perfectam, migravit ad Dominum, cum jussisset suum corpus deponi prope filiam, hoc etiam post mortem ducens esse satis solatii, surdo pulveri corporis largiri propinquitatem ejus, quod desiderat, ad perpetuam memoriam et gloriam Dei, qui hæc sic dispensavit. Quem decet omnis gloria, honor et adoratio, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

VITA
BEATÆ APOLLINARIS VIRGINIS.

(Anno 400.)

[Apud Surium ad diem 5 Januarii, tom. I, pag. 41. Textum Græcum non invenimus.]

I. Imperante in primis pio imperatore Anthemio (2), imperatoris filio, qui habuit duas filias : ex quibus una habebat spiritum immundum, altera autem ab ineunte ætate vacabat ecclesiis, martyriis et orationibus. Erat vero ejus nomen Apollinaris. Cum ea autem esset ætatis legitimæ, querebant ejus parentes eam marito conjungere, ea vero nolebat. Dicit vero quodem die suis parentibus: Cupio ire monasterium. Ei autem dicunt parentes : Volumus te marito conjungere. Ea vero dicit eis : Nolo conjungi marito, sed spero fore ut quomodo Deus sanctas suas virgines custodiit impollutas, me quoque in suo timore custodiat impollutam. Novum autem et admirabile videbatur parentibus quod cum esset id ætatis, talia diceret, Deum desiderans. Rursus eos rogabat, ut unam adducerent monacham, ut eam doceret psalterium et legere.

C lestia, quod eam vellet jungere matrimonio. Cum ea autem persisteret et arrhas nollet accipere, ei dicunt ejus parentes : Quid vis, filia ? Ea vero dicit eis: Rogo vos, ut me ad Deum adducatis, ut meæ virginitatis mercedem accipiatis. Illi autem cum vidissent ejus mentem esse adeo firmam et immobilem, et a Deo adeo fuisse amatam, dicunt ei : Speramus, filia, fore ut fiat Dei voluntas. Paucis vero post diebus adduxerunt ad eam monachas, quæ eam docuerunt Psalterium et legere Scripturas.

II. Imperator autem non parva affectus est mo-

III. Quodam autem die cum uterque considerent, ea dicit parentibus : Rogo vos ut me dimitatis in loca sancta, ut orem et adorem sanctam resurrectionem et crucem venerabilem. Illi vero non habebant propositum dimittendi eam, quoniam eam magis amabant, quam sororem ejus, quæ vexabatur. Cum autem interjecto aliquo spation temporis ea eis esset molesta, jussit imperator, ut

D

(2) Fuit hic Anthemius Anthemii imp, avus, Theodosii junioris in pueritia moderator.

ad eam deferrentur pueri et ancillæ, et aurum et argentum, et ei dicunt : Accipe, filia, et recede : imple votum tuum. Deus enim vult te suam esse servam: eaque in navem imposita, his pueris consequentibus,dixerunt ei: Filia, memento nostri in sanctis locis. Ea vero dicit: Quomodo mihi satisfecistis, vos quoque in die malo liberabit Dominus, et parentibus valere jussis, cœpit navigare.

IV.Cum autem paucis diebus pervenissent Ascalonem, paucos dies illic manserunt propter maris jactationem. Ipsa vero orans in omnibus ecclesiis et monasteriis, eis quoque exhibebat, quæ erant necessaria. Aliquot autem post diebus, cum invenissemus comites, venimus in sanctam civitatem. Cumque in quemdam locum divertissemus propter nostras sarcinas, puerosque et ancillas, qui una erant,paululum requievimus.Eis autem dixit beata Apollinaris: Agite, adoremus beatam resurrectionem et venerandam crucem. Porro autem eis orantibus,ea orabat pro suis parentibus.Cœpitque benefacere iis, qui opus habebant. Ibant vero assidue ad monasteria virginum perennium, et ad eos, qui vitam agebant monasticam, et suppeditabat eis, quæ erant necessaria.

V. Quodam autem die dicit uni ex iis quicum ea versabantur: Volo vos, si Deus velt, liberare. Hoc autem audito,affecti sunt molestia. Illa itaque dixit eis : Ne sitis animo anxii. Si Deus enim quid compunxit meam humilitatem, præbebo ad vos alendos. Cumque ii accipissent ejus benedictionem, ei ingentes gratias agebant. Cum vero recessissent, abiit cum iis, qui ei remanserant, ad Jordanem: et illic rursus præbuit iis, qui opus habebant. Cumque illinc profecti essent, rursus veniunt in sanctam civitatem.

VI.Elapsis autem aliquot diebus, cum suam complesset orationem, dicit eis qui una cum ea erant: Fratres mei, volo vos quoque liberare. Sed nunc eamus ad Alexandriam usque et sanctum Menam adoremus.Illi vero dixerunt:Ut jubes,domina.Cum descendisset autem Ascalonem,distribuit in via iis, qui opus habebant: inventoque navigio, quod ibat Alexandriam,eo navigarunt. Audivit autem is,qui erat præses eo tempore, et misit ad eam adorandam. Ea vero non passa est, sed noctu venit in prætorium, et adoravit præsidem et ejus uxorem. Illi vero ad pedes ejus procidunt, dicentes: Quæsumus, domina, cur sic fecisti? Nos misimus qui venirent ad tuos pedes, et tu, domina nostra,venisti ad nostros pedes ? Ea vero dicit eis : Vultis mihi rem gratam facere? Dicunt ei:Certe, domina. Ea vero dicit eis: Dimittite me, quoniam volo ire oratum ad sanctum Menam. Illi autem cum præclaris donis eam dimiserunt. Ea vero accipiens, omnia distribuit pauperibus.

VII.Cum autem in civitate mansisset paucos dies, ibat ubique in monasteria, et assidue eis suppeditabat.In eo autem loco,in quo habebat domum,invenit unam vetulam, cui præbuit modicam benedictionem, et dixit ei : Accipe, soror, et abi in ecclesiam, et eme mihi unum lebetonarium monasticum, et similiter humerale, et cucullam, et accipe etiam cingulum. Abiens vero vetula,ei hac in re inservit. Cum ea autem attulisset, ei precata est dicens : Deus tu adjuvet, Mamma. Cumque accepisset, occultavit propter pueros. Quando autem voluit egredi ad sanctum Menam, iis omnibus manumissis, dedit eis id quod erat ad victum necessarium, et eos dimisit. Illi vero ei bene precati recesserunt.

VIII. Cum autem secum accepisset eunuchum unum, et unum senem, navi venit in Lemnam. Cumque pervenissent ad ædes Philoxeni,didicit is qui erat illic Paramonarius; venitque cum magno apparatu, dicitque ei procidens : Domina mea, ubi jubes me manere donec ascenderis, et tuam feceris orationem ? Ipsa vero eum rogavit cum sacramento,ut nihil ad se afferretur. Dicit autem ei: Fac officium charitatis. Affer ad me quatuor animalia,ut ascendens adorem sanctum Menam. Ille autem die sequenti adduxit animalia.Ea vero dixit; Crede Domino, eis non insidebo,nisi eorum mercedem dedero. Cum dedisset plusquam dari consuevisset, valedixit œconomo. Ipse autem recessit, accepta ab ea benedictione.

IX. Cum ea autem ascendisset, fecit ut agaso etiam alterum animal ascenderet. Cumque pervenissent ad sanctum Menam,(3)ejus venerabila monimentum adoravere Audivit autem œconomus,et venit in clero ad eam adorandam. Illa vero ex eo affecta est molestia. Nolebat enim cognosci, œconomus autem eam rogabat, dicens : Domina, jube in domo mea. Ea vero dicit ei : Ego volo unum diem manere in ecclesia, donec me Deus dimiserit eo, quo um abitura, misitque ad eam sancti benedictionem.Distribuit autem iis,qui opus habebant. Post tres vero dies dicit œconomo : Fungere officio charitatis.Præbe mihi unam lecticam, ut abeam et adorem Patres Scetis. Is autem accersito uno lecticario, dixit ei: In nomine Dei affer ad me lecticam. Ille vero dixit : Jussisti. Beata autem adducit ad se puerum, qui ei remanserat, et benedictione ei data, eum quoque dimisit, dicens: Ora pro me.

X. Cum sequenti autem die venisset lecticarius, mansit donec fuit vespera. Cumque valedixisset œconomo et puero, ascendit in lecticulam, habens intus vestes monachicas, et fecit ut pone ascenderet eunuchus, ante autem lecticarius. Cœpitque beata orare,cum esset intus,et a Domino Deo petere auxilium. Circa mediam autem noctem pervenit ad paludem prope fontem, qui usque in hodiernum diem dicitur Fons Apollinaris. Cumque lecticæ pelles aperuissent, Dei providentia invenit ambos

(3) Nota antiquum morem venerandi sepulcra sanctorum.

dormientes. Cumque se vestibus exuisset mundanis induit se monasticis, dicens : Qui dedisti principium, ut hunc sanctum assequerer habitum, fac me dignam, ut eum ad finem perducam congruenter tuæ voluntati, Domine. Cumque se signasset, dejecit se e lectica, et ingressa est paludem. Deus autem cum vidisset ejus in ipsum charitatem, effecit ut quandiu vixit, ad nutrimentum ei palma suffecerit.

XI. Cum autem lecticarius et eunuchus excitati essent, et cognovissent eam non esse in lectica, valde sunt admirati. Invenerunt enim vestes, quas ferebat, in lectica ; redeuntesque venerunt ad sanctum, et œconomo de ea retulerunt, ejus quoque vestes ei ostendentes. Stupefactusque, in civitatem ingressus est cum lecticario et eunucho, et exposuerunt præsidi rem universam. Præses vero perterritus, scribit epistolam ad patrem ejus imperatorem, significans ei omnia consequenter, missis etiam ejus vestibus. Accepta autem ejus epistola et lecta, flevit amare. Cum vero vidisset etiam vestes filiæ, magis suis caligavit visceribus, et cœpit flere cum matre ejus, et toto senatu. Postea autem quieverunt, Deo agentes gratias. Dixit vero imperator : Deus qui eam elegisti, confirma eam in tuo timore. Cum omnes ergo rursus flevissent, quidam ex iis dixerunt imperatori : Revera, domine, ea est filia pii imperatoris, ea est filia tuæ potentiæ. Hinc magis apparuerunt tua bona opera. Cumque ea dixissent, et his plura, omnes pro ea orabant.

XII. Cum beata autem multos annos mansisset in palude, et strenue decertasset adversus diabolum, evasit ejus corpus tanquam pellis testudinis. Exesum enim fuerat a culicibus. Ipsa autem consumpta fuerat ab abstinentia, et a regula quam seipsam docuerat. Quando vero Dominus Christus voluit eam facere dignam corona sanctorum Patrum, fecit ut ea egrederetur e palude. Ignorabatur autem ab omnibus, eam esse feminam, sed putabatur eunuchus. Apparuit vero ei in somnis, qui dicebat. Si quis te interrogaverit, quomodo voceris, dic, Dorotheus. Cum esset autem mane, occurrit ei sanctus Macarius, et dicit ei : Benedic, Pater. Illi autem, data sibi invicem charitate, ambulabant in solitudine. Interrogavit vero Dorotheus, dicens : Pater, quis es ? Ille autem dixit: Ego sum Macarius. Is vero dixit : Fungere officio charitatis : sine me habitare cum fratribus. Præbuit autem ei quoque cellam protinus. Totum ergo diem et noctem intense offerebat Deo supplicationes. Cœpit autem eam tentare diabolus nocturnis visionibus. Beata vero illa vehementer adversus eum decertabat, ne declararet se esse mulierem. Se autem supra modum exercebat, neque ecclesiam relinquebat, nec regulam, noctu diuque Deum orans.

XIII. Quodam autem die abbas Macarius venit in ejus cellam, et dicit ei: Fungere officio charitatis, bone frater : emitte nobis preces. Illa vero dicit : Pater, ego a te volo benedici. Cumque fecissent preces, sederunt. Eam autem rogavit abbas Macarius, dicens: Dic, mihi, frater, undenam venis, et quod est tibi nomen ? Illa vero dixit: Vocor Dorotheus, et cum audissem de sanctis, qui hic sunt, Patribus, volui una cum eis habitare, si sim dignus. Dicit autem ei rursus senex : Quodnam opus facis ? Ea vero dicit : Faciam, si quid me jubes. Is autem ostendit ei, ut faceret catenam. Deus vero volens ostendere ejus animi fortitudinem, non declaravit abbati Macario eam esse feminam, sed is tanquam virum eunuchum eam esse putabat. Multas autem curationes Deus per eam peregit.

XIV. Processu autem temporis dæmon, qui est bonis infestus, aggreditur ejus sororem, quæ vexabatur a dæmone : erat autem cum imperatoribus. Cœpitque eam dæmon lacerare, et dicere : Nisi me acceperitis, et tuleritis in solitudinem, ex ea non egrediar. Volebat vero dæmon ejus sororem convincere, quod esset femina. Deus vero obstruxit dæmonem, ne ea diceret. Puellam autem valde urgebat dæmon, ut iret in solitudinem. Quidam vero ex proceribus consulunt imperatori, ut eam mittat. Tunc imperator dimisit eam cum magno comitatu ad Patres in solitudinem. Cumque ii venissent in Scetim, novit sanctus Macarius, propter quamnam causam adsint in illo loco, eisque progressus obviam, excepit eos, et dixit : Quid huc acceditis, o filii? Illi vero dixerunt : Noster imprimis pius imperator Anthemius misit filiam suam, ut per Deum curetur et preces vestras. Cum eam autem accepisset a cubiculario, deduxit eam ad abbatem Dorotheum, et dicit ei : Fungere officio charitatis : Quoniam est filia imperatoris, et opus habet patrum precibus et vestris. Ora pro ea, ut curetur. Hæc est enim merces tua.

XV. Hæc autem cum audiisset, cœpit flere, et dicere : Quisnam ego sum peccator, quod de me talem concepistis opinionem? flexisque genibus dicebat : Concede mihi, Pater, ut mea peccata defleam: nam multa sunt. Ego enim sum imbecillus, planeque rudis et ignarus ad hanc rem. Dicit ei abbas Macarius : Annon sunt etiam alii Patres, qui per Deum signa faciunt? Sed tamen hæc remansit merces. Illa vero dicit: Fiat Dei voluntas, et mota pœnitentia, eam accepit in cellam, et novit eam esse sororem, flensque conquievit. Eam autem amplexa, dixit : Bene venisti soror. Dei vero opere fuit os obstructum dæmoni, ne argueret ancillam Dei, quod esset femina. Cum autem dæmon eam diu affligeret, per preces eum domuit.

XVI. Quodam autem die dæmon cœpit eam affligere. Illa vero exsurgens, manus suas extendit in cœlum, et flens Deo supplicavit pro sua sorore. Tunc clamans dæmon, dixit magna voce : O, vi pulsus a te egredior. Eaque prostrata, est egressus. Cum eam autem accepisset, fert sanam in ecclesiam ad Patrum pedes, dicens : Ignoscite mihi, quod inter vos peccarim. Illi autem data pace, vocarunt homines imperatoris, et eis tradiderunt sanam imperatoris

filiam. Qui, adoratis omnibus Patribus, profecti sunt ad imperatorem. Fuitque magnum gaudium in civitate propter filiam imperatoris, Deumque glorificaverunt, videntes magnam puellæ modestiam. Beatus autem Dorotheus se magis humiliavit, supra modum exercens. Fuitque perfectus signifer.

XVII. Diabolus autem rursus subit filiam imperatoris, et facit ut prægnans appareat. Cœpitque imperator affici magno dolore, et eam interrogavit, dicens : Ex quo es prægnans? Ea vero illic nihil aliud respondit, nisi hoc solum : Nescio undenam hoc mihi acciderit. Imperator vero eam magis examinabat. Tunc ei Satanas hanc suggerit cogitationem, quod monachus, qui eam circumducebat, ipse eam prægnantem reddiderit. Tunc magna ira repletus imperator, misit ad perdendum eum locum. Cum autem principes quam celerrime abiissent in Scetim, quærunt intelligere ea, quæ illic fiebant, dicentes : Date nobis monachum, qui prægnantem reddidit filiam imperatoris. Dei vero sanctus Dorotheus his verbis auditis, in medium processit, dicens : Ego sum. Afflicti sunt autem sancti Patres, et dixerunt : Nos quoque tecum ibimus. Ea vero dixit eis : Domini mei, solummodo orate pro me, speroque in Deo, et in vestris precibus, fore ut cito vos adorem, et abeuntes in ecclesiam, venerunt cum toto conventu fratrum, factisque precibus simul egressi sunt, deducentes abbatem Dorotheum. Sciebat enim abbas Macarius, in illo nil esse mali.

XVIII. Cumque ii pervenissent ad imperatorem, procidit ad ejus pedes abbas Dorotheus, dicens : Rogo tuam pietatem ut cum silentio audiat de tua filia. Eamus seorsum, et ego vobis narrabo omnia. Non est enim ei allatum vitium, nec habet quidquam mali, absit! Postquam autem iverunt seorsum ipsa et parentes ejus, dixit eis : Per Dominum promittite mihi, quod si cognoveritis veritatem, dimittetis me in locum meum. Quod cum ei promisissent imperator et ejus uxor, dixit eis : Qui post Deum sanam fecit filiam vestram, est mea humilitas per Patrum preces. Illi vero his auditis obstupefacti, mansere muti, et attoniti. Eis autem dixit : Ego vos de hac re faciam certiores, et aperto collo sui colobii, ostendit suas mammas, et dixit : Pater, ego sum tua filia Apollinaris. Quod cum audissent ejus parentes, obstupuerunt, et multæ fusæ sunt in illo die lacrymæ. Adduxerunt autem suam sororem, et dixerunt ei : Nostine hunc? Illa vero respondens, dixit : Revera hic est ille eunuchus, qui post Deum me sanavit, et procidens ad ejus pedes, rogavit eum de suo utero. Qui cum eam erexisset, et ejus utero manus imposuisset, eam sanam reddidit. Cum hoc autem vidissent, admirati sunt, et Deum glorificaverunt. Dixerunt itaque : Vere hæc est filia nostra Apollinaris. Fuit autem fletus cum gaudio in aula imperatoris.

XIX. Cum autem paucos dies versata esset apud parentes, omnia eis narravit. Quæ cum audissent, Deum laudarunt. Rogarunt vero eam, ut cum eis maneret, sed non tunc persuaserunt. Propterea autem quod ei promiserant, eam cum multis lacrymis emiserunt. Rogavit autem parentes suos, ut pro se orarent. Illi vero ei dicunt : Deus cui fuisti desponsa, ipse perficiet tecum misericordiam. Memento autem nostri, filia, in sanctis tuis precibus. Quam cum amplexi essent, ipsam dimiserunt. Voluerunt autem ei dare pecuniam ad usus Patrum, sed eas non accepit, dicens : Patres mei non habent opus pecuniis hujus mundi, ne a bonis excidamus cœlestibus. Factisque precibus, dimiserunt suam filiam lætantem et exsultantem. Cum ea autem venisset in Scetim, susceperunt eam fratres et patres, et Deum laudaverunt, quod rediisset frater eorum sanus, et diem festum ei fecerunt.

XX. Paucis autem post diebus, quando cognovit se esse e mundo exituram, dicit abbati Macario : Fac officium charitatis. Si contigerit me e vita excedere, ne me componant monachi. Is vero dicit ei : Quomodo potest hoc fieri? Ea autem consummata, venerunt sancti Patres, ut sanctum ejus corpus lavarent. Viderunt autem eam esse sexu feminam, et exclamarunt, dicentes : Gloria tibi, Christe, qui multos habes sanctos occultos. Admiratus est autem abbas Macarius, quod hoc sibi non fuisset revelatum. Una vero nocte videt visionem, quæ ei dicit : Ne angaris propterea. Oportet enim te coronari cum sanctis Patribus, qui sunt a sæculo. Tunc ei narravit vitam, et nomen beatæ. Allatisque sanctis ejus reliquiis, eam posuerunt ad orientem sanctæ ecclesiæ, in antro abbatis Macarii cum gaudio et gloria usque in hodiernum diem, per Deum et sanctos Patres : et post sanctæ dormitionem peraguntur curationes, gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi. Cui gloria et potentia in sæcula. Amen.

DE S. SYMEONE STYLITA.

(Anno 460.)

[Acta SS. Bolland. Januarii, tom. I, die 5.]

§ I. *Symeonis Stylitæ seniors celebre nomen.*

Tres Symeones Stylitas fasti ecclesiastici exhibent. Senior ejusque instituti primus parens 5 Januarii colitur a Latinis, a Græcis 1 Septembris. Fallitur enim Baronius dum scribit ejus natalem agi 24 Maii, Menolog. cardinalis Sirleti temere secutus, in quo cum de juniore Symeone eo die agatur, illud non recte adjicitur, res ab eo gestas a Theodoreto Cyri episcopo litteris traditas esse : constat enim Theodoretum multo ante vita functum esse, quam junior Symeon nasceretur. Alter igitur Symeon Stylita in monte mirabili, in Martyrologio Romano relatus 3 Septembris, colitur a Græcis 24 Maii, quo die de illo pluribus agemus. Tertius ab iisdem Græcis celebratur 26 Julii, vocaturque presbyter et archimandrita ; idem fortassis, qui a Joanne Moscho cap. 57 Prati spiritualis, sive libri x de Vitis PP. fulmine ictus memoratur.

2. Seniorem ita celebrat Martyrologium Romanum 5 Januarii : « Antiochiæ S. Symeonis monachi, qui in columa stans multos annos vixit, unde et Stylitæ nomen accepit : cujus vita et conversatio exstitit admirabilis. » Eadem fere habent Beda, Hrabanus, Usuardus, Bellinus; et fusius Ado, Notkerus, aliique. Menologium Græcorum 1 Septembris : «Commemoratio S. P. N. Symeonis Stylitæ, qui fuit sub imperatore Leone Magno, et Martyrio Antiochenæ urbis pontifice, a provincia Ciliciæ ex castello Sesan: qui monasticam vitam ingressus in columnam ascendit ; in qua quadraginta septem annos stetit, et multis per eum editis miraculis in pace quievit. » Eadem habent eo die Menæa, et Græcorum Anthologion a Clemente VIII approbatum. Christophorus Patricius et Proconsul Mitylenæus in epitome Monologii eodem die : Συμεὼν ἀνυμνείσθω μοι οὗπερ στῦλος τὸ γνώρισμα. « Laudatur a me Symeon, cujus insigne columna. »

3. Franciscus Maurolycus in Martyrologio ad 5 Jan. ita de eo scribit : «Apud Antiochiam S. Symeonis Stylitæ admirabilis : nam in puteo sicco pluribus annis, in columna per annos quadraginta stans super unum pedem vixit. Defunctum etiam aves defleverunt.» Sed fallitur Maurolycus, quod in puteo sicco existimet pluribus annis vixisse, ubi pauculis tantum diebus fuit: neque quod innuit, assidue pede uno nixus in columna stetit, sed uno solum anno. Petrus Gelesinius: «Antiochæ S. Symeonis Stylitæ monachi, qui in columnam cavam annis quadraginta A inclusus, in hebdomada cibum semel capiens, pane herbarumque radicibus et aquæ potu victitabat. Qua admirabili abstinentia et sanctitate vir, multis etiam miraculis clarus migravit ad Dominum.» Verum unde didicit Galesinius cavæ columnæ inclusum fuisse? Contrarium patebit ex § sequenti. Nec semel in hebdomada cibum capiebat, nisi in principio vitæ monasticæ ; sed quadragesimo demum die, ut in Vita dicetur.

§ II. *Stylitæ unde dicti. Quæ columnæ forma.*

4. Operæ pretium est, dum de Stylitis agimus, quæ vocis notio, quæ columnæ forma fuerit, exponere. Prius ita breviter exsequitur Rosweydus noster in Notatione ad S. Symeonis Stylitæ vitam : « Ducitur a grammaticis et στῦλος et στήλη ab eadem B origine ἵστημι, *sto*. Suidas : Στυλίτης, ὁ ἐπὶ κίονος ἱστάμενος, « Stylita, qui columnam insistit. » Quis primus apud Romanos super columnam cellulam struxerit, docet nos Asconius in Ciceronis orationem in Q. Cæcilium, quæ *Divinatio in Verrem* dicitur: « Mænius cum domum suam venderet Catoni et « Flacco censoribus ut ibi basilica ædificaretur, « exceperat jus sibi unius columnæ, super quam « tectum projiceret ex provolantibus tabulis, unde « et ipse et posteri ejus spectare munus gladiato- « rium possent, quod etiam tum in foro dabatur : « unde ab eodem Mænio dicta sunt Mæniana. » Festus : « Mæniana ædificia a Mænio sunt appel- « lata : is enim primus ultra columnas extendit « tigna, quo ampliarentur superiora. » Glossa : C « Mænianum, ἐξώστρα. Menianus, ἐκθέτης. » Hæc Rosweydus. Eadem fere habet Raderus Viridarii parte III, cap. 4, de Stylitis, qui addidit : « Στήλη erat, proprie cippus sepultorum tumulis impositus, cum inscriptione. » Moxque subdit, στήλαις ignominiæ causa nocentium facta inscribi solita, fuisseque quodammodo tabulas seu columnas proscriptionum. Unde λόγον στηλιτευτικόν, et epistolam στηλιτευτικήν pro scripto famoso accipi, quo rei crimina publice legenda proponuntur.

5. De forma ita disserit idem Raderus: « Columnarum, quas ego omnibus Ægypti prodigiosis pyramidibus, elaboratis et pictis obeliscis, colossis, columnisque Trajani, propter ipsa quæ supra illas fulgebant sidera antepono, forma fere fuit, ut arD bitror, rotunda, altitudo varia. Auctor enim Stylitarum Symeon primum columellam ascendit non nisi senum cubitorum (sive nomen pedum) mox duodenum, postea vicenum duum, postremo trice-

num senum, sive, ut Nicephorus et alii tradunt, quadragenum. Modius seu cella sive domicilium columnis impositum, in quo consistebant, in omnem partem binos cubitos seu tres pedes patebat, tecto nullo, ut libere cœlum omne contemplarentur, et omnibus injuriis cœli expositi majorem haberent tolerantiæ segetem et messem. Januas habebant nonnulli, nullas alii, quod tempestatis violentia parietis partem disjecisset. Scalæ admovebantur, cum vel alii ad illos enitebantur, vel illi ad alios se demitterent, quod quidem vel nunquam, vel ad summa Reipub. pericula devocati factitabant. Statione porro æterna se cruciabant : nec enim jacendi vel decumbendi spatium erat: ¦poterant tamen sedere ; sedisse vero nusquam lego, nunquam puto. Nam primus quadraginta diebus Symeon ad trabem se alligari curavit, alterisque quadraginta mox liber absque adminiculo consistebat, medio corpore superne velut Ecclesiastes in ambone exstabat. Etsi de omnibus non affirmarim. » Hactenus Raderus. De domicilii supra columnam exædificati mensura, idem testatur Evagrius lib. I, cap. 13, vix duorum fuisse cubitorum, et Nicephorus lib. XIV, cap. 51.

§ III. *Sancti Symeonis Stylitæ ætas.*

6. De sancti Symeonis ætate hæc tradit Rosweydus noster in Notatione ad ejus vitam lib. I De Vitis PP. «De tempore quo vixit, ex Theodoreto, inquit Baronius, ejus primordia colligi possunt, dum ait columnam jam incoluisse temporibus Meletii episcopi Antiocheni, qui sub Valente imp. vixit, desiitque ab humanis eo anno quo celebrata est magna synodus Constantinopolitana, Siagrio et Euchario coss., qui numeratur annus a Christo juxta veriores chronographos 381. Supervixit autem Symeon, ut ait Cedrenus, usque ad annum 4 Leonis Magni imp., quod etiam colligitur ex Actis Danielis Stylitæ. Est annus is a Christo 460, qua ratione jam centenario major obdormisse dignoscitur. Apud Nicephorum in margine edit Paris. ann. 1574 habetur vixisse Symeonem 103 annos : sed nihil tale in textu.

7. «Evagrius summam Vitæ ejus severe actæ ita colligit lib. I, cap. 13 : Διέτριψε τοίνυν ἐν σαρκὶ τόνδε τὸν βίον, διαθλεύων ἔτη ἓξ καὶ πεντήκοντα. Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ φροντιστηρίῳ, ἔνθα τὰ θεῖα κατηχήθη, ἔτη ἐννέα · ἐν δὲ αὐτῇ καλουμένῃ Μάνδρᾳ, ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα · ἔν τινι μὲν στενωπῷ ἔτεσι δέκα τὸν ἀγῶνα διανύτας · ἐν δὲ κίοσι βραχυτέροις ἑπτὰ, καὶ ἐπὶ τεσσαρακονταπήχει, ἔτη τριάκοντα : « Iste Symeones hoc severum vivendi genus in « carne traducens, vitam ad 56 annos propagavit. « Nam in monasterio, in quo primum divinas vi- « vendi præceptiones didicit, annos vixit IX. In « Mandra autem, sic enim vocatur, XLVII, atque ho- « rum annorum X in loco admodum angusto con- « fecit : in columnis brevioribus, VII, denique in « columna quadraginta cubitorum, XXX. » Eadem habet Nicephorus libro XIV, cap. 51, in quo error in numerum irrepsit. Nam pro undetriginta. scribendum triginta. Quæ putatio si vera est, non potuit pervenisse ad centesimum annum. Alioqui necesse esset asserere eum, cum XLIV erat annorum, primum ingressum esse monasterium : quod non quadrat cum Vita hic ab Antonio scripta, qui eum statim ab adolescentia ingressum esse monasterium scribit.

8. « Ex quo hæc Vitæ summa colligitur : cum erat tredecim annorum, pascebat oves. Inde videtur ingressus monasterium, ubi vixit anno I, inde III annis in clausura : post IV annis in columna cubitorum IV ; iterum XII annis in columna cubitorum XII, rursus XII annis in columna cubitorum XX, post IV annos in columna cubitorum XXX ; demum XVI annos in columna cubitorum XL. Atque ita exercitationis anni exsurgunt LII, haud multum differentes a numero Evagrii.

9. « Apud Theodoretum habetur, quod II annos mansit in primo monasterio : X annis in monasterio Heliodori : III annos in vico Telanesso : XXVIII annis in columna, in id tempus, quo Theodoretus ejus Vitam scripsit. Hic tantum habentur anni XLIII exercitationis : sed eo tempore adhuc vivebat.

10. « Cedrenus in Compendio historiæ ait, an. XXV Theodosii junioris eum columnam ascendisse, et an. IV Leonis vita functum. Ex quo intervallo juxta computum Annalium Baronii conficiuntur tantum anni 28. »

11 Hactenus Rosweydus. Singula expendenda sunt. De Meletio, qui cum sancto Symeone egit, accepit Baronius ex Theodoreto cap. 26 Philothei ita scribente : « Postquam autem Meletius ille admirabilis, cui tunc mandata erat cura episcopatus regionis Antiochenæ civitatis, vir cordatus et prudentia clarus, et ingenii solertia ornatus, » etc. Ita vertit Gentianus Hervetus. Ast Albericus Longus Salentinus : «Cum vero Meletius, qui tunc Antiochenæ regioni præfectus erat.» Quibus ex verbis non liquido constat Meletium illum Antiochenæ sedis patriarcham fuisse, licet id clare asserat Metaphrastes. Si jam inde a Magni Meletii (cujus vitam 12 Februarii dabimus) tempore, in columna stetisset Symeon, quomodo non ejus uspiam vel sanctus Joannes Chrysostomus, vel illius æquales historici meminissent? Arbitror igitur hunc Meletium a Theodoreto laudatum, alterius fuisse sedis episcopum, in regione Antiochena. Nam præter Meletium illum Theodoreti collegam in conciliabulo contra sanctum Cyrillum, qui fortassis a minori aliqua sede sub Antiocheno patriarcha ad Neocæsareensem fuit translatus, alius sæpe memoratur in synodo Chalcedonensi Meletius Larissæ episcopus, qui in ea synodo vices obiit metropolitæ sui Domni Apameæ Syriæ II episcopi. Est autem Larissa urbs Cassiotidis, qua in provincia et Antiochia quoque est. Quanquam si hic Meletius fuit, non

videtur tum Larissæ adhuc episcopus fuisse, cum concilii Ephesini tempore, anno 531 episcopus Larissæ esset Julianus, qui eidem schismaticorum conciliabulo subscripsit. Fuit fortassis chorepiscopus patriarchæ Antiocheni : nam et quosdam legimus concilio Chalcedonensi per chorepiscopos subscripsisse. Quod munus esset chorepiscoporum, exponit concilium Antiochenum, anno Christi 341, Marcellino et Probino Coss. ab Arianis episcopis celebratum, can. 8 et 10, ubi eos vocat τοὺς ἐν ταῖς κώμαις ἢ ταῖς χώραις, ἢ τοὺς καλουμένους χωρεπισκόπους, « qui in vicis vel pagis constituti sunt chorepiscopi, » ut habet versio Dionysii Exigui.

12. Si chorepiscopus ejusmodi fuit ille Theodoroto laudatus Meletius (ut omnino fuisse conjicio), jam collabascit calculi Baroniani fundamentum. Accedit quod Domnus Antiochenus, ut refert Nicephorus lib. XIX, c. 51, et Evagrius lib. I, c. 13, ad Symeonem venit, eoque viso consternatus est præ admiratione : unde conjicitur, non multo ante cepisse Symeonem in prælta illa columna morari. At Domnus, ut habet Baronius, an 432, ab eremo, invito S. Euthymio recessit, ut avunculum suum Joannem Antiochenum patriarcham Mestorio faventem converteret; anno deinde 436 ei in episcopatu successit. Quæ vero ei fuisset tanti stuporis causa, si jam annis quinquaginta stationem illam tenuisset Symeon? Quid ? quod ab eo tempore, quo rigidam illam abstinentiæ rationem, sub Blasti aut Bassi disciplina, iniit Symeon, usque dum Philotheum scripsit Theodoretus, anni fluxerunt solum 28 ? Atqui annis minimum tribus ante illum cum Meletio congressum, eam assumpserat inediam. Ergo si Magnus Meletius is fuit, jam ab anno 377 aut 378 numerandi illi erunt anni ; sicque anno Christi 405 vel 406 scripsisse Theodoretum fateamur necesse est; quod ipsemet refellit, dum in epistola ad Eusebium Ancyræ episcopum inter alia a se post synodum Ephesinam scripta recenset librum de vitis sanctorum.

13. Cum ergo hæc ita sint, et numerum annorum ab Evagrio traditum sequantur Menæa, Menologium Sirleti, et Anthologion a Clemente VIII probatum, non video cur ei refragemur : præsertim cum et Metaphrastes assentiri videatur, dum ait totos sex et quinquaginta annos vixisse, in vitæ nimirum religiosæ exercitatione.

14. Quem vere Rosweydus in numeros apud Nicephorum irrepsisse errorem notat, is nec in Frontonis Ducæi accurata editione correctus est. In Græco tamen expresse dicitur ἔτη τριάκοντα, annos 30 in quadraginta cubitorum columna transegisse.

15. Quem deinde ex vita Latina a se edita colligit annorum numerum Rosweydus, is, ut infra patebit, non omnino est certus, cum mss. codices, negligentia librariorum vitiati, haud parum discrepent. Hic juxta eam vitam nobis maxime probaretur (nisi Theodoretus obstaret) calculus: in domo parentum vixit annos 13, in primo monasterio 4, in cella 3, vel 4, in quatuor pedum columna 4, in duodecim cubitorum columna 12, in columna cubitorum 20, annos 12, in columna cubitorum 30, annos 4, tandem in columna 40 cubitorum annos 16, sicque efficiuntur vitæ 68 vel 69, monasticæ exercitationis 55 vel 56, qui ad numerum Evagrii propius accedunt : atque is numerus exprimitur in Latina vita cap. 8, n. 53. Pauciores longe annos numerat Antonius in vita prima, quam e Græcis mss. dabimus ; sed aliquid mendum irrepsisse in comperto est.

§ IV. *Vita S. Symeonis a quo scripta.*

κδ'. Ἀμέλει γὰρ καὶ πατέρα μὲν, ὡς ὁ λόγος ὠθάσας ἐδήλωσε, καταλείπει καὶ μητέρα, τῷ ποθουμένῳ δὲ ἀκολουθεῖ, καὶ ὅλος τοῦ πρὸς αὐτὸν ἔρωτος γίνεται, ὃ τῆς Δεσποτικῆς ἐντολῆς ἐστι τὸ ἀκρότατον· πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο προστίθησιν ἀφ' ἑαυτοῦ. Ἑπτὰ γὰρ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν διαγεγονότων, ἀφ' οὗ δὴ φύσεώς τε θεσμοὺς καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ πάντα ὁ ὑπερκόσμιος οὗτος ἠρνήσατο, τὸ ἔμφυτον ἡ μήτηρ τῆς φιλοστοργίας πῦρ καὶ ἐγκάρδιον ἔτι τοῖς σπλάγχνοις φέρουσα, καὶ μὴ ἄλλως κατασβέσαι δυναμένη τὴν φλόγα, παρὰ τὸν ἐν σαρκὶ νοῦτον ἄσαρκον υἱὸν ἄπεισιν (οὕτως γὰρ ὁ λόγος εἰπεῖν βιάζεται) γλιχομένη καὶ ὄψιν ἰδεῖν τοῦ παιδὸς, καὶ ὁμιλίας ἀκοῦσαι, C ἧς ἐπὶ τοσοῦτον ἀπεστέρητο χρόνον. Ὁ δὲ τῆς μητρὸς μαθὼν τὴν ἐπιδημίαν ὅρα πῶς μερίζει καὶ τὴν τιμὴν τῇ μητρὶ, καὶ τῷ τὴν ἐντολὴν ὑπερβάλλοντι νόμῳ τὸ ἄλυτον. Οὐ παραδέχεται μὲν τὴν συντυχίαν, διαπέμπεται δὲ πρὸς αὐτὴν λέγων· « Εἰ σοὶ, ὦ μῆτερ, δοκεῖ, τὴν ἀλλήλων θέαν τῷ ἐκεῖθεν αἰῶνι ταμιευσόμεθα· καὶ εἴπερ εὐάρεστος Θεῷ πάντως ἡ πολιτεία ἡμῶν, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν ἐν Χριστῷ ἀλλήλους ὀψόμεθα, πολλῷ οἰκειότερόν τε καὶ γνωριμώτερον. » Καὶ ὁ μὲν ἐμήνυε ταῦτα καὶ ὑπετίθει· ἐπεὶ δὲ τὴν μητέρα ἡ τὴν ψυχὴν ἐκκαίουσα ὀλὸς αἰσθέσθαι τῶν λεγομένων οὐκ εἶα, ἀλλ' ἐπέμενε ἔτι τὴν ἐπιθυμίαν προβαλλομένης τῆς θέας· Ἐγὼ μὲν, ὦ μῆτερ, τὸ δεύτερον αὐτῇ μηνύει, καί σε τὸ κοινῇ συμφέρον ἑκατέροις ἡμῖν ἀποδέξασθαι μᾶλλον ἡγούμην, καὶ οὐκ ἂν οὕτω κατεπείξαι τὴν D συντυχίαν. Ἐπειδὴ δὲ τῆς σῆς ὡς ὁρῶ δεύτερα εἰσι πάντα ἐφέσεως, τέως μὲν ἡσυχίαν ἄγειν προσήκει. Ὄψομαι δέ σε μετ' ὀλίγον, τοῦτο γὰρ ἔδοξε τῷ Θεῷ. Ἡ οὖν μήτηρ ὡς ἥδιστά τε καὶ εἰκαιότατα τὴν ὑπόσχεσιν δεξαμένη, μετεώριστο ὑπ' αὐτῆς τὴν ψυχὴν, καὶ ταῖς ἐλπίσιν εὐθύμει καὶ ἔχαιρεν, ὅλη τε τοῦ μέλλοντος ἦν, καὶ μονονοὺ παρόντα τὸν παῖδα ὁρᾷν, καὶ περιβάλλειν καὶ προσπτύσσεσθαι, καὶ τῆς αὐτοῦ φωνῆς ἀκούειν ἐδόκει. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον· καταστρέφει μὲν ἄφνωτον βίον

ex re sacra faciebat : ita inurbane ad eum concurrebant, alii horsum eum trahebant, alii vicissim retrahebant. Qui vero distabant, in alios incurrebant, et manus protendebant. Quidam ejus barbam, nonnulli vestem apprehendebant : parum denique aberat quin virum discerperent, nisi admirandus Symeon ex alto vocam extulisset : ita enim inordinatos illorum impetus compescuit, ut omnes statim mutarentur, atque ad percipiendam gratiam cum omni modestia accederent, ac divino lavacro tingerentur. Ita ejus linguæ fax, et terrere quos vellet, et illuminare poterat ; utrumque enim fraternæ salutis causa præstabat. De divinis præceptis continuas meditationes instituebat. Verum neque in horum observantia ejus quiescebat industria : nisi enim quid amplius his addidisset, non vulgare damnum existimasset : tam irremisso utebatur studio, et tam indefesso in his omnibus erat animo!

24. Et patrem quidem, uti prius relatum est, sed et matrem reliquit, illi soli quem amabat adhærens, ejusque amori totus intendens, quod Dominici præcepti caput est. Sed et illud ad cætera ex seipso addidit. Septem et viginti (22) jam lapsi erant anni, ex quo naturæ leges, quæque in mundo sunt, vir hic mundo excelsior abdicaverat : cum ecce mater, innatum filialis affectus ignem intra viscera sua gerens, neque aliter valens flammam extinguere, ad filium suum abiit, adhuc in carne sine carne viventem (ita me de eo loqui ratio cogit) cupiens filium intueri, et ejus frui colloquio, quo tanto tempore caruerat. Ipse vero intellecto matris adventu, vide quomodo et matri honorem partitus sit, et præcepto satisfecerit. Ejus congressum quidem non admisit, verum hæc ei jussit renuntiari : Si tibi, o mater, ita visum fuerit, mutuum aspectum in aliud ævum reservabimus ; et si quidem grata fuerit Deo conversatio nostra, postquam hinc emigraverimus, in Christo invicem multo familiarius clariusque videbimus. Hæc ad eam relerri jussit. Sed cum mater præ amoris flamma, animam intus exurente, quæ dicta fuerant non intellexisset, sed adhuc filii videndi desiderio flagraret ; Ego quidem, denuo per nuntium ait, o mater, quod utrique nostrum conveniens est mallem admittere te, neque ita mutuum congressum urgere. Postquam vero cuncta, ut video, votis tuis posteriora ducis, antea me quiescere oportet. Te vero brevi videbo : ita enim Deo visum est. Mater, summa cum voluptate ac desiderio promissione accepta, animum erexit, et spe rei futuræ tantum gravisa ac exhilarata fuit, ut filium prope jam præsentem videre, eumque amplecti ac osculari, denique jam ejus vocem audire videretur. Res hunc exitum sortita est. Illa paulo post vitam finivit, animamque Deo tradidit, quæ felix et beata in vita fuerat, multo sub finem felicior, quod talis filii mater audiverit, tantisque virtutibus ornatum post se reliquerit.

(22) Hæc de matre historia deest Theodoreto.

ἐκείνη, καὶ τὴν ψυχὴν τῷ Θεῷ προστίθεται, μακαρία σὸν βίου ὡς ἀληθῶς, πολλῷ τοῦ τέλους μακαριωτέρα, ὅτι τοιούτου παιδὸς ἠκουσε μήτηρ, καὶ εἰς τοῦτο ἀρετῆς ἐλγόντα τὸν υἱὸν καταλέλοιπεν.

25. Divinus vero Symeon intra mandram (ita columnæ ambitus vocabatur) ejus corpus inferri jussit, erat enim circum columnam murus ædificatus, ut mulieribus ingredi fas non esset. Postquam igitur mater illata esset; vidit eam filius, quemadmodum prius pollicitus fuerat: cui postquam consueta impendit, precesque pro ea fudit, juxta columnam sepulturæ mandavit. Ita matri debitum honorem impertitus est, et Dominicum præceptum non tantum custodivit, sed et proprio profectu augere perrexit.

κε'. Ὁ θεῖος δὲ Συμεὼν τὸν ταύτης νεκρὸν ἐν τῷ τῆς μάνδρας (τοῦτο γὰρ ὁ τοῦ στύλου περίβολος ἐκαλεῖτο) εἰσενεχθῆναι προστάττει, περιῳκοδομεῖτο γάρ τι πάντοθεν τεῖχος τῷ κίονι, ὥστε μὴ γυναιξὶν εἰσιτητὸν εἶναι. Εἰσαχθείσης τοιγαροῦν αὐτῷ τῆς μητέρος τεθνηκυίας, ἐθεάσατο αὐτὴν κατὰ τὰ ἐπηγγελμένα, καὶ τὰ εἰωθότα τελέσας καὶ αὐτῇ ἐπευξάμενος, αὐτοῦ που θάπτει παρὰ τῷ στύλῳ. Οὕτω καὶ κῇ μητρὶ τὴν τιμὴν ἀπεδίδου, καὶ τὴν Δεσποτικὴν ἐντολὴν οὐκ εἰς τέλος ἦγε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδίαις αὔξων ἐδείκνυτο προκοπαῖς.

CAPUT VI.

Varia Ismaelitis collata beneficia.

26. Exinde iterum quasi fax clarissima omni virtutum eximiarum genere resplenduit: quibus et in densissimis noctis tenebris, quasique maris procellis, impietatis inquam, jacentes, ad verum religionis portum perducebat: multosque videre erat ope Symeonis serenioris auræ tranquillitate perfrui. Erant aliquando simul duæ ejus (23), quam paulo ante commemoravi, gentis Ismaelitarum tribus; utraque supplex ex ejus ore benedictionem postulabat, ut eam quasi donum amplissimum suo phylarcho deferret: verum circa ipsum donum contentio repente ac seditio inter eos non levis oborta est; una pars suo primum tribuno benedictionem deferendam censebat, altera suum præferebat præfectum, ac præripere benedictionem nitebatur. Itaque tribubus inter se dissidentibus, in barbaricam crudelitatem res erupisset, nisi Symeon, vir pacis et concordiæ amantissimus, gravi comminatione tumultum sedasset (24), et æquali precatione et benedictione impertita in pace eos dimisisset. Tum demum vidisses, prius infideles, ac contra pietatem linguam quasi hastam vibrantes, nunc pro viri sancti benedictione quævis facere et pati eligentes. Neque etiam in invicem ita sæviissent, nisi divini hujus viri benedictionem maximam vim habere plane credidisseut.

27. Nunc alius præfectus in medium prodeat, Saracenorum et ipse princeps. Is accedens sacrum illud obtestatnr caput, ut ne gravetur opitulari viro in via membris corporis soluto: dicebat autem hunc juxta Callinicum (hæc erat arx maxima) subiisse ægritudidem, eam vero in vigore et adhuc in exordio esse; et morbum ei esse gravissimum, tum quod decumbendi insuetus, tum quod vehementes illas laberum molestias superare optaret. Hæc ille rogabat; simulque jubet hominem membris fractum introduci, atque admirando Symeoni dignum commiseratione spectaculum proponi, si qua ratione ipso calamitatis aspectu eum ad misericordiam inflecteret. Ille vero productus in medium, immissum

κς'. Ἐντεῦθεν οἷά τις πυρὸς διαφανὴς ταῖς ὑπερφυέσι πάντοθεν ἀρεταῖς ἐκλάμπων, τοὺς ἐν χαλεπωτάτῳ νυκτὸς κλύδωνι τῆς ἀσεβείας κειμένους, ὥσπερ ἐπὶ λιμένα τὴν εὐσέβειαν καθωδήγει, καὶ πολλοὺς ἦν δι' αὐτοῦ γαλήνης ὁρᾷν ἀπολαύοντας. Ποτὲ γοῦν· αὐτῷ δύο κατὰ ταὐτὸν τοῦ μικρῷ μοι πρόσθεν εἰρημένου ἔθνους; νῶν Ἰσμαηλιτῶν παρῆσαν φυλαί· λιπαρῶς ἑκατέρα προσκειμένη, καὶ τὴν διὰ χειλέων εὐλογίαν αἰτοῦσα, ὥστε δῶρον ἡδέως αὐνὴν τῷ φυλάρχῳ κομίσαι· καὶ περὶ τὸ δῶρον ἔρις αὐταῖς ἐμπίπτει σφόδρα, καὶ στάσις ἐγγίνεται μεταξύ. Ἡ μὲν γὰρ τὸν οἰκεῖον ἔλεγε φύλαρχον χρῆναι πρότερον ἀξιοῦσθαι τῆς εὐλογίας· ἡ δὲ τὸν ἑαυτῆς προετίθει, καὶ προαρπάζειν αὐτῷ τὴν εὐλογίαν ἐσπούδαζεν. Οὕτω πρὸς ἀλλήλους τῶν φυλῶν διαφερομένων εἰς βαρβαρικὴν ἂν ὠμότητα ἡ φιλονεικία τούτοις ἐχώρησεν, εἰ μὴ ὁ τῆς εἰρήνης αὐτοῖς καὶ τῆς ὁμονοίας ἄνθρωπος ἀπειλήσας διεσκέδασε ταύτας, καὶ τῆς ὁμοίας ἀξιώσας εὐχῆς τε καὶ εὐλογίας ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ. Καὶ ὅρα μοι τοὺς πρὶν ἀπίστους, καὶ κατ' αὐτῆς τὴν γλῶτταν οἷα δόρυ κινοῦντες τῆς εὐσεβείας, νῦν ὑπὲρ τῆς τοῦ ἁγίου εὐλογίας πάντα καὶ πρᾶξαι καὶ παθεῖν αἱρουμένους· οὐ γὰρ ἂν οὕτω κατ' ἀλλήλων ἐμάνησαν, εἰ μὴ μεγίστην ἔχειν δύναμιν τὴν τοῦ θείου τούτου ἀνδρὸς εὐλογίαν πάντως ἐπίστευον.

κζ'. Ἀλλὰ γὰρ ἐπεισίτω τῷ λόγῳ φύλαρχος ἕτερος, Σαρακηνῶν δὲ καὶ αὐτὸς ἄρχων. Οὗτος δὴ παραγενόμενος, τὴν θείαν ἐκείνην ἱκέτευε κεφαλὴν ἐπανῦναι ἀνδρὶ κατὰ τὴν ὁδὸν παρελθόντι τὰ μέλη τοῦ σώματος· ἔλεγε δὲ τοῦτο κατὰ τὴν Καλλίνικον (φρούριον δὲ αὐτὴ μέγιστον) ὑπομεμνηκέναι τὸ πάθος, ἀκμάζειν δὲ καὶ ἐν προοιμίοις οὐκέτι εἶναι, ὡς καὶ βαρυτάτην ἥ που τὴν νόσον τῷ τε ἀλγεῖν τῆς κατακλίσεως, καὶ ταῖς σφοδραῖς ἐκείναις τῶν πόνων ὀδύναις ὑπάρχειν τῷ κάμνοντι. Ταῦτά τε ἐδέετο· καὶ κελεύει τὸν ἐνεθέντα τὸν παρακείμενον, ἐλεεινὸν θέαμα τῷ θαυμαστῷ Συμεὼν προτεθῆναι, εἴ πως τῇ τῆς συμφορᾶς ὄψει ἐκύσει τὸν ἔλεον. Ὁ μὲν οὖν προτεθεὶς, τὸ κατασκῆψαν εἰς αὐτὸν κακὸν ἀν-

(23) Theodoretus se præsentem fuisse ait, et conatum verbis tumultum sedare.

(24) Addit Theodoretus, illos canes ab eo vocatos.

εκλαιετο, καὶ τὸν ἅγιον εἰς οἶκτον προτεκαλεῖτο, καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν ἐζήτει τοῦ πάθους. Ὁ δὲ ταχὺς εἰς ἔλεον οὗτος καὶ πολὺς τὴν συμπαθείαν, τῆς ψυχικῆς καὶ πρὸ τοῦ σώματος θεραπείας κηδόμενος, ἐξομόσασθαι τὴν τῶν προγόνων ἀσέβειαν ἐπισκήπτει τῷ κάμνοντι· ἤδει γὰρ αὐτὸν ἔτι περὶ ταύτην ποθούμενον. Καὶ ὡς ἀσμένως τε ἤκουσε, καὶ τὸ κελευσθὲν ἐξεπλήρωσεν, εἶτα τὸ μέγα θαῦμα τῆς οἰκουμένης ὁ Συμεὼν ἤρετο, εἰ πιστεύοι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ μονογενεῖ Υἱῷ, καὶ τῷ Πνεύματι ἁγίῳ· τοῦ δὲ πιστεύειν ὁμολογήσαντος, Ταύταις, ἔφη, ταῖς προσηγορίαις πιστεύων, ἀνάσθητι· καὶ ὁ λόγος εὐθὺς (ὢ τῆς ἀφάτου σου περὶ τὸν ἄνδρα, Χριστὲ, χάριτος!) θεραπεία τῷ παρειμένῳ τοῦ πάθους ἐγένετο. Ἐκεῖνος δὲ τὸν οἰκεῖον κἀντεῦθα Δεσπότην μιμούμενος, καὶ τὴν κλίνην ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῷ προσέταξε φέρειν, ὅπερ εἰς μείζονα τοὺς παρόντας εὐχαριστίαν προετρέψατο.

κη'. Ἄξιον δὲ μηδὲ τοῦτο παραδραμεῖν. Ἀνήρ τις τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων Ἰσμαηλιτῶν, ὁ ἐπίσημος, εὐχὴν ὑπὸ μάρτυρι τῷ σεβασμίῳ τούτῳ Συμεὼν ηὔξατο, μὴ ἄν τινος ἐμψύχου ζώου μέχρι τῆς τελευτῆς μετασχεῖν· χρόνῳ δὲ ὕστερον οὐκ οἶδ' ὅπως, ἢ λήθην λαβὼν τῆς εὐχῆς, ἢ τῷ λίχνῳ τῆς ἐπιθυμίας ἑλκυσθείς, ὄρνιν τε θύειν καὶ ἐσθίειν ἐπιχειρεῖ· ἡ δὲ (ὢ πράγματος ἀπορρήτου!) εἰς λίθου μετεβάλετο φύσιν· ἐντεῦθεν οὐδὲ σφόδρα βουλομένῳ ἐσθίειν ἐξῆν, τοῦ λίθου τὴν ὁρμὴν ἀναστέλλοντος. Καταπλαγεὶς οὖν ὁ βάρβαρος ἐπὶ τούτῳ, τὸν τῆς μετανοίας διδάσκαλον πολλῷ τῷ τάχει καταλαμβάνεται, ἐν συντριμμῷ τε καρδίας τὸ ἁμάρτημα καὶ τὸν ἔλεγχον ἀνακαλύπτει, καὶ δεῖται ὡς δυνατὸν ἱλεώσασθαι τὸ θεῖον αὐτῷ, ἐφ' οἷς ἐψεύσατο τὰς ἐπαγγελίας, καὶ οὐκ ἀστοχεῖ τῆς αἰτήσεως. Τὸ μέντοι κατὰ τὴν ὄρνιν θαῦμά, εἰ καὶ μὴ αὐτίκα, χρόνῳ δὲ ὕστερον, καὶ ὀφθαλμοὺς πολλῶν εἶχε μάρτυρας· πολλοῖς γὰρ τὸ στῆθος μετὰ ταῦτα ὡράθη, τὸ μὲν οἰκεῖον ἀποσῶζον σχῆμα, ἐκ λίθου δὲ καὶ ὀστέου συγκείμενον· τοῦ μὲν ὀστέου τὴν ἐξ ἀρχῆς οὐσίαν μηνύοντος, τὴν δὲ περιαρμοσμένης αὐτῷ λιθώδους οὐσίας, τῆς σαρκὸς στηλιτευούσης μεταβολήν.

κθ'. Ἄλλος δὲ τῆς φυλῆς μὲν Σαρακηνῶν ἐξηγούμενος, τῇ δὲ τῶν πιστῶν ἀγέλῃ συνὼν, πρὸς τὸν μέγαν καὶ αὐτὸς ἔρχεται Συμεῶνα· καὶ τυχὼν εὐχῆς ἧς ἐπόθει, καὶ δι' ἣν ἀφίκετο, τῷ κίονι παρεκάθητο, τὰ ἥδιστα τῆς ἱερᾶς ἐκείνης γλώττης ἄνθη τρυγῶν, καὶ αὐτῆς ὡς ἐκείνῳ δυνατὸν ἀπολαύων. Ἐν τούτῳ δὲ τῶν κατὰ τοῦ σκέλους ἑρπόντων τῷ ἁγίῳ σκωλήκων (καὶ γὰρ τῇ διηνεκεῖ ἐκείνῃ στάσει καὶ ἀνενδότῳ τοῦ ποδὸς ἕλκει βρύοντος διατριβὴ σκωλήκων τὸ σκέλος γεγένητο), εἷς τοῦ στύλου ἐκκυλισθεὶς πίπτει πρὸς τῶν τοῦ φυλάρχου ποδῶν. Ὁ δὲ ἀνελέγετο ταχέως χερσὶ ποθούσαις τὸν σκώληκα, καὶ τιμίως ἐνεκολποῦτο, ὀφθαλμοῖς τε καὶ στόματι, καὶ ὠσὶ, καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστῳ μέλει, οἷα δὲ πάθων

A in se malum deflebat, et sanctum virum ad commiserationem provocabat, denique a malo suo liberari postulabat. Hic vero celerad commiserandum, ac multus ad compatiendum, de animæ curatione prius quam corporis sollicitus, ægrum parentum suorum impietatem abjurare jubet : sciebat enim eum adhuc hac delectari. Ut vero libens obaudivit, et jussa adimplevit ; tum Symeon, vere magnum orbis miraculum, scitatur ex eo, Num credat in Patrem, ejusque unigenitum Filium, ac in Spiritum sanctum. Dum vero alter se credere palam fatetur, In istas, inquit, personas credens, surge : statimque sermo (o ineffabilem tuam Christe erga virum gratiam !) debili dolorum curatio effectus est. Ille autem (25), Dominum suum etiam hic imitatus, B eum proprium lectulum humeris deferre jussit, quod et præsentes ad majorem gratiarum actionem adhortabatur.

28. Et hoc neutiquam prætereundum silentio est. Vir quidam inter Ismaelitas, qui jam Christo dederant nomina, illustris, votum teste venerabili Symeone nuncuparat, se nunquam ad mortem usque ex animali quod vitam habuisset gustaturum. Temporis successu nescio qua ratione, sive voti oblitus, seu concupiscentiæ illicio inescatus, avem occidit; quam dum comedere parat (o rem prodigiosam!) in lapidis evestigio mutata est naturam; unde neque admodum volenti gustare licuit, lapis enim appetitum reprimebat. Barbarus homo hac re stupefactus, sine mora pœnitentiæ magistrum accedit, C peccatum suum et culpa summa contritione cordis aperit; rogat qua fieri id possit, uti Numen sibi propitium reddat, cui datam fidem fefellerit: neque petitione sua frustratus fuit. Nam quod circa avem contigit miraculum, licet non statim, post tamen temporis successu plurimorum oculos testes habuit; pectus enim (26), quod propriam figuram retinuit, a multis postea visum est ex osse constare et lapide, ut os primigeniam declararet naturam, superinducta vero lapidea substantia, carnis testaretur conversionem.

29. Alius quidam tribus Saracenorum (27) præfectus fidelium gregi ascriptus, ad magnum et ipse venit Symeonem. Tandemque consecutus id cujus gratia venerat, columnæ assedit, suavissimos sacræ D illius linguæ flores carpens, ejusque sermone, dum licebat, perfruens. Interea vermium e sacro crure scaturientium (nam ex assidua illa et irremissa statione pede ulcus contrahente, tibia vermium quoddam habitaculum erat effecta) unus e columna devolutus ante præfecti pedes decidit, quem ipse evestigio avidis manibus collegit, et honorifice in sinum reposuit, oculisque, cri, auribus ac membris cæteris, veluti omnium morborum levamen admovebat: et (o amoris excessum!) non vermem esse id

(25) Theodoretus hæc paulo aliter : « Jussit ut tribus præfectum suis ferret humeris usque ad ipsum tabernaculum (habuit autem corpus maximum) et ille quidem eo accepto statim abiit. »

(26) Aliter, at non recte, ut opinor, Theodoreti interpres ait, avis partem ex osse et lapide constantem vicam in ejus pectore.

(27) Deest hoc miraculum Theodoreto.

quod honorabat, verum quidpiam divinum, et oculis spectare et circumferre se credebat : superabat quippe fides aspectum, et desiderium formam occultabat. Cum magnus Symeon id ex superiore loco vidisset, ob honorem vermi delatum præfectum increpuit, eumque et quod ex suo corpore decidisset, et quod tantum vermiculus esset cui honorem exhibebat, clare edocuit ; neque decens esse ut quod et corruptione ac putrefactione natum esset, vel manibus contrectetur, vel alia corporis parte attingatur. Præfectus manu explicata consideraturus cujusmodi esset vermis, in gemmam (o miraculum !) splendore et pulchritudine conspicuam mutatum deprehendit, qui inde et fidei dono gaudens, et gemmæ miraculo ditatus recessit.

A ἁπάντων ἀποτρόπαιον ἐπετίθει, καὶ, τοῦ πόθου τὸ ὑπερβάλλον, οὐδὲ σκώληκα τὸ τιμώμενον, ἀλλά τι τῶν σεβασμίων καὶ ὁρᾷν καὶ φέρειν ἡγεῖτο· ἡνίκα γὰρ ἡ πίστις τὴν ὄψιν, καὶ τὴν μορφὴν ὁ πόθος ἐκάλυπτεν. Ὁ μέγας τοίνυν ἄνωθεν Συμεὼν, τῆς τε περὶ τὸν σκώληκα τιμῆς τῷ φυλάρχῳ ἐπετίμα, καὶ ὅτι σκώληξ τὸ τιμώμενον εἴη, καὶ τῆς ἐκείνου διεκπέσοι σαρκὸς, σαφῶς πάντα ἐδίδασκε, μὴ δεῖν οὖν, ἔλεγε, φθορᾶς τε καὶ σήψεως καὶ δυσωδίας γεννήματι, μήτε χεῖρα προσάγειν, μήτε τινὶ τῶν τοῦ σώματος ψαύειν μελῶν. Καὶ ὁ φύλαρχος ἀναπτύξας τὴν χεῖρα ὥστε ἰδεῖν ὁποῖός τις εἴη ὁ σκώληξ, εἰς μαργάρου φύσιν, ὦ τοῦ θαύματος, τῇ τε λαμπρότητι καὶ τῷ κάλλει μεταβάλλοντα ὁρᾷ, καὶ ὁ μὲν ἀπῄει, χαίρων τῇ πίστει, καὶ τῷ κατὰ τὸν μαργαρίτην
B πλοῦτον θαύματι.

CAPUT VII.

Proles sterili impetrata : sanata (28).

30. Mulier quædam haud ignobili genere nata, Saracenorum principi juncta, sterilis erat ; hoc præterea suæ habens calamitatis augmentum, virum frequenter liberorum orbitatem exprobrantem. Quapropter liberorum cupida ad magnum Symeonem perrexit, ubi stans ad septi vestibulum (mulieribus enim additus omnis erat præclusus) casum suum lugebat, morbum lamentabatur, viri opprobria in medium proferebat, orabat, non raro per eos etiam quibus ingredi licebat supplicabat, obsecrabat, sterilitatis solutiorem postulabat : addebat, ut ex se
C prolem videret, se vitam suam libenter profusuram. Divinissimus Symeon hic nequaquam consuetæ oblitus est commiserationis : verum mulieris calidas illas lacrymas miseratus, precibus suis partus ei privationem sustulit, ac domum abire hortatus, addidit, Deum, qui ab initio naturam hamanam architectatus est, ejus sterilitatem cum proventu in moliora commutaturum. Tum illa (neque enim ullatenus dubitare decebat his, quæ divinum illud os quasi a Deo motum pronuntiaverat) plurimum animata, domum reversa sine mora concepit, post filiolæ mater effecta : cujus natalis dies magna pompa a parentibus celebratus est. Verum brevi temporis spatio termi-
D nata est felicitas, gaudiumque festivum amara tristitia excepit, ac solutio calamitatis in graviorem conversa est luctum ; adeo ut parentes calamitatis loco haberent, quod unquam peperissent ; multoque priorem orbitatem præoptarent. Jam filiola tres annos nata erat, jam prima balbuties, et puerilis incessus, quæ res parentibus solent esse jucundissimæ, exspectabantur : illa vero lectulo affixa, elinguis plane et immobilis manebat ; nam et pedes quasi solutos, et linguam constrictam habebat ; parentibusque monstrum quoddam esse videbatur, talisque familiæ hæres non solum indigna majorum splendore, sed et ipsorum gloriæ ignominiam, om-

λ'. Γυνὴ δέ τις ἐπιφανὴς φύσει οὐκ ἀσημος, τῷ τῶν Σαρακηνῶν ἄρχοντι συνῴκει, καὶ τὴν νηδὺν ἄγονος οὖσα παίδων· ἄλλως τε δὲ καὶ τῆς συμφορᾶς ἐπίτασιν τὸν ἄνδρα ἔχουσα πολλὰ τῆς ἀπαιδίας ὀνείδη αὐτῆς καταχέοντα. Καὶ διὰ τοῦτο παίδων ἐφιεμένη παρὰ τὸν μέγαν ἅπεισι Συμεὼν, καὶ στᾶσα πρὸς ταῖς τοῦ περιβόλου εἰσόδοις, ὡς οὐκ ἐξὸν ἐντὸς γυναικὶ παριέναι, ἐθρήνει τὸ πάθος, ὠλοφύρετο τὴν νόσον, ἐθριάμβευε τὰ τοῦ ἀνδρὸς ὀνείδη, ἐδεῖτο διὰ τῶν εἰσιόντων, ἱκέτευεν, ἠντιβόλει τὴν τῆς στειρώσεως ἥτει λύτιν, καὶ ὅπως παῖδα ἐξ ἑαυτῆς ἴδοι, καὶ αὐτὴν ἔλεγε τὴν ψυχὴν ἡδέως προέσθαι. Ὁ μέντοι θειότατος Συμεὼν οὐδ' ἐνταῦθα τῆς συντόνους ἐπιλαθόμενος συμπαθείας, ἀλλὰ τὴν γυναῖκα τῶν θερμῶν ἐκείνων δακρύων κατελεήσας, προσεύχαις αὐτῇ τὴν τῶν ὠδίνων πήρωσιν διαλύει, καὶ εἰκάδε ἀπιέναι προτρέπεται, εἰπὼν, ὡς ὁ κατ' ἀρχὰς τὴν φύσιν ἡμῶν δημιουργήσας Θεὸς, οὗτος καὶ τὴν αὐτῆς στείρωσιν πρὸς τὸ συμφέρον μεταποιήσει. Ἦδε (οὐδὲ γὰρ ἦν ἐπιλοιδορεῖν οἷς ἡ θεοκίνητος ἐκείνη διεσήμαινε γλῶττα, εὐθυμουμένη τε ἐπάνεισι, καὶ συλλαμβάνει αὐτίκα· εἶτα καὶ μήτηρ γίνεται θυγατρίου, καὶ τοῖς γεγεννηκόσιν ἦγετο ἑορτὴ τῆς παιδὸς τὰ γενέθλια. Ἀλλὰ χρόνος αὐτοῖς ὀλίγος ἐμέτρει τὴν εὐτυχίαν, καὶ τὴν πανήγυριν ἐκείνην χαλεπὴ κατήφεια διαδέχεται, καὶ τῆς συμφορᾶς ἡ λύσις εἰς βαρύτερον πολλῷ περιτρέπεται πένθος, καὶ τοσοῦτον ὡς καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο συμφορὰν τοὺς γεγεννηκότας νομίζειν, ὅτι περ ἔτεκον ὅλως καὶ πολλὰ τῆς προτέρας ἐπιθυμεῖν ἀπαιδίας. Ἀπῄτει μὲν γὰρ ὁ καιρὸς τὴν παῖδα τρίτου ἔτος ἤδη γεγονυῖαν, ψελλίσματά τε καὶ βάδισμα παιδικὸν, τὸ ἡδὺ τοῖς πατράσι χρῆμα· ἡ δὲ ἐπίσης τῆς ἐχούσης αὐτὴν κλίνης ἄφωνός τε ἦν καὶ ἀκίνητος· παρεῖτο μὲν γὰρ τοὺς πόδας, πεπέδητο δὲ τὴν γλῶτταν, καὶ τοῖς τεκοῦσι τέρας ἀντὶ παιδὸς ἦν ὁρᾶν, καὶ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν οὐκ ἀναξίαν μόνον τῆς τῶν προγό-

(28) Deest hoc Theodoreto, qui alterum refert, quod et hic paulo inferius, de filio reginæ Ismaelitarum impetrato.

νων λαμπρότητος, ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτῶν δόξης αἰσχύνην, καὶ τοῖς προσήκουσιν ὕβρεως πρόξενον τῆς ἐσχάτης οὖσαν. Ἐπειδὴ δὲ ἀλύοντες πλέον οὐδὲν ἤνυον, καταφεύγουσι πάλιν ἐπὶ τὸν τῶν ἀμηχάνων εὐμήχανον ἰατρὸν, καὶ ἀποδιδοῦσι μὲν αὐτῷ τῆς εὐεργεσίας τὰς χάριτας, δέονται δὲ καὶ ἱκετεύουσι μὴ οὕτω διακειμένην ἣν ἔδωκε παῖδα περιιδεῖν ὥστε τὸ δῶρον εἰς ἐντροπὴν μᾶλλον αὐτοῖς εἶναι καὶ ὕβριν, τίνος οὐκ ἀλγεινοτέραν τοῖς ἀθλίοις ἐργαζόμενον τὴν ζωήν ; ἀλλ' ὑγιῶσαι μὲν αὐτῇ τὰ παρειμένα τοῦ σώματος, ὁλόκληρον δὲ αὐτοῖς τὴν παῖδα δοῦναι καὶ ἄρτιον. Ταῦτα οἱ μὲν σὺν δάκρυσιν εἶπον, καὶ προσήρρευον τὸν ἔλεον ἐκδεχόμενοι· ὁ δὲ τῆς συμπαθείας θησαυρὸς, λόγοις μὲν τέως παρεμυθεῖτο αὐτοῖς τὴν συμφορὰν, καὶ τέλεον ἀθυμεῖν οὐκ ἔα. Ἑβδόμη δὲ λοιπὸν ἐξ ἐκείνου ἡμέρα, ἐπεὶ ἀνήνυτα ἦν αὐτοῖς τὰ τῆς προσεδρίας, παντάπασιν ἀπογνόντες τῆς σωτηρίας, οἴκαδε καὶ αὖθις ἀνέστρεφον ἐπικομιζόμενοι τὸ θυγάτριον, σκυθρωποὶ μὲν τὰς ὄψεις, μεστοὶ δὲ τὴν ψυχὴν ἀθυμίας, πολλὰ σφίσιν αὐτοῖς τῆς τῶν λογισμῶν ἀκαιρίας ἐπιμεμφόμενοι ὅτι καὶ παίδων τὴν ἀρχὴν κληθῆναι πατέρες ἠθέλησαν. Ἐπειδὴ δὲ τοσοῦτον ἤνυσαν τῆς ὁδοῦ, ἐξ ὅσου μηδὲ δυνατὸν ἦν τὸν στύλον ὁρᾶσθαι, ἐπιστραφεῖσα πρὸς ἐκεῖνό τὸ μέρος ἐν ᾧ τὸν στύλον ἑστάναι συνέβαινεν ἐκ τοῦ αἰφνιδίου ἡ παῖς, λύεται μὲν τῶν τῆς γλώττης δεσμῶν, καὶ, Δόξα σοι, ἅγιε Συμεών, μέγα ἀνέκραγε· κινήσεως δὲ καλῶς εἶχε, καὶ ῥώμης ποδῶν, εὐθύ τε ἔβαινε τοῦ οἴκου τοῖς τεκοῦσιν ὡς ἥδιστον παρασκαίρουσα. Οἵγε μὴν πατέρες τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπλαγέντες τοῦ θαύματος οὐδὲ αὐτοῖς εἶχον πιστεύειν τοῖς ἑαυτῶν ὄμμασι, ἀλλὰ τῇ πολλῇ περὶ τὸ πρᾶγμα ἐφέσει, μὴ οὐκ ἀληθὴς ἡ τῆς παιδὸς εἴη ῥῶσις ὑπώπτευον, ἀλλὰ φαντασίά τις τὰ ὁρώμενα. Εἶτα περιεργασάμενοι καὶ μαθόντες ἀκριβῶς ὅπως ὑγιῶς ἡ παῖς εἶχεν, ὕμνουν μὲν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, ἐμεγάλυνον δὲ τὸν αὐτοῦ θεράποντα Συμεών· ἐνίκων τὴν τῶν γενεσίων τῆς θυγατρὸς ἑορτὴν, οἷς νῦν περὶ τὴν ἐκείνης θεραπείαν ἐποίουν· ἐμακάριζον τῆς παιδὸς ἑαυτούς· εὐδαίμονας ἐκάλουν τοῦ τόκου, καὶ οὕτω μεθ' ἡδονῆς αὐτοὺς καὶ φαιδρότητος ὁ οἶκος ἐδέχετο.

nibusque adeo propinquis extremum dedecus allatura. Cum parentes dolori plus æquo indulgentes nihil omnino proficerent, iterum ad rerum immedicabilium ingeniosum et industrium curatorem confugiunt, et gratias ei quidem pro beneficiis rependunt, rogant autem et vehementer supplicant, ne prolem a se divinitus impetratam hoc in statu esse diutius permittat, ut donum magis probro et dedecori ipsis esse videatur, unde et majorem mœrorem et tristitiam quam gaudium et lætitiam vita pariat; verum membrorum solutionem tollere, prolemque integram et perfectam reddere dignetur. Hæc cum lacrymis dicebant, et perseverabant misericordiam exspectantes. Symeon, tanquam commiserationis thesaurus, verbis tantisper calamitatem leniebat, neque diu animo cruciari passus est: septima exinde agebatur dies, postquam eorum perseverantia irrita esse videretur; penitus de salute filiæ desperantes, animi mœrore pleni, vultu inamœno domum revertuntur, filiam secum reportantes, sibi ob intempestiva consilia succensentes, quod et parentes vocari ab initio voluerint. Postquam vero tantum itineris confecissent, ut columnam amplius videre non liceret, puella ad eam plagam, in qua stabat columna, convertitur, et improviso vinculo linguæ solvitur, et: Lans tibi et gloria, sancte Symeon, exclamat. Motum deinde et robur pedum adepta, recta domum pergit, parentibus suavissime inter eundum assultans. Illi improviso miraculo stupefacti, vix suis ipsi oculis credebant, sed præ desiderii magnitudine, ne non vere sanata filia esset, verebantur, sed oculorum fascinationem esse quamdam existimabant. Deinde re diligenter post accuratam inquisitionem cognita, cum filiam omnino sanam deprehenderent, tum Deum ob præstita beneficia laudare, Symeonem ejus famulum deprædicare cœperunt: et natalitiorum filiæ lætitiam longe superavit ob ejus curationem instituta celebritas. Beatos se denum filiæ partu prædicabant: et eos quidem cum gaudio et festivitate tota domus exhilaratos excepit.

CAPUT VIII.

Mulier nondum mandram ejus ingressa, agnita et benedicta.

λα'. Ἀλλ' οἷόν με μικροῦ δεῖν τῶν τοῦ ἀνδρὸς παρελήλυθε ! Πόθος ποτὲ θεῖος γυναῖκα εἰλήφει ὀφθαλμοῖς τοῦτον ἰδεῖν, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ χάριτος καὶ τῆς εὐλογίας ἀπολαῦσαι· ἀλλ' ἦν καὶ αὐτῇ τῆς ἐπιθυμίας ἐμπόδιον ὁ περίβολος, γυναιξὶν ἀπείργων τὴν εἴσοδον. Ἡ φιλάρετος τοίνυν ἐκείνη τῷ πυρὶ τοῦ καλοῦ τούτου ἔρωτος ἁλισκομένη, λογισμούς τε πάντας ἀνεκίνει πρὸς ἑαυτὴν, καί τινων ποτε κατὰ θέαν τοῦ ἀνδρὸς πορευομένων στρατιωτῶν, τὴν ὁμοίαν τούτοις ἀναβολὴν περιθεμένη, ὅλη τε πρὸς τὸ ἐκείνων σχῆμα μεταβαλοῦσα, καὶ πᾶσαν ὑπόνοιαν κλέψασα, ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναβᾶσα συνίππευέ τε αὐτοῖς καὶ τὴν ὁδὸν εἰς τάχος διήνυεν. Ἐπειδὴ δὲ κατέλαβον τὸν περίβολον, ἀποβαίνουσι τῶν ἵππων οἱ στρατιῶται, καὶ τούτους οἷα παρὰ

31. Verum unum me fere Symeonis factum præteriisset. Mulierem sanctum viram coram oculis intuendi, ejusque gratia et benedictione fruendi, divina invaserat cupiditas: verum huic desiderio obicem ponebat septum oppositum, mulieribus aditum omnem præcludens. Pia matrona hoc amoris igne correpta, omnes secum vias et rationes animo agitabat. Milites interea quidam visendi Symeonis gratia capessiverunt iter: mulier simili suscepto habitu, ad omnem se illorum speciem conformavit: ad hæc omnia tuta videns, equo ascenso una cum eis equitando viam celeriter confecit. Ad septum ubi perventum est, ex equis descendentes, eos milites mulieri tanquam uni commilitonum committunt, cum nondum mulierem esse manifestum esset.

Illa depositum iibens apud se asservandum suscepit, parem gratiam ab illis consequi volens; ita enim cum iis paciscebatur, ut suum vicissim equum illorum fidei committeret, posteaquam a Symeonis aspectu reduces reversi essent : ea illi unica erat cura, eo omnes cogitationes suas dirigebat, ut viri sancti conspectum obtineret, ejusque benedictione frueretur. Verum nuntiquam ei contigit ut votis suis potiretur: posteaquam enim milites ad Symeonem pervenissent et voti jam essent compotes, tum sic ad eos divinus Symeon : Unus quidem vestrum, ait, relictus est, ad quem cum perveneritis, nuntiate ei in hæc verba : Mentis tuæ oratio ad aures Domini pervenit (29) ; jam Dominus Deus, qui intima cordis desideria et cogitationes perscrutatur, benedictionem tibi suam impertitus est : ejus consecutus benedictionem et summa votorum, nihil necesse erit huc venias. Iis ab admirabili Symeone dictis, milites septo egressi non minus sancti viri alloquium obstupuerunt, quam foris relicti commilitonis admirati sunt virtutem (adhuc enim militis nomine indigitabant, quam nondum mulierem esse subodorabantur) : tanto enim tamque beato ore deprædicatum nonnisi eximiis virtutum ornamentis decoratum esse credebant. Foras igitur egressi jussa continuo, quæ in mandatis habebant, nuntiarunt; tum variis interrogationibus beatam matronam fatigarunt, et quænam esset, et unde tantis virtutum meritis ornata. Neque enim ullo pacto, addebant, mellifluum illud et suave os, beata illa Symeonis lingua tam honorificam tui mentionem fecisset, nisi latens aliquis virtutum thesaurus in te esset reconditus. Tum illa, cognito quod nihil rerum suarum virum sanctum lateret, animi sui arcana viris illis vel invita detexit, dicens in hæc verba: Me quidem, fratres, pridem ingens sanctum virum coram aspiciendi, et quæ in eo insunt Spiritus dona et gratias oculis cernendi occupavit desiderium ; cum vero vallum oppositum mulieribus neqnaquam ingredi liceret, æquum judicavi sexum occultare (mulier enim sum) ejusque contuitum arte assequi : verum cum latere non possim eum qui etiam occultorum est cognitor, lubens hinc recedam, neque mandato huic refragabor, jam enim benedictionem obtinui ; neque quia latui, sed quia deprehensa sum, gratiam quam volui impetravi. His dictis a proba illa muliere, multo magis admirati sunt virum milites, et in suam quique ditionem reversi sunt.

Α τινι τῶν συστρατιωτῶν τῇ γυναικὶ καταλείπουσι· οὔπω δῆλον ὂν ὡς εἴη γυνή. Ἡ δὲ τὴν παρακαταθήκεν ἑτοίμως ἐδέξατο, τῶν ἴσων καὶ αὐτὴ τυχεῖν παρ' ἐκείνοις ἐθέλουσα, καὶ τὸν οἰκεῖον πάλιν αὐτοῖς παρακαθέσθαι ἵππον, ἐπειδ' ἂν θεασάμενοι τὸν ἅγιον ἀνασυρέψωσι· μελέτη γὰρ ἦν αὐτῇ τὸ πρᾶγμα διηνεκής, καὶ πρὸς τοῦτο μόνον ἑώρα, ὅπως τε ἴδοι τὸν ἄνδρα, καὶ ὅπως τῆς παρ' αὐτοῦ εὐλογίας ἀξιωθείη. Ἀλλ' οὐκ ἐξεγένετο ἀπολαῦσαι αὐτῇ τῆς ἐπιθυμίας· ἐπειδὴ γὰρ ὡς τὸν ἅγιον ἦλθον οἱ στρατιῶται, καὶ ἔτυχον ἤδη ὧν ἐπεθύμουν· Στρατιώτης μέν εἷς ἐξ ὑμῶν, ὁ θεῖος πρὸς αὐτοὺς ἔφη Συμεών, ὑπελείφθη· ὑμεῖς δὲ ἐπειδ' ἂν πρὸς αὐτὸν ἐπανέλθητε, εἴπατε τούτῳ, ὡς Ἡ τῆς ψυχῆς σου προσευχὴ εἰς τὰ ὦτα τοῦ Κυρίου ἀνέβη, καὶ ηὐλόγησέ σε Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ἐξεταστὴς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας, καὶ εὐλογημένος εἶ τῷ Κυρίῳ· τὸ πέρας οὖν ἔχοντι τῆς σπουδῆς, μηκέτι σοι δεήσῃ τῆς πρὸς τὰ ἐνταῦθα ὁδοῦ. Ταῦτα τοῦ θαυμαστοῦ Συμεὼν εἰρηκότος, ἐξιόντες οἱ στρατιῶται τοῦ περιβόλου κατεπλήττοντο μὲν τῆς προρρήσεως τὸν ἄνδρα, ἐθαύμαζον δὲ τὸν ὑπολειφθέντα στρατιώτην τῆς ἀρετῆς (ἔτι γὰρ στρατιώτην ἠξίουν καλεῖν, τῷ μήπω γενέσθαι δῆλον ὡς εἴη γυνή) τὸν γὰρ τοσαύτης εὐφημίας παρ' οὕτω μεγάλης καὶ μακαρίας γλώττης ἠξιωμένον, πῶς οὐχὶ καὶ μεγάλοις κατορθώμασι κεκοσμῆσθαι νομίζειν ἐχρῆν ; Ἐπειδὴ τοίνυν ἐξῆλθον τοῦ περιβόλου ἀπαγγέλλουσι μὲν ἅπερ εἰπεῖν ἐπετράπησαν, πολλῇ δὲ πρὸς τὴν μακαρίαν ἐκείνην κέχρηνται τῇ δεήσει, τίς τε εἴη καὶ ὅ τί ποτέ ἐστι τῶν αὐτῆς κατορθωμάτων τὸ μέγεθος δηλῶσαι. Οὐδὲ γὰρ ἂν πάντως, ἔλεγον, το μελιχρὸν ἐκεῖνο καὶ ἡδὺ στόμα, ἡ μακαρία τοῦ Συμεὼν γλῶττα, διὰ πολλῆς σε οὕτω τῆς μνήμης ἦγεν, εἰ μή τις λανθάνων πλοῦτος ἀρετῶν ἐν σοὶ τεθησαύριστο. Ἡ δὲ γνοῦσα ὡς ἄρα τὸν ἅγιον κατ' αὐτὴν οὐδὲν ἐλελήθει, ἀνακαλύπτει τοῖς ἀδράσι, καὶ μὴ βουλομένη, πάντα, φησί· Ἐμὲ μὲν, ἀδελφοί, πολὺν χρόνον θεῖος εἶχεν ἔρως κατὰ θέαν τοῦ ἀνδρὸς ἀφικέσθαι, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ τοῦ Πνεύματος χάριτος αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἀπολαῦσαι· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐφεῖτο γυναι ξὶν ἐπιβαίνειν τοῦ περιβόλου, δέον ᾠήθην κρύψαι τὴν φύσιν (εἰμὶ γὰρ γυνὴ), καὶ τὴν θέαν σοφίσασθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ γνώστης κρυφίων ὁ ἀνὴρ, καὶ οὐδὲ οὕτω λαθεῖν ἔξεστιν, ἅπειμι λοιπὸν, καὶ οὐκ ἀντιφθέγγομαι τῷ προστάγματι· ἠξίωμαι γὰρ ἤδη τῆς εὐλογίας, οὐ δι' ὧν ἔδοξα λαθεῖν, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἑάλων, τῆς χάριτος ἀπολαύσασα. Τοιαῦτα τῆς χρηστῆς ἐκείνης γυναικὸς διεξελθούσης, ἐπὶ πλέον θαυμάσαντες τὸν ἄνδρα οἱ στρατιῶται, πρὸς τὰ οἰκεῖα ἕκαστος ἐπανήεσαν.

(29) Disparem eventum similis consilii, sed cum aliqua (ut apparet) temeritate et procacitate suscepti, refert sanctus Gregor. Turon. *De gloria confess.* cap. 26, ubi de sancto Symeone agens ita scribit: « Postquam vero columnæ editiori se sanctitate fervens invexit, non modo extraneæ mulieri, verum etiam nec propriæ matri se videndum permisit. Et nunc etiam locum ipsum ab hujus sexus defensat accessu. Nam ferunt, quamdam mulierem indutam fuisse veste virili, et in basilicam ingredi voluisse columnæ. Tractavit secum misera, agere posse per indumentum, quod latere posset Altissimum, ignorans illud Apostoli, « quia Deus non irridetur; » et licet ibi veniens ad templum erexit pedem, ut sanctum ingrederetur limen, tamen protinus retrorsum ruens cecidit, et mortua est : satisque fuit populis, ne hæc ultra mulier ulla præsumeret, cum in istam cerneret ultionem pessime irrogatam. » Ado quoque Viennensis in *Martyrologio*, Notkerus, et quædam mss. sub Bedæ nomine, idem referunt.

CAPUT IX.

Antiochi latronis conversio, pia mors.

λβ'. Καὶ τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον. Ἐκεῖνο δὲ τίς ἂν παραδράμειν ἐθελήσειεν; Ληστὴς ἦν, καὶ λῃστῶν ὁ χαλεπώτατος καὶ μιαιφονώτατος, Ἀντίοχος ὄνομα, τὴν ἐπωνυμίαν Ἀγόνατος. Οὗτος ἦρχε μὲν λῃστρικοῦ στίφους, ἐκράτει δὲ οὐ μᾶλλον τῶν ἀρχομένων τῇ βουλῇ ὅσον τῇ τῆς χειρὸς τόλμῃ καὶ τῷ τῆς ψυχῆς θράσει, καὶ τῇ περὶ τοὺς κινδύνους ἀπονοίᾳ. Οὕτω γὰρ σώματος εἶχε ῥώμης καὶ ταχείας ποδῶν, καὶ τοσοῦτο τούτοις ἐθάῤῥει, ὡς καὶ πολυανθρωποτάτοις κώμαις καὶ αὐτοῖς δήπου τῆς Ἀντιοχείας προαστείοις ἐπιφοιτᾷν, καὶ ταῦτα λῃΐζεσθαι· εἰ δέ που καὶ ἵππων ἐπιβῆναι δεήσοι, θηλειῶν ἐπέβαινε διὰ τὸ τάχος. Τοῦτον ἐπειδὴ πολὺς ἦγεν ἡ φήμη, ἀναίδην οὕτω τῇ λῃστείᾳ χρώμενον, ἐνήδρευον αὐτὸν πολλοί, καὶ οἱ κολάζειν τοὺς ἀτακτοῦντας ἐπιτετραμμένοι, ὥστε τὸν Ἀντίοχον συλλαβεῖν περὶ παντὸς ἐποιοῦντο. Ἐν πανδοχείῳ γοῦν ποτε καταλύσας, ὁ μὲν περὶ ποτους εἶχε καὶ μέθας, στρατιωτων δὲ στῖφος πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἀνδράσι πληρούμενον, καιρὸν δὴ τοῦτον ἐπιτήδειον τῆς ἐκείνου συλλήψεως οἰηθέντες, περιίστανται πάντοθεν τὸ πανδοχεῖον· ὁ δὲ ὡς ἤσθετο τῆς ἐπιβουλῆς, οὔτε τῷ τῆς γαστρὸς φόρτῳ, οὔτε τῷ τοῦ οἴνου κάρῳ τὴν λῃστρικὴν τόλμην φανεὶς ἀτονώτερος, πνέων τε θυμοῦ ἀνίσταται, καὶ τῶν ἱματίων, ὅσα φέρειν ἄχθος αὐτῷ ἦν ἐπιθεὶς τῇ ἵππῳ, ταῖς παλάμαις ἀναιρεῖται τὸ ξίφος, καὶ τοῦτο συνεχῶς ἀνατεινόμενος θυμοειδῶς ἄγαν καὶ μανικῶς μηδενὶ πλησιάζειν αὐτῷ παρηγγύα, καὶ φοβερὸς ἐξῄει. Ἄλλως τε καὶ ἡ ἵππος αὐτῷ συνεβάλλετο πρὸς κατάπληξιν μέρος οὐ μικρόν· ἐκ πολλοῦ γὰρ αὐτῇ δεδιδαγμένον, λάξ τε τοῖς ἐμπροσθίοις ποσὶν ἐπέβαινε τῶν κατὰ πρόσωπον ὑπαντώντων, τῶν σαρκῶν τε ἥπτετο τοῖς ὀδοῦσι, καὶ ὅλως δεινή τις ἦν καταπλῆξαι τὸν προσπεσόντα, καὶ εἰς δέος ἄφατον ἐμβαλεῖν. Τούτοις τοιγαροῦν τὸ τῶν στρατιωτῶν πλῆθος διαταράξας, ἄλλως τε καὶ τὴν οἰκείαν φήμην προσδοποιοῦσαν ἔχων, καὶ τὰ πολλὰ συγκατεργαζομένην αὐτῷ, καὶ πρὸ τῆς ἐκείνου θέας φόβον τοῖς πολλοῖς ἐμποιοῦσαν, τὸν ἔσχατον κίνδυνον διαφεύγει· καὶ τῆς ἵππου ἐπιβὰς οἷά τις ἄλλος λῃστὴς ἐπὶ τὸν ἐν τῷ στύλῳ προσηλωμένον καταφεύγει· ἤδει γὰρ αὐτὸν μαθητὴν ὄντα τοῦ σταυρωθέντος ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς σωτηρίας. Καὶ ταῦτα λῃστὴς ὤν, καὶ, Σῶσον ψυχὴν ἀπολλυμένην, ἅγιε τοῦ θεοῦ, σῶσον, κοπτόμενος καὶ ἀλγῶν πόῤῥωθεν ἐλεεινῶς ἐβόα· οἵ μοι, τίς ἔσται μοι καταφυγή; τίνα σωτῆρα τἂν κακῶν ἐξευρήσω; οἴχεται πᾶσα σωτηρίας ἐλπὶς, οὐδὲ τὴν θεραπείαν ζητεῖν ἔτι μοι λείπεται· μυρίων θανάτων ἐγὼ διὰ τὸ συνειδὸς ἄξιος. καὶ οὐ τούτους ἐγὼ δέδοικα, εἰ καὶ πολλάκις ἀποθανεῖν ἐξῆν. Τί γὰρ ὁ διὰ ξίφους ἐμοὶ θάνατος φοβερόν; τί δὲ τοσοῦτον εἰς τιμωρίαν τοῦ παρόντος μόνον στερηθῆναι φωτὸς τῷ τούτου πολλοὺς ἀπαλλάξαντι, καὶ ὁμοφύλοις καθ' ἑκάστην αἵμασι λυομένῳ;

32. Et hoc quidem miraculum tale. Quis autem prætereat quod deinceps narratum eo? Latro omnium prædonum longe crudelissimus, et maxime sanguinolentus (30), Antiochus nomine, cognomento Agonatus, sicariorum cohorti præerat, et non magis consilio quam virium robore et animi audacia subditis imperitabat atque insigni in adeundis periculis temeritate. Tantum enim corporis robore, et pedum celeritate pollebat, itaque iis fidebat, ut populosissimos pagos, etiam ipsa Antiochiæ urbis suburbia invadere ac diripere non dubitaret. Si quando equo vehi necesse erat, equas ob majorem celeritatem conscendebat. Hunc postquam multorum fama vulgavit, nullo prohibente vitæ prædatoriæ operam dantem, multi illi insidias struxerunt, tum potissimum quibus flagitiosos puniendi cura commissa est, Antiochum comprehendere totis viribus adnisi sunt. Cum aliquando in hospitio moraretur, ibique potaret, militum cohors quinquaginta supra centum, hoc idoneum ad eum capiendum tempus rata, domum undique circumdant. Hic vero ut sensit insidias, neque ventris onere, neque vini veterno quidquam de prædatoria audacia remittens, iracundia æstuans exsurgit, indumentorum sarcina quanta potuit festinatione equæ imposita, manu gladium educit, eoque assidue in aere instar furiosi et dementis vibrato, nemini sibi appropinquandi fecit licentiam; totusque adeo formidabilis hospitio egreditur. Et equa non parum ad terrorem incutiendum ipsi profuit; illa enim et calcibus anterioribus insiliebat in occurrentes, et dentibus mordebat, planeque sufficiens erat accedentes percellere, et magnum iis terrorem injicere. His omnibus cum militum multitudinem turbasset, habens præterea famam rerum gestarum voluti viam sibi aperientem, multumque cooperantem, ac pluribus, qui eum necdum viderant, terrorem injicientem, extremum periculum devitat: et conscenso jumento, tanquam alter latro ad Symeonem columnæ affixum confugit: noverat enim eum illius qui pro humani generis salute cruci affixus fuerat, esse discipulum. Ac tum quidem latro, totus dolore fractus, miserandum in modum eminus clamabat: Salva animam pereuntem, sancte Dei; serva, inquam, hanc animam. Eheu! quod mihi erit refugium? quemnam omnis mali depulsorem inveniam? omnis abiit salutis spes: neque mihi curationem ultra quærendi tempus reliquum est: mille mortibus ob malefactorum conscientiam dignus sum: neque eas reformido, licet sæpius mori liceret, Quid enim quæ ferro consciscitur mors formidabile habet? Quantulum hoc supplicii est, semel præsenti solum luce privari, ei qui multis vitam ademit, seque quotidie contribulium sanguine polluit? Ve-

(38) Ἀγόνατος, *sine genibus*. Id forte ei ex aliquo eventu cognomen adhæsit, inquit Rosweydus.

rum ignis ille inextinguibilis, et cruciatus perpetuus,mihi timorem incutit, adeoque perturbat, ut tantum non animi impotentiam inducat:ejus meditatione totus cohorresco, quæ intimum mihi cor lancinat; adhuc enim manus fraternum sanguinem distillant, recentes sociorum cædes adhuc animo obversantur. Quænam igitur mihi consolationis spes? quæ salutis via? Affer opem, serve Dei,consilii omnis inopi ; porrige manum animæ in extremum interitus discrimen adductæ.

33.Hæc et similia dum coram sancto viro lamentatur,vehementer eum ad suarum commiserationem calamitatum commovit;qui et antequam sermonem ordiretur, intimi cordis pœnitudinem intuebatur. Condolens itaque latroni,magna verborum humanitate animum ejus recreare cœpit,ac bene sperare jussit. Dum hæc ita agerentur, milites eum non amplius latronum, sed supplicum more manus in altum protendere conspicientes,crudelissime eum ad supplicium deposcunt; usque adeo,ut apud sacrum caput incredibili ausu, non convenire dicerent, neque esse humani judicii, viro qui propria manu tot homines interfecisset, auxiliari. At tranquillum illud ac mansuetum os parvi longas eorum nugas faciens, ita fatur : Qui peccatorum semper pœnitentiam cupit,idem et hunc in perditionis jam barathrum ruentem, præter omnem spem,incolumem servans huc perduxit,non ego.Quomodo igitur quispiam,quem ipse propriis manibus advocavit,eumdem tortorum manibus tradat? Militum illa manus his auditis recessit, viri enim virtutem et ipsi verebantur,licet toto impetu in Antiochum ferrentur. Ipse vero Antiochus pronum se in terram jactat, calidas fundens lacrymas, et amare suspirans.Magno denique affectu,instar latronis in crucem cum Christo acti, et pœnitudinem ostendens animi, noxas Deo aperiebat : sed facinorum multitudo omnem illi ad divinæ clementiæ nutum præcludebat accessum. Verum dum sequestro bono utitur,divini Symeonis precibus,brevi et ipse delictorum veniam obtinuit. Itaque vox cœlitus audita sacri oris suffragium confirmavit,acceptam nempe esse latronis pœnitentiam, simulque vitæ exitum ei imminere et instantem ad communem omnium Dominum discessum promittens, et hoc signum satis idoneum divinæ erga ipsum benignitatis præbens.Cum igitur et hæc ipsa latronis auribus,insonarent,ad pœnitentiæ ducem se convertit, illique inusitatam vocem narrat.Dum verba adhuc inter labra cunctantur,Antiochus manus attollens in cœlum hæc in verba prorumpit : Domine Jesu Christe, inquit,Fili Patris principio carentis unigenite,qui non justorum gratia,sed pro peccatorum pœnitentia venisti,suscipe spiritum meum ; et simul hunc in modum orantem e vestigio vita defecit, et manifesta viro admirabiliter venia indulgetur.Quapropter ingens omnes tenuit admiratio et communis pœnitudo populi animos occupavit : theatrum ipsum partim lacrymis,partim voluptate perfundebatur :

A εἰ μὴ τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ ἄσβεστον καὶ ἡ διηνεκὴς ἠπείλητο βάσανος, ὁ με καὶ φοβεῖ, καὶ ταράττει, καὶ εἰς ἀμηχανίαν ἐμβάλλει · ὃ καὶ δέδοικα ἐννοῶν, καὶ ὃ μέσης αὐτῆς ἅπτεταί μου τῆς καρδίας · ἔτι γὰρ αἱ χεῖρες ἀδελφικοῦ μοῦ στάζουσιν αἵματος · ἔτι μου τοὺς ἐμφυλίους φαντάζεται φόνους · ποία οὖν παραμυθίας ἐλπίς ; ποία μοι σωτηρίας ὁδός ; Γενοῦ μοι βοηθὸς ἀπορουμένῳ, δοῦλε Θεοῦ, καὶ ὄρεξον χεῖρα ψυχῇ πρὸς ἔσχατον ἀπωλείας κατενεχθείσῃ.

λγ'. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα προσανακλαιόμενος τῷ ἁγίῳ, ἔλεον αὐτῷ τῶν οἰκείων συμφορῶν ἐμποιεῖ, καὶ δῆτα ὁ καὶ πρὸ τῶν ἐκείνου λόγων τὴν ἐν τῷ βάθει τῆς καρδίας μετάνοιαν ἐνορῶν, συνήλγησε τῷ λῃστῇ, ῥήμασί τε αὐτὸν ἀνελάμβανε φιλανθρώποις καὶ χρηστὰς ὑπέτεινε τὰς ἐλπίδας. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα B τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον, τὸ στρατιωτικὸν ἐκεῖνο ἐπιστάντες, ὡς οὐκέτι λῃστηρίους ἐκείνους, ἀλλ' ἱκεσίους χεῖρας ἔφερε, θρασύτατα τοῦτον εἰς τιμωρίαν ἐζήτουν, καὶ οὕτω σφόδρα ὡς καὶ πρὸς αὐτὴν δήπου τὴν ἱερὰν ἀποθρασύνεσθαι κεφαλήν, καὶ μὴ δεῖν φάναι, μηδὲ γνώμης εἶναι φιλανθρώπου, τοσούτων αὐτόχειρι φόνων ἀνδρὶ βοηθεῖν. Τὸ μέντοι γαλήνιον ἐκεῖνο στόμα καὶ πρᾶον, μικρὰ τῶν μακρῶν ἐκείνων λήρων φροντίσας, Ὁ τὴν μετάνοιαν, φησὶ, τῶν ἁμαρτανόντων θέλων ἀεί, οὗτος καὶ τοῦτον τῷ βαράθρῳ τῆς ἀπωλείας καταπεσόντα παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀνασωσάμενος ἐνταῦθα ἤγαγεν, οὐκ ἐγώ. Πῶς ἆρά τις τοίνυν, ὃν ἐκεῖνος χερσὶν ἰδίαις ἀνεκαλέσατο, τοῦτον θλιβόντων χερσὶ παραδοίη ; Τὸ δὲ τῶν στρατιωτῶν ἐκεῖνο στῖφος τούτων ἀκούσαντες, τότε μὲν ὑπεχώρησαν · ἠδέισαν γὰρ ἀνδρὸς ἀρετὴν αἰδεῖσθαι καί οὗτοι, κἂν εἰ καί τῷ παντὶ θυμῷ κατὰ τοῦ Ἀντιόχου ἐφέροντο. Ὁ μέντοι Ἀντίοχος πρηνὴς ῥίπτων ἑαυτὸν, καὶ θερμὰ δάκρυα προχέων, καί πικρὸν κάτωθεν στενάζων, καὶ ὅλως πολλὴν τὴν θερμότητα κατὰ τὸν ἐν τῷ σταυρῷ λῃστὴν καί μετάνοιαν ἐνδεικνύμενος, ἐξωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ τὰ πλημμελήματα · καί εἴργετο μὲν τῷ πλήθει τῶν τετολμημένων πρὸς τὴν τῆς φιλανθρωπίας ῥοπήν. Μεσίτῃ δὲ ὅμως χρηστῷ τῇ τοῦ θείου Συμεὼν προσευχῇ χρώμενος, ταχὺ παρ' αὐτοῦ καί οὗτος λαμβάνει τὴν ἄφεσιν. Καί τὴν τῆς ἱερᾶς γλώττης ἐκείνης ψῆφον φωνὴ ἄνωθεν ἐπεκύρου θεία, προσδεχθῆναι μὲν λέγουσα τοῦ λῃστοῦ τὴν μετάνοιαν, κατὰ πόδας δὲ τὸ τοῦ βίου τέλος αὐτῷ, καί τὴν πρὸς τὸν κοινὸν ἁπάντων Δεσπότην ἐκδημίαν C παρεγγυῶσα, καί τοῦτο τεκμήριον ἱκανὸν τῆς ἐκείνου πρὸς αὐτὸν εὐμενείας παρεχομένη. Περιηχηθείς οὖν ταῦτα καί ὁ λῃστὴς, πρόσεισι τῷ τῆς μετανοίας ὁδηγῷ, καί τὴν ξένην αὐτῷ ἀκοὴν καταλέγει · ἔτι δὲ περί τὰ χείλη τῆς διηγήσεως στρεφομένης, εἰς οὐρανοὺς τὰς χεῖρας ἀνασχὼν ὁ Ἀντίοχος · Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, φησί, Παῖ μονογενὲς ἀνάρχου Πατρός, ὁ μὴ δικαίοις ἐλθὼν, ἀλλὰ ἁμαρτώλοις εἰς μετάνοιαν, δέξαι τὸ πνεῦμά μου · καί μετὰ τῆς προσευχῆς εὐθέως αὐτὸν καί ἡ ψυχὴ ἀπολείπει, καί φανερὰ τῷ ἀνδρί παραδόξως ἡ ἄφεσις δίδοται. Θάμβος οὖν ἐπί τούτῳ πάντας εἶχε, κοινή τε μετάνοια κατέσχε τὸν δῆμον, καί ἡδονῇ τὸ θέατρον καί δά- D

χρυσιν ἐμερίζετο· τὰ μέν γε ἦν τῆς μετανοίας, ἡ δὲ τῆς ἀφέσεως· καὶ διὰ πάντων ὁ ἐπὶ πᾶσιν ὑμνεῖτο Θεὸς, καὶ σωτὴρ ὁ ἐκείνου θεράπων ἀνεκηρύττετο. Ὡς δὲ ταῦτα ἡ ἄνωθεν ᾠκονόμει Πρόνοια, καὶ τὸν μέγαν ἐπὶ πλέον Συμεὼν μεγαλύνουσα, καὶ τὰ τῆς μετανοίας ἅπασι πύλας εἰς τὸ τῆς σωτηρίας ἀπροφασίστως ἐρᾷν διανοίγουσα.

λδ'. Τὸ στρατιωτικὸν, ἄγνοιαν ἔχοντες τῶν γεγενημένων (πρὸς γὰρ τὸ σπουδαζόμενον ὥστε συλλαβεῖν τὸν Ἀντίοχον, ἄλλως τε καὶ τῆς τοῦ πράγματος φήμης διὰ τὸ παράδοξον οὐκ ἐξαρκούσης εἰς πίστιν, εἰ μή τις αὐτὸ καὶ γινόμενον ἴδοι), μείζονι χρησάμενοι τόλμῃ καὶ ἀναιδείᾳ, πρὸς τὸν μέγαν αὖθις Συμεὼν ἀφικνοῦνται, καὶ, Τὸν τὰ δεινότατα εἰργασμένον τὸν τὰ μέγιστα ἠδικηκότα καὶ συγγνώμης ἁπάσης μείζονα, τὸν ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις ἁλόντα κακοῖς, τὸν κοινὸν τῆς πόλεως ἀναιρέτην, παράδος ἡμῖν, ἐβόησαν· τί καὶ τῶν κειμένων νόμων τὴν σὴν γνώμην ἄγεις προτιμοτέραν, καὶ τὸν ὑπεριδόντα τούτων, φιλανθρώπῳ συμπαθείας ὄμματι, τῆς ἐπηρτημένης τοῖς κακούργοις τιμωρίας ἐξελέσθαι φιλονεικεῖς; Ὁ δὲ μηδὲ ἐνταῦθα τῆς συνήθους πραότητος μεταβαλὼν, ἱλαρῶς οὕτω καὶ πράως αὐτοῖς ἀποκρίνεται· Ὅτι μὲν οὐκ ἐγὼ τὸν ἄνδρα μετεστειλάμην, ἀλλ' ὁ κοινὸς ἁπάντων Δεσπότης τοῦτον ἐνταῦθα ἤγαγεν, ἐγώ τε πρότερον εἶπον ὑμῖν ἤδη, καὶ νῦν γοῦν ὁ ἐκείνου τάφος ἀπαραγράπτῳ μαρτυρίᾳ τὴν ἀλήθειαν βεβαιοῦται· ὁ γὰρ αὐτὸν πρὸς μετάνοιαν καλέσας, οὗτος αὐτὸν καὶ τῶν ἐνθένδε μετέστησε, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐκ τῶν ἐπικήρων μετεκαλέσατο. Ταῦτα ἐπειδὴ ὁ θαυμαστὸς Συμεὼν εἶπεν, καὶ ὑπεδείκνυτο ἤδη καὶ ὁ τάφος αὐτοῖς, τρόμος τε τοὺς ἄνδρας ἀνυπόστατος εἶλε, καὶ χαλεπώτατα εἶχε· εἶτα πολλὰ συγγνώμην ἐξαιτησάμενοι, καὶ παρὰ τῆς μακαρίας ἐκείνης λαβόντες ψυχῆς, ἄγγελοί τε τοῦ θαύματος ἀψευδεῖς καὶ κήρυκες ἐπανῆεσαν.

A hæc enim a delictorum remissione, illa vero a pœnitentia proficiscebatur; atque ob hæc omnia laudabatur Deus ab omnibus, et salvator illius famulus Symeon celebrabatur. Sic autem hæc superna administrabat Providentia, quæ et magnum Symeonem magis extollebat, omnibusque pœnitentiæ portam ad salutem sine excusatione amplectendam aperiebat.

34. Milites eorum quæ contigerant ignari (nam in id unum, ut Antiochum comprehenderent, omnes vires conferebant; præsertim cum rumor rei gestæ propter facti insolentiam haudquaquam ad fidem faciendam sufficere videretur, nisi quis quod factum erat oculis ipse suis spectasset): itaque majori quam antea temeritate et impudentia ad magnum Symeonem accedunt, et hominem gravissimorum facinorum patratorem, qui injurias omni venia majores intulisset, in maximis sceleribus deprehensum, denique urbis universæ eversorem, magno clamore tradi sibi postulabant, ista vociferantes: Itane legibus omnibus ac decretis tuum judicium præferendum censes, eorumque contemptorem benigno ad commiserationem aspectu intueris? meritis suppliciis eximere contendis? Ille vero nihil de solita lenitate remittens hilari et mansueto vultu respondit: Quoniam non ego virum huc accersivi, sed communis omnium Dominus huc eum perduxit, quod primum ego asserui, idipsum nunc ejus tumulus indelebili veritatis testimonio confirmat: qui ad pœnitentiam eum vocavit, idem et hinc transtulit, et ad se ex humanis eripuit. His dictis, cum funus illis admirabilis Symeon coram ostenderet, omnium animos tremor incredibilis occupavit, ex quo indentem dolorem concepere, deinde erroris sui a beata illa anima venia obtenta, hujus miraculi promulgatores, ac minime fallaces præcones abierunt.

B

C

CAPUT X.

Absentia et futura divinitus cognoscit.

λε'. Ἡμῖν δὲ καὶ ναῦς ἐν τῷ τούτου τῶν θαυμάτων πελάγει φερέσθω μυριοφόρος, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἐκείνου προσευχῶν σωτηρίαν τοῖς ἐν αὐτῷ κινδυνεύουσι παρεχέσθω· χαλεπώτατον μὲν γὰρ ταύτην κλύδώνιον κατὰ μέσην ποτὲ τὴν θάλασσαν εἶχε, κατεδύετο δὲ ἤδη, σφοδρότερον αὐτῇ τῶν κυμάτων προσρηγνυμένων. Καὶ οἱ πλέοντες πάσης μὲν τέχνης, πάσης δὲ χρηστῆς ἀπογνόντες ἐλπίδος, τὸ ἔσχατον ἀλλήλους προσειπόντες καὶ ἐπιβαλόντες καὶ τὸν κίνδυνον μένοντες, ὀψὲ τὴν ἐσχάτην ἄγκυραν βάλλονται, καὶ τοῦ Συμεὼν πρὸς τὸν κοινὸν Δεσπότην ἐπιμνησθέντες, ὁμοῦ τε αὐτὸν ἐπὶ στύλου εἶχον ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας δεόμενον, καὶ ὁμοῦ τούτοις ἐπὶ τῆς νεὼς πάλιν ἐπιφαινόμενον· καὶ χρηστοῦ μὲν εὐθὺς ἀπολαύουσι τοῦ πελάγους, λεπτὴ δέ τις αὔρα περιέπνει τούτους, καὶ πλήρει φερομένους τῷ ἱστίῳ διὰ σταθερᾶς τῆς θαλάσσης ἡ χέρσος ἐδέχετο.

35. Nobis in hoc miraculorum pelago navis infinita ferens proferatur, salutemque, precum ejus interventu, periclitantibus in mari præbeat. Hanc enim aliquando in medio mari gravissima procella invasit, et jam illisis ad eam magna vi fluctibus prope mergenda videbatur. Navigantes omni arte, omnique rei bene gerendæ spe deposita, postrema sibi invicem salutis verba inter amplexandum, periculum exspectantes, impertiebantur: tandem ultimam anchoram jaciunt, et Symeonis ad communem Dominum memoriam refricantes, simulque eum in columna habuerunt pro sua salute deprecantem, et simul ipsis rursus in navi apparentem: et mox mare sedatum perceperunt; nam leni mox aura afflante, plenis velis per tranquillum pelagus deducti, ad continentem pervenerunt.

D

36. Nec illud de eo prætereatur. Virgam aliquando e cœlo delapsam videre visus Symeon: Flagellum, inquit, nobis Deus post duos annos immittet. Jam tempus ab eo præscriptum aderat, et terra nihil omnino tulit, imbribus carens; ingens siquidem siccitas eam occuparat, et simul fames ac pestis, mala inde provenientia, quavis pœna gravius eam affligebant, hominesque amare cruciabant. Tales igitur habebat oculos mentis Symeon, ita omni terrena caligine perpurgatos, ut futura omnia quasi jam præsentia intueretur. Deinde prædixit erucarum plagam. Verum non ita in Dei ira prænuntianda celer et promptus erat, ut ad malum depellendum negligens aut impotens esset; sed eam ob causam præmonebat, ut prævisa minus nocerent: Intra enim, inquiebat, minas adhuc decreta stat pœna: solum quæ peccavimus corrigamus. Hoc vero dicebat, propriorum laborum recte facta tegens: hinc et non tam suam erga Deum fiduciam, quam illorum pœnitentiam testatam esse volebat; noverat enim se indigna passos non neglecturum, sed ita fore, ut propria interpellatione iram divini Numinis sedaret, imminensque flagellum sistere se posse confidebat. Nondum igitur triginta dies elapsi erant, cum ecce ingens erucarum circumfusa nubes parum abfuit quin totam terræ faciem occuparet. Homines neque quid boni de futuro sperarent habebant, neque vero, si quæ mali solutio futura esset, cognoscere poterant; denique de tanto reptilium periculo evadendo penitus jam desperabant, neque aliud quam præsentissimum inde exitium exspectabant, terræ fructibus partim nondum enascentibus, partim ab erucis jam consumptis. Symeon vero vix Deum erat deprecatus, cum ecce omnis erucarum copia, quæ jumentorum pabulum fere labefactaverat, extemplo consumpta est, terræ frugibus in hominum usus accommodatis nullo penitus nocumento illato.

λς'. Ἀλλ' ὅπως με μηδὲ τοῦτο τῶν ἐκείνου παρέλθοι· Ῥάβδον ποτὲ τοῦ οὐρανοῦ καταφερομένην δόξας ἰδεῖν, Μάστιγα, εἶπεν, ἡμῖν ὁ θεὸς μετὰ δεύτερον ἔτος ἐπαφήσει. Ἐπῆγε τοίνυν ὁ χρόνος τὴν προθεσμίαν, καὶ ἡ γῆ μὲν οὐδὲν ἐδεδώκει στερηθεῖσα τοῦ ἄνωθεν ὕδατος, αὐχμὸς δὲ αὐτὴν κατειλήφει μέγας, καὶ λιμὸς ὁμοῦ καὶ λοιμὸς, τὰ ἐκεῖθεν τικτόμενα κακὰ, τιμωρίας τε πάσης χαλεπώτερον ταύτην ἐμάστιζον, καὶ τοὺς ἀνθρώπους πικρῶς ἐμερίζοντο. Τοιοῦτο ἦν αὐτῷ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, πάσης ἀχλύος περιγελοῦ κεκαθαρμένον, καὶ ὡς παρόντα ἤδη τὰ μέλλοντα προορῶν. Εἶτα καὶ κάμπης προσβολὴν προμηνύει. Ἀλλὰ γὰρ οὐχ ὥστε μὲν ὀργὴν προεἰπεῖν, οὕτω ταχὺς ἦν καὶ πρόχειρος, ὥστε δὲ τὸ δεινὸν στῆσαι ἀμελὴς ἢ ἀδύνατος· ἀλλ' ἐπήνεγκεν, ὡς οὐδὲν μέγα λυμανεῖται· μέχρι γὰρ τῆς ἀπειλῆς ἡ βάσανος, μόνον ἐὰν ἁμαρτάνοντες ἐπιστρέφωμεν. Τοῦτο δὲ εἶπεν, τῶν οἰκείων πόνων κρύπτων τὰ κατορθώματα· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῆς ἐκείνων μετανοίας, οὐ τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν θεὸν παῤῥησίας, τὸ πρᾶγμα ἐτίθετο· ἤδει γὰρ ὡς οὐ περιόψεται αὐτοὺς κακῶς πάσχοντας, ἀλλὰ τῇ οἰκείᾳ πρὸς τὸν Δεσπότην ἐντεύξει κοιμήσειε λοιπὸν τὴν ὀργὴν, καὶ στήσει κατ' αὐτῶν ἐπανατεινομένην τὴν μάστιγα. Οὔπω τοίνυν τριάκοντα τὸ ἀπ' ἐκείνου παρῆλθον ἡμέραι, καὶ κάμπης πολύ τι νέφος περιχυθὲν μικροῦ δεῖν τὸ πρόσωπον ἅπαν ἐπέσχε τῆς γῆς. Καὶ οἱ μὲν ἄνθρωποι οὐδὲ ὑπὲρ τῶν μελλόντων θαῤῥεῖν εἶχον, οὐδὲ εἰδέναι σαφῶς εἴ ποτέ τις ἔσται τοῦ κακοῦ λύσις· ἀμέλει καὶ ἑαυτοὺς ἀπεγίνωσκον, ὡς οὐ τὸν ἐκ τῆς κάμπης κίνδυνον διαδράσοντας, ἀλλὰ κακῶς ἀπολουμένους, καρπῶν, τῶν μὲν οὐδὲ ἀναφύντων, τῶν δὲ ὑπὸ τῆς κάμπης ἀναλωθέντων. Ὃ δὲ χρῆται τῇ πρὸς τὸν θεὸν δεήσει, καὶ ἡ κάμπη εὐθὺς ἐκ ποδῶν, τὸν τῶν ἀλόγων χιλὸν βραχέα λυμηναμένη, τῆς γε μὴν τῶν ἀνθρώπων τροφῆς οὐδ' ὅπως οὖν ἁψαμένη, οὐδέ τι βλάβος αὐτοῖς ἐμποιήσασα.

37. Dignum quod his addatur et illud. Duæ aliquando virgæ huic invisibilium istarum rerum spectatori e cœlo deferri visæ fuerant, quarum una versus orientem solem incumbebat, altera versus aquilonem. Eam visionem Persarum et Scytharum in Romanos irruptionem indicare declaravit, et hanc visionem præsentibus narravit (31-32). Ipse vero multa lacrymarum profusione et precibus Deo supplicabat: neque prius ab oratione destitit, quam Persæ in Romanos incitati, civili inter se dissensione oborta, apparatum militarem dissolverent. Scythæ vero, cognita Persarum cunctatione, et ipsi quieverunt, neque vulgo sensum commotionis præbueruunt.

λζ. Τούτοις ἄξιον ἐκεῖνο προσθεῖναι· Δύο ῥάβδοι ποτὲ τῷ τῶν ἀθεάτων τούτῳ θεατῇ ἐξ οὐρανοῦ καταφερόμεναι ὤφθησαν· ὧν ἡ μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἐπέσκηπτεν ἥλιον, ἡ δὲ πρὸς βορρᾶν. Πέρσας δὲ ἄρα καὶ Σκύθας κατὰ Ῥωμαίων στρατεύειν παρεδήλου τὰ τῆς θέας· καὶ τὴν μὲν ὄψιν διηγήσατο τοῖς παροῦσιν. Αὐτὸς δὲ δάκρυσι καὶ παρακλήσεσι καὶ ἱκετείαις τὸ θεῖον ἐξελιπάρει· καὶ οὐ πρότερον ἀνῆκε δεόμενος, ἕως οὗ οἱ κατὰ Ῥωμαίων κινηθέντες Πέρσαι μὲν στάσει τινὶ ἐμφυλίῳ εἰς ἀλλήλους διελύσαντο τὴν παρασκευὴν, τὸ δὲ Σκυθικὸν, τὴν τῶν Περσῶν συστολὴν μαθόντες, ἡρέμησαν καὶ αὐτοὶ, καὶ οὐδὲ αἴσθησιν παρέσχον τοῖς πολλοῖς τοῦ κινήματος.

38. Talis erat admirabilis ille Symeon: ita com-

λη'. Τοιοῦτος ἦν ὁ θαυμάσιος οὗτος, καὶ οὕτω

(31-32) Aliter Theodoretus, « In terram autem orientalem cadebant et occidentalem. » Baronius hæc ad annum 420 refert, quando mortuo Isdigerde successor Vararanes fœdus rupit, malo suo. At non tum in exordio ipso sopitum est ob civiles dissensiones bellum, ut patet ex iis quæ narrat Socrates lib. VII, cap. 18, quod hic S. Symeonis precibus factum scribit Theodoretus et Metaphrastes. De regibus Persarum Isdigerdem et Vararanem secutis vide Agathiam lib. IV et Petrum Teixeiram lib. I *de Reg. Pers.*

τῆς κοινῆς ἁπάντων ἐφρόντιζε σωτηρίας, ἀλλὰ μὴν A munem omnium salutem curabat, ut nec singulorum
οὐδὲ τῆς καθ' ἕκαστον ἠμέλει. Ἀλλὰ κἀνταῦθα προ- etiam negligeret. Sed et hic prænuntius ac vates
θεωρὸς ἦν καὶ προάγγελος. Οἶδεν ὁ ἀρχιερεὺς Θεο- fuit. Novit id Theodoretus episcopus, cujus jam
δώρητος, οὗ πρότερον ἤδη φθάσαντες ἐπεμνήσθημεν. antea mentionem fecimus. Vehementer (33) is a
Ἐπολεμεῖτο μὲν γὰρ ὑπό τινος ἰσχυρῶς· καὶ πολὺς quodam oppugnabatur, unde et mœrorem contra-
ἦν ἀλύων καὶ σφόδρα ταῖς ἐπιβουλαῖς ἐδυσχεραί- hebat, et accusationem graviter ferebat. Postquam
νετο. Ἐπειδὴ δὲ πάντα κάλων κινῶν, τὸ φδόμενον, vero omnibus, ut proverbio decantatur, rudentibus
οὐδὲν χρηστὸν ἀπέλαβεν ἐκείνου τοῦ πόνου, πρὸς τὸ contenderat, neque ullum ex labore fructum se
τῶν ἐλπίδων κεφάλαιον τὸν θαυμαστὸν Συμεὼν κατα- consequi videbat, tum ad admirabilem Symeonem,
φεύγει, καὶ τούτῳ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπιτρέπει. tanquam ad omnis spei caput, confugit, eique ne-
Ὁ δὲ ψυχαγωγίαις τε ἄλλαις αὐτὸν ἀνελάμβανεν gotium omne suum committit. Ille mœrentem ani-
ἀθυμοῦντα, καὶ γενναίως φέρειν τοὺς πειρασμοὺς mum consolatione recreat, calumnias ferendas mo-
ὑπετίθει, παράγων ἐκ τῶν θείων Γραφῶν καὶ δεί- net, etiam ex sacris paginis ostendens, quantum ex
κνὺς ὅσον τὸ τῶν πειρασμῶν κέρδος ἐστίν· εἶτα tentationibus lucrum proveniat : deinde, paululum
μικρὸν διαλιπών· Σὲ δὲ καὶ ἀλλως εὐχαριστεῖν, moratus : Te vero etiam Deo, inquit, gratias quam
εἶπε, φίλτατε, χρή· μετὰ γὰρ πέντε καὶ δέκα ἡμέρας B potes maximas agere oportet, carissime; post quin-
οἰχήσεται μὲν ὁ πόλεμος, ταχέως δὲ σὺ τὸν κολο- decim dies tuus morietur adversarius : tum demum
φῶνα τῶν κακῶν διακρούσῃ. Τοσοῦτος τοίνυν ἡμε- omnem hanc procellam a te repelles. Eo igitur
ρῶν ἀριθμὸς ἠνύετο, καὶ καταστρέφει μὲν ἐκεῖνος dierum numero absoluto, vitam ille cum morte
τὸν βίον· ὁ δὲ πραγμάτων ἐκτὸς καὶ ζάλης καθ- commutavit; hic vero extra omnem tempestatem in
ίσταται, τοῖς ὑπὸ τοῦ ἁγίου εἰρημένοις τῆς θείας ψή- tranquillo constitit, divini Numinis suffragio S. Sy-
φου τὸ πέρας ἐπενεγκούσης. meonis verbis terminum statuente.

CAPUT XI.

Theodosium et Danielem monachos ad sanctiora hortatur ; barbaris varie opitulatur.

λθ. Ὑπὸ γοῦν τῆς θεοφόρου ταύτης γλώττης ἀρ- 39. Theodosius (34) quoque magnus sacræ hujus
δόμενος καὶ ὁ μέγας ἐξήνθησε Θεοδόσιος· Θεοδόσιος linguæ eloquio irroratus efflоruit : Theodosius, in-
ἐκεῖνος τὸ τῶν ἀσκητικῶν ἀγώνων καὶ τῆς ποιμαν- quam, ille spiritualium exercitationum, necnon
τικῆς σοφίας κεφάλαιον. Οὗτος ἄρτι τὸν τῆς ἀρετῆς pastoralis sapientiæ summa et caput. Ille nuper
ἔρωτα ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς θαλάμοις διαθερμαίνων, virtutis amorem in intimo mentis thalamo foverat,
μήπω δὲ εἰς πυρσὸν ἀναφθέντα ἔχων, πρόσεισι τῷ C nondum tamen in flammam accensum habebat :
κοινῷ τῆς σωτηρίας μυσταγωγῷ, καὶ προσπελάσας communem salutis mystagogum accedit, atque ad
τῷ στύλῳ, πρὶν ἤ τινα τοῦ στόματος προέσθαι φω- columnam propius accedens, priusquam ex ore ali-
νήν, Εὖγε ἥκεις, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ Θεοδόσιε, ἄνωθεν quam emitteret vocem, ita ab admirando Symeone
παρὰ τοῦ θαυμαστοῦ Συμεὼν ἀκούει. Καὶ ὁ μὲν compellatur : Bene venisti, vir Dei Theodosi. Tum
ἐπὶ τῇ τῆς οἰκείας κλήσεως προγνώσει καταπλαγείς, proprii nominis præcognitione stupefactus, quod
ὅτι μὴ πώποτε πρότερον εἰς γνῶσιν ἐλθὼν τῷ ἀν- cum nundum in viri notitiam venisset, quasi multo
δρὶ, ὁ δὲ ὥσπερ αὐτῷ πολὺν συγγενόμενος χρόνον tempore cum illo habitasset, ita proprio nomine ap-
οὕτως ὀνόματι παρ' αὐτοῦ ἐκαλεῖτο, προσήρειδε pellaretur : Itaque capite terræ admoto, benedictio-
τὴν κεφαλὴν τῷ ἐδάφει, καί τινα παρ αὐτοῦ εὐλο- nem sibi dari postulavit. Cujus petitioni non tan-
γίαν ἐξήτει. Καὶ ὃς οὐ τὴν αἴτησιν ἐξεπλήρου tum satisfecit Symeon, sed et ad se sursum ascen-
μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς αὐτὸν ἀναβαίνειν ἐπέτρεπεν. dere jussit, ad ascetica certamina ad se venientem
Ἀναβάντα τοίνυν τὸν Θεοδόσιον ἱκανῶς τε πρὸς τοὺς excitavit : et, Amice, inquit, Theodosi, cum gaudio
ἀσκητικοὺς ὑπαλείφει ἀγῶνας, καὶ, Ἰὼ φίλε, προστί- iter arripe; a Domino gressus tui dirigentur. Neque
θησι, Θεοδόσιε, τὴν ὁδὸν χαίρων πορεύου· παρὰ Κυ- vero huc usque stetit sermonem, sed et futura ita
ρίου γὰρ κατευθυνθήσεταί σου τὰ διαβήματα· εἶτα D prædixit, ut quod ad magnam virtutem perventurus
οὐ μέχρι τούτου τὸν λόγον ἵστησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ esset, multosque sæculari vanitate implicitos ad
μελλοντα αὐτῷ προσημαίνει, ὡς ἐπὶ μέγα τε ἀρετῆς monasticam vitam inducturus; denique quod ho-
ἥξοι, καὶ ὡς πολλοὺς τῶν τὴν κοσμικὴν ταύτην μα- minum gregi præficiendus; quod ad eximiam ma-
ταιότητα περικειμένων πρὸς τὸν μοναδικὸν μεταστή- gnitudinem virtutisque excelsitam perventurus;
σοι βίον, ὡς λογικοῦ τε ἀφηγήσοιτο ποιμνίου, καὶ quod plures suorum laborum imitatores effecturus,
ὡς εἰς μέγεθος ἐκεῖνο καὶ ἀρετῆς ὕψος προέλθοι, et Deo oblaturus esset. Hæc omnia admirabilis ille
καὶ ὡς πολλοὺς τῶν οἰκείων πόνων μιμητὰς ἀπερ- Symeon Theodosio prædixit, quæ num postea eve-
γάσοιτο, καὶ Θεῷ προσενέγκοι. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ nerint, qui illius Theodosii vitam legerit, sciet.
θαυμάσιος Συμεὼν τῷ μεγάλῳ προειρήκει Θεοδοσίῳ· τὰ δὲ εἰ καὶ χρόνῳ ὕστερον ἐξέβη, ὁ τῷ ἐκείνου Βίῳ
ἐντυχὼν εἴσεται.

(33) Multa perpessus ab adversariis Theodoretus, quæ recensentur a Baronio, tom. V et VI.

(34) XI Januar (*infra col.* 456) sancti Theodosii Cœnobiarchæ vitam dabimus, ubi hæc ipsa narrantur, dicunt urque accidisse sub finem vitæ Marciani imperatoris.

40. Prodeat in medium Daniel (35), qui idem cum Symeone suscepit certamen, ejusque propheticæ linguæ in se charismata patefaciat. Adhuc enim sub magistro et pastore asceticæ concertationis labores exercebat Daniel, et ingens eum desiderium invasit ascendendi columnam, et cum Symeone coram agendi. Aliquando igitur cum magistro suo ad Symeonem cum pervenisset, ambos maxime rogavit, hunc quidem, ut sibi columnæ ascensum permitteret; dein magistrum, ut sibi ascensum annueret. Utriusque fit compos voti, columnam enim libere ascendit. Quem dum Symeon convenienter venientem excipit, Confortare, ait, et virum te præbe, fili Daniel: multi enim tibi ob communem Dominum labores perferendi sunt. Verum gaude; ejus enim gratia roboratus, communi hoste superato, frueris tandem ea, quæ ita fortiter dimicantes manet, beatitudine. Simulque manu capiti Danieli imposita, precibus a se jam dicta consignavit.

41. Hæc ita dicta, opere deinde fidem fecerunt. Symeon enim Danielem a se gratia et benedictione repletum dimisit, et magis eum posthac in visceribus habuit, magnoque ejus non tantum præsentis adhuc amore, sed post discessum etiam absentis desiderio exarsit. Cum aliquando e Mesopotamia Hierosolymam (36), loca sancta adorandi gratia, Daniel proficisceretur, inde autem eremum petere cuperet; ecce Symeon, assumpto viatoris habitu, præsens, ab eo itinere, quod jam fere iniverat, detinuit, cum ob multas rationes, tum potissimum ne cum Samaritanorum (37) pravitate quidquam commune haberet: nam ingens tunc et ferox seditio inter eos excitata viam Hierosolymorum malefactoribus infestam fecerat, qui passim transeuntibus deprædationem et cædem minitabantur. Contra vero Danieli, ut Byzantium versus iter capessat, persuadet, ubi nihil quod ad salutem animæ pertineat ei defuturum. Erat autem circa vesperam, cum sanctus Symeon, viatoris persona assumpta, hæc Danieli præcepit. Qui cum ad hospitium diverteret, et itineris comitem ad quietem una expectaret, is nusquam comparuit. Verum Danieli sumpta cœna somnum capienti, iterum Symeon apparuit, ac eadem, quæ prius, præcepit: hic vero animo vigili, somno ab oculis excusso, mandata exsecutus est. Symeon multo post relicto corpusculo et columna, ad immortalinm ac beatarum mentium sedes translatus, Danieli rursum secundum quietem astare visus est, eumque ad columnarem vitam evocatum, columnam quoque ascendere præcepit. His visis e lectulo consurgens, statim ut visio ipsi declarabat, sic ascendere in columnam con-

μ'. Ἀλλὰ παρίτω τῷ λόγῳ καὶ Δανιὴλ ὁ τὸν αὐτὸν τῷ Συμεὼν διαδεξάμενος ἆθλον, καὶ δεικνύτω τῆς προφητικῆς ἐκείνης γλώττης ἐν ἑαυτῷ τὰ χαρίσματα. Ὑπὸ καθηγητῇ μὲν γὰρ ἔτι καὶ ποιμένι τοὺς ἀσκητικοὺς ὁ Δανιὴλ ἐγυμνάζετο πόνους, καὶ ἔρως αὐτὸν εἰσέδυ σφοδρὸς ἐπὶ τὸν στύλον τε πρὸς τὸν Συμεὼν ἀναβῆναι, καὶ ἀπολαῦσαι τῆς τοῦ ἀνδρὸς ὁμιλίας· Ποτὲ τοίνυν σὺν τῷ οἰκείῳ ποιμένι πρὸς αὐτὸν παραγεγονὼς, ἐδέττο ἀμφοῖν ὡς μάλιστα, τοῦ μὲν ὥστε τὴν εἰς αὐτὸν ἄνοδον ἐπιτρέψαι, τοῦ δὲ ποιμένος, ὥστε συλλαβέσθαι αὐτῷ τῆς ἀναβάσεως τῆς ἐπὶ τὸν στύλον, Τυγχάνει οὖν τῆς σπουδῆς, καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τὸν στύλον ἄνεισι. Ἀξιωσάμενος δὲ αὐτὸν ὁ θεῖος Συμεὼν τὰ εἰκότα, Ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, τέκνον Δανιὴλ, ἔφη· πολλοὺς γὰρ διὰ τὸν κοινὸν Δεσπότην ὑποστήσῃ καμάτους. Πλὴν ἀλλὰ χαῖρε· τῇ γὰρ αὐτοῦ χάριτι τοῦ κοινοῦ πολεμίου κρατήσας ἀπολαύσεις τῆς τοὺς οὕτως ἀθλοῦντας περιμενούσης μακαριότητος. Καὶ τὴν χεῖρα τῇ τοῦ Δανιὴλ κεφαλῇ ἐπιθεὶς, εὐχαῖς τὰ εἰρημένα ἐπεσφραγίσατο.

μα'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ οὕτω λεχθέντα ἔργοις τὴν πίστιν ὕστερον εἴληφεν. Εὐλογίας γαρ τότε ὁ Συμεὼν πλήρη καὶ χάριτος τὸν Δανιὴλ ἀποπέμψας, ἔτι μᾶλλον αὐτὸν ἐπὶ τῶν σπλάγχνων εἶχε, καὶ σφόδρα τούτου περιεκαίετο, οὐ περιὼν ἔτι μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν. Ποτὲ τοίνυν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τὸν Δανιὴλ ἐκ Μεσοποταμίας ἀπαίροντα, ἐφ' ᾧ τοὺς ἱεροὺς μὲν ἐν αὐτοῖς προσκυνῆσαι τόπους, τὴν ἔρημον δὲ ἐκεῖθεν καταλαβεῖν, ὑποκριναμενος τὸν συνοδοιπόρον ὁ Συμεὼν, ἐπέσχεν αὐτὸν ἤδη ἀψάμενον ὁδοῦ, πολλῶν τε ἄλλων ἕνεκεν, καὶ ὅπως μὴ τῶν κακῶν κοινωνήσοι τοῖς Σαμαρείταις. Καὶ γὰρ στάσις μεγάλη τότε παρ' αὐτῶν καὶ βάρβαρος ἀναῤῥιπισθεῖσα, κακούργων τε τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἐμπεπλήκει ὁδὸν, καὶ λῃστείας καὶ φόνους τοῖς παριοῦσιν ἐπῆγε. Τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ τραπέσθαι τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον τὸν Δανιὴλ ἀναπείθει, οὗ δὴ παραγεγονότα μηδενος τῶν ὅσα τὴν τῆς ψυχῆς προξενεῖ σωτηρίαν διαμαρτεῖν. Ἦν πρὸς ἑσπέραν ἤδη ὅτε ὁ θεῖος Συμεὼν τὸν συνοδοιπόρον προσποιηθεὶς ἐπέσκηπτε ταῦτα τῳ Δανιήλ. Καταλύσαντι δὲ τούτῳ εὐθὺς καὶ ἀναπαύσασθαι προσδοκήσαντι ὁ συνοδοιπόρος ἦν οὐδαμοῦ. Ὕπνου τοιγαροῦν μετὰ τροφὴν τῷ Δανιὴλ μετασχόντι ὄναρ ὁ Συμεὼν καὶ πάλιν ἐφίσταται, καὶ πάλιν τὰ αὐτὰ ἐπέσκηπτε· ὁ δὲ νηφούσῃ τῇ ψυχῇ τὸν ὕπνον αὐτίκα τῶν ὀφθαλμῶν ἀποτιναξάμενος, εἰς ἔργον πάντα ἐπέραινε, Χρόνῳ τε πολλῷ τοῦ Συμεὼν ὕστερον τὸ σῶμα καὶ τὸν στύλον ἀπολιπόντος, καὶ πρὸς τὰς ἀκηράτους ἐκείνας καὶ θείας μεταβάντος διατριβὰς, γίνεται τῷ Δανιὴλ ὄναρ τοιόνδε. Ἐδόκει τὸν Συμεὼν μεταστάντα ἐπὶ τὸν στυλίτην βίον τοῦτον καλεῖν καὶ ἀναβιβάζειν ἐπὶ τὸν κίονα. Ταῦτα εἶδε, καὶ ἀνα-

(35) Hæc ipsa fusius narrantur XI Decemb. in S. Danielis Stylitæ Vita, et alia, quæ inferius referemus, de S. Symeonis reliquiis.

(36) Paulo aliter in Vita sancti Danielis: dicitur enim, cum e monasterio suo venisset ad mandram sancti Symeonis, inde abiisse Hierosolymam versus.

(37) De Samaritanorum flagitiis fusius agemus in Symeonis Stylitæ junioris Vita 24 Maii. Sed quod Baronius ad an. 452, n. 27, ait prohibitum esse Danielem proficisci Hierosolymam ob tumultum ab Eutychianis monachis excitatum contra Juvenalem episcopum Hierosolymitanum, id in Danielis Vita non dicitur, licet eam citet.

στὰς εὐθὺς, ὡς ἡ ὄψις αὐτῷ ἐδήλου, οὕτω τὴν ἄνοδον διετίθετο τὴν ἐπὶ τὸν στύλον, πολιτείαν δὲ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ μετῄει, καὶ ἄλλος ἦν Ἐλισσαῖος τὸν Ἠλίαν μιμούμενος. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἔσχεν.

A stituit, eamdemque vitæ rationem, quam Symeon prius servaverat, inivit, visus novus Elisæus qui Eliæ sibi exemplum proposuit. Et hæc quidem hactenus.

μβ'. Ὁ μέντοι Περσῶν βασιλεὺς μηδενὸς ἡττᾶσθαι φιλοτιμούμενος, ἑνὸς τούτου μόνου τῆς τοῦ ἀνδρὸς φήμης δεύτερος πολλῷ γίνεται· καὶ τῶν πρὸς αὐτὸν φοιτώντων ἐπιμελῶς ἐπυνθάνετο τίς τε εἴη τοῦ ἀνδρὸς ὁ βίος, καὶ ὁποῖα τὰ θαύματα· καὶ ἦν αὐτῷ τῶν δημοσίων φροντίδων οὐκ ἐλάττων ἡ περὶ τοῦ Συμεὼν μνήμη, καὶ τὰ τοῦ ἀνδρὸς διηγήματα· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον οὕτω κατ' ἄκρας εἶλεν ἡ φήμη, ἀλλὰ καὶ ἡ τούτου σύζυγος ἐπὶ τοῖς παραδόξοις θαύμασι τῷ ἀνδρὶ συνεκπληττομένη, ἔλαιόν τε ᾔτησε παρ' ἐκείνου εὐλογηθὲν, καὶ ὡς ἥδιστα ἐκομίσατο· δι' οὗ πολλὰ οὐ τῶν οἰκείων μόνον παθῶν οἴδεν ἰασαμένη, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς τῶν τοῦ γένους αὐτῇ κοινωνούντων, ὅσοις τι δεινὸν ἠνώχλει, μεταδοῦσα τῆς θεραπείας. Καὶ οἱ περὶ βασιλέα δὲ πάντες ὑπὸ τῆς αὐτῆς χειρούμενοι φήμης, καὶ ἀκριβῶς τὰ κατὰ τον Συμεὼν διδασκόμενοι, θεῖον ἄνδρα τοῦτον ὠνόμαζον.

B

42. Persarum rex hactenus a nemine se vinci passus (38), solius hujus viri fama audita superatus est : ita diligenter omnes qui Symeonem frequentabant de eo percunctatus est, et quænam viri vita, qualia miracula: eratque publicis curis non inferior Symeonis memoria; neque vero viri tantum gesta, sed et fama ipsa percellebat. Verum et uxor ejus admirandis Symeonis miraculis simul cum conjuge obstupefacta, oleum benedictum ab illo sibi mitti postulavit, et libentissime accepit : quo non solum proprios morbos curavit, sed et multis e consanguineis, quocunque malo premerentur, medelam adhibuit. At vero regis ipsius subditi omnes fama viri capti, accurate rebus ejus gestis cognitis, divinum virum passim appellabant Symeonem.

μγ', Ἡ δὲ τῶν Ἰσμαηλιτῶν βασίλισσα στεῖρα οὖσα, καὶ τῇ τῆς ἀπαιδίας ὀδύνῃ σφόδρα δακνομένη, καὶ μηδενὸς αἴσθησιν τῶν ἡδέων λαμβάνουσα, πρώτα μέν τινας τῶν ἀξιολογωτάτων ἀποστείλασα, γενέσθαι μήτηρ ἱκέτευεν. Ἐπειδὴ δὲ ἔτυχε τῆς αἰτήσεως, ἀπολυθεῖσα τῆς ἀθυμίας, καὶ τὴν ψυχὴν γαλήνης ὥσπερ καὶ ἡδονῆς πληρωθεῖσα, τὸν γεννηθέντα λαβοῦσα βασιλέα, πρὸς τὸν θεῖον ἦγαγε Συμεών· καὶ ἐπεὶ οὐκ εἰσιτητὸς ἦν γυναιξὶν ὁ περίβολος, πέμψασα πρὸς αὐτὸν τὸ βρέφος, τῆς παρ' αὐτοῦ τυχεῖν εὐλογίας ἠξίου. Σὸν, γὰρ, ἔφη, τόδε τὸ δρᾶμα· ἐγὼ μὲν γὰρ μετὰ δακρύων τὸ τῆς εὐχῆς προσενήνοχα σπέρμα· σὺ δὲ τὸ σπέρμα πεποίηκας δράγμα· τῆς θείας χάριτος διὰ προσευχῶν ἑλκύσας τὸν ὑετόν. Κἀκείνη μὲν ὧν ἐπόθει τυχοῦσα, ἐπανῆκε πρὸς τὴν οἰκίαν· ἡμεῖς δὲ μέχρι τίνος φιλονεικοῦμεν τὰ καὶ πάσης ἀνθρωπίνης ἐννοίας κρείττω διηγήσει περιλαβεῖν ;

C

43. Regina Ismaelitarum sterilis cum esset, ac liberorum carentiam amaro animo ferret, nec ullam e rebus creatis voluptatem hauriret, primo quidem viros quosdam illustres submisit, qui ut prolem concipere et parere posset supplicabant; postquam vero compos voti facta est, soluta omni mœstitia, et animæ tranquillitate, sicut et voluptate repleta, natum regem accipiens, ad sanctum Symeonem accurrit; et cum septum ejus mulieribus inaccessum esset, misso ad ipsum filio, ejus benedictione impertiri rogabat : Tuus, ait, ille est manipulus; ego enim cum lacrymis et precibus semen conjeci; tu manipulum divinæ gratiæ effecisti, precibus desuper pluviam elicens. Mulier itaque, quæ magno desiderio quæsiverat consecuta, domum suam læta redivit. Nos vero quousque pergemus res omni humano ingenio sublimiores oratione prosequi ?

CAPUT XII.

Quotidianæ ejus exercitationes ; præcepta variis data.

μδ'. Ἐστήκει γὰρ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ὑπὸ πάντων ὁρώμενος. καὶ τὰς θύρας ἀφελὼν, καὶ τοῦ περιβόλου μέρος οὐκ ἐλάχιστον καταλύσας, προὔκειτο πᾶσι θέαμα, θαύματος λόγον ἅπαντα ὑπερβαῖνον, νῦν μὲν ἑστὼς μέχρι πολλοῦ, νῦν δὲ πύκνα κατακαμπτόμενος, καὶ Θεῷ προσφέρων προσκυνήσιν. Πολλοὶ δὲ καὶ ἀριθμῆσαι τὰς προσκυνήσεις ἐπεχείρησαν ταύτας· ἅπαξ δέ τις τῶν παρὰ τῷ φιλαρέτῳ Θεοδωρήτῳ χιλίας καὶ διακοσίας ἐπὶ τεσσαράκοντα καὶ τέσσαρι ἀριθμήσας, εἶτα ὀκλά-

D

44. Stabat ille noctes et dies omnibus conspicuus (39), et ostio aperto, ac septi parte non minima dissoluta, omnibus propositus erat velut spectaculum omnem admirationem superans, nunc multo tempore stando, nunc frequenter corpus inflectendo, Deoque adorationem offerendo. Multi vero adorationes illas numerare, conati sunt : semel autem quidam apud virtutis amantem Theodoretum se mille ducentas et quadraginta quatuor adorationes enumerasse retulit. Flectendo frontem semper pedum

(38) Hæc paulo aliter narrat Theodoretus, atque unde sibi cognita sint ostendit, ita scribens : « Ejus quoque fuit magna fama apud regem Persarum : ut enim narrarunt legati qui ad ipsum venerunt, diligenter sciscitabatur quænam esset ejus vita, et quænam miracula. Dicunt autem ejus quoque conjugem, et petiisse oleum dignatum ejus benedictione, et tanquam donum maximum accepisse. Quin etiam omnes regis asseclæ et a fama commoti, et multas in eum a magis adornatas accipientes calumnias, diligenter rogabant ; et cum intellexissent, virum divinum nominabant. Cætera vero turba, et ad mulieres accedentes et ad famulos et milites, et pecuniam offerebant, et rogabant ut essent participes olei benedictionis. »

(39) Habet hæc Theodoretus.

digitis applicabat ; facile enim venter ob alimenti defectum dorsum inflecti permittebat (40).

45. Porro ex illa perpetua et supra naturam admirabili statione effectum, ut in altero pede ingens ulcus contraxerit, e quo plurima sanies defluebat. Verum nihil horum ejus philosophiam repressit ; omnia enim generose pertulit, labores animi promptitudine vincens. Ulcus vero istud cuidam aliquando ostendere coactus est. Erat enim vir quidam dignitate diaconus, virtutis studiosus : is Symeonis fama excitus, venit Ravenna (11), et collis illius vertice conscenso. Dic mihi, ait, per ipsam veritatem, an tu homo es, an vero alia quædam natura corporis expers, et humanam effigiem ementita. Hanc interrogationem cum astantes moleste ferrent, divinus Symeon tumultum sedavit, et ad illum conversus, Quid, inquit, me tu hoc rogas ? Subnectit alter : Quia, quoscunque de te audio sermonem facientes, nec cibum sumere, nec somnum capere te affirmant ; utrumque vero homini proprium : neque enim quispiam hanc habens naturam sine somno aut nutrimento vivit. Ad hæc Symeon scalas columnæ adhiberi jubet, et ad se ut ascendat monet : quo cum pervenit, primo quidem manus cognoscere præcepit, deinde intra vestem pelliceam (42) manum injicere, neque solum pedes videre, sed et gravissimum illud ulcus aspicere. Vix visa ulceris scaturientis magnitudine, e columna descendit, et ad Theodoretum, de quo prius sermo incidit, profectus, omnia accurate narravit. Inde in patriam revertitur præco disertissimus omnem naturam excedentium viri hujus certaminum.

46. Aliis enim certatoribus dierum circumvolutiones grata quadam remissione labores excipiunt; huic vero continuæ illius pœnitentiæ quies, erat laborum mutatio. Sol jam occubuerat (43), ille ad intelligibilem e inoccidiuum Solem manus tum extendens, noctes integras stabat, neque somno delinitus, neque ignavia victus, donec ille iterum ad orientis horizon'em reverteretur, et noctis tristitiam diei amœnitate terminaret. His deinde certaminibus exercitia alia, aliæ praxes, aliarum denique precum modi multo difficiliores succedebant.

47. Ita ille in tantis molestiis, tanta rerum præclare gestarum mole, tanta miraculorum multitudine, virtutis culmine ascenso, multis spatiis omnes mortales longe supergressus, ita erat animi sensu

σας ἀφῆκε τὴν ψῆφον, κατακύπτων δὲ τὸ μέτωπον ἀεὶ τοῖς τῶν ποδῶν δακτύλοις προσήρειδε· διὰ γὰρ τὴν τῆς τροφῆς ἔνδειαν ἡ γαστὴρ εὐπετῶς ἐπικύπτεσθαι τῷ νώτῳ παρεῖχεν.

με'. Ἀπὸ μέντοιγε τῆς ὑπερφυοῦς ἐκείνης στάσεως χρόνιον ἕλκος θατέρῳ ποδὶ ἐγγενομένον πλεῖστον ἐκεῖθεν ἰχῶρα ἐξέκρινεν. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἤλεγχεν αὐτοῦ τὴν φιλοσοφίαν· ἔφερε δὲ πάντα γενναίως, τῇ προθυμίᾳ τῶν πόνων περιγινόμενος. Τοῦτο δὲ τὸ ἕλκος καὶ ὑποδεῖξαί τινί ποτε ἠναγκάσθη. Ἀνὴρ γάρ τις τὸν βαθμὸν διάκονος, τὸν τρόπον φιλάρετος, τῇ περὶ τὸν Συμεὼν φήμῃ κεκινημένος, ἀφίκετό ποτε ἀπὸ Ῥαβέννης, καὶ τὴν κορυφὴν ἐκείνην καταλαβών· Εἰπέ μοι, ἔφη, πρὸς τῆς ἀληθείας, αὐτὸς ἆρά γε ἄνθρωπος εἶ, ἤ τις ἑτέρα φύσις ἀσώματος, τὴν ἀνθρωπίνην ὑποκρινομένη διάπλασιν ; Δυσχεραινάντων δὲ πρὸς τὴν ἐρώτησιν τῶν παρόντων, τὸν θόρυβον αὐτοῖς ὁ θεῖος Συμεὼν καταστείλας, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐπιστρέψας, Τί ποτε, φησί, τοῦτο με ἤρου; Τοῦ δὲ εἰρηκότος, ὅτι Πάντων ἀκούω θρυλούντων, ὡς οὔτε ἐσθίεις, οὔτε καθεύδεις· ἑκάτερον δὲ ἀνθρώπῳ ἴδιον· οὐ γὰρ ἄν τις ταύτην ἔχων τὴν φύσιν τροφῆς δίχα καὶ ὕπνου βιώη· ἐπιτεθῆναι προστάττει τῷ κίονι κλίμακα, κἀκεῖνον ὡς αὐτὸν ἀναβῆναι· ἐπεὶ δὲ ἤδη ἀνέλθοι, πρῶτα μὲν καταμαθεῖν τὰς χεῖρας ἐπετρέπετο· εἶτα εἴσω τοῦ δερματίνου περιβολαίου τὴν χεῖρα βαλεῖν, καὶ ἰδεῖν μὴ τοὺς πόδας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ χαλεπώτατον ἕλκος ἐκεῖνο. Ἰδὼν δὲ τὴν τοῦ ἕλκους ὑπερβολήν, τοῦ στύλου τε κατελήλυθει, καὶ πρὸς ὃν ὁ λόγος ἐφθάσας ἐδήλωσε Θεοδώρητον ἀφικόμενος, πάντα διηγεῖται σὺν ἀκριβείᾳ. Ἐκειθέν τε πρὸς τὴν πατρίδα ἐπάνεισι, κήρυξ τῶν ὑπερφυῶν τοῦ ἀνδρὸς ἄθλων λαμπρότατος.

μς'. Τοῖς μὲν ἄλλοις τῶν καλῶν ἀγωνισταῖς περίοδοί τινες ἡμερῶν καὶ προθεσμίαι ἀνέσεσι δεξιοῦνται τοὺς πόνους· τῷ δὲ τῆς συνεχοῦς ἐκείνης καρτερίας ἀνάπαυσις ἦν ἡ πρὸς ἑτέρους τῶν πόνων μεταβολή. Ἔδυε μὲν γὰρ ὁ ἥλιος, ὁ δὲ πρὸς τὸν νοητὸν καὶ ἄδυτον Ἥλιον τὰς χεῖρας ἀνέχων παννύχιον ἕστηκε, οὔτε ὕπνῳ θελγόμενος, οὔτε ὄκνῳ νικώμενος, ἕως ἂν οὗτος εἰς τὸν ἑῷον αὖθις ὁρίζοντα γένοιτο, καὶ τὸ τῆς νυκτὸς σκυθρωπὸν τῷ τῆς ἡμέρας διαλύσειε μειδιάματι. Εἶτα τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἕτεραι πάλιν ἀσκήσεις, καὶ πράξεις ἕτεραι, καὶ προσευχῶν ἄλλων τρόποι πολλῷ βαρύτεροι διεδέχοντο.

μζ'. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐν τοσούτοις πόνοις καὶ κατορθωμάτων ὄγκῳ καὶ πλήθει θαυμάτων τὴν τῶν ἀρετῶν κορυφὴν ὑπερανεβεβήκως, καὶ πολλῷ τῷ μέσῳ πάντας ἀνθρώπους παρενεγκών, οὕτως ἦν τὸ

(40) Paullo aliter Theodoretus : « Nam cum venter semel in hebdomada alimentum accipiat, idque exiguum, quantum est divinorum sacramentorum participatio, dorso concedit ut facile inflectatur. » Unde colligitur, eum singulis hebdomadis solitum Christi corpus percipere. Nam si de alio cibo ageret Theodoretus, secum ipse pugnaret, qui ante scripserit, eum quadragesimo solum die cibo reflci consuevisse. Haræus certe sibi contradicit, dum primo nonnisi quadragesimo die, postea semel in hebdomada cibum sumere solitum scribit. Idem habet Alphonsus Villegas.

(41) Theodoretus Herveti, *ab Arabena;* Longi, a *Rhamene.*

(42) Villegas et Ribad. *cilicinam.*

(43) Theodoretus hæc eum festis factitare solitum scribit.

φρόνημα μέτριος καὶ γλυκὺς καὶ ἐπίχαρις, καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν διαλεγομένων ἀποκρινόμενος, εἴτε χειροτέχνης, εἴτε προσαίτης, εἴτε τις ἄγροικος αὐτῷ προσίοι, ὥσπερ πολλῷ πάντων κατά γε τὴν τῆς ἀρετῆς ἀσίαν λειπόμενος, ἐπὶ μέντοι τοῖς ἄλλοις καὶ λόγων χάρις πνευματικῶν τοῖς χείλεσιν ἐπήνθει, καὶ πειθώ τις ἐπεκάθητο θεία, ὡς δὶς μὲν ἑκάστης ἡμέρας ποιεῖσθαι τὰς παραινέσεις πολὺ τὸ χάριεν μετὰ τοῦ ὠφελεῖν ἐχούσας, καὶ ἀνανεύειν εἰς οὐρανοὺς, καὶ πέτεσθαι τῷ τῆς ἀρετῆς πτερῷ παρεγγυᾷν, τῆς γῆς τε ἀπαλλάττεσθαι καὶ τὴν προσδοκωμένην φαντάζεσθαι βασιλείαν, καὶ τῆς γεέννης δεδιέναι τὴν ἀπειλὴν, καὶ καταφρονεῖν τῶν γηΐνων, καὶ προσμένειν τὰ μέλλοντα.

μη'. Ἦν δὲ αὐτὸν ἰδεῖν καὶ δικάζοντα· ταύτῃ τοι καὶ πολλοὶ πολλοῖς πρότερον κακοῖς τὸν βίον ὑβρίζοντες, δικαιοσύνης μετὰ τὴν ἐκείνου κρίσιν ὤφθησαν ἐρασταὶ, καὶ ὥπερ ἂν ἡ ἐκείνου ψῆφος τὸ ἧττον ἀπένεμεν, οὐδὲν ἔλαττον οὗτος τοῦ νενικηκότος χαίρων ἀπήει. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα ἔργον αὐτῷ μετὰ τὴν ἐννάτην ἦσαν ὥραν· τὴν γὰρ νύκτα πᾶσαν καὶ τὸ μέχρις ἐννάτης τῆς ἡμέρας διαστημα προσευχόμενος διετέλει· μετὰ δὲ τὴν ἐννάτην πρῶτα μὲν τὴν θείαν διδασκαλίαν τοῖς παροῦσι προσῆγε, καὶ εἶτα πρὸς τὴν ἑκάστου αἴτησιν τὰς ἰάσεις ἐπιμετρήσας, εὐθετάν τε τὴν κρίσιν ἐξῆγε, καὶ τοῖς ἀμφισβητοῦσι τὰς στάσεις διέλυε· περὶ δὲ ἡλίου δύσιν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν λοιπὸν ἤρχετο διαλέξεως.

μθ'. Ἀλλ' ἐν τούτοις ὢν καὶ οὕτω πολλοῖς μεριζόμενος, οὐδὲ τῆς τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν ἠμέλει φροντίδος, νῦν μὲν Ἑλληνικῇ δυσσεβείᾳ μαχόμενος, νῦν δὲ τὴν τῶν Ἰουδαίων καταλύων θρασύτητα, ἄλλοτε δὲ τὰς τῶν αἱρετικῶν σκεδαννὺς συμμορίας· καὶ τοῦτο μὲν βασιλεῖ περὶ αὐτῶν ἐπιστέλλων, τοῦτο δὲ τοὺς ἄρχοντας εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ ζῆλον διανιστῶν, ἔστι δὲ ὅτε καὶ αὐτοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν τοῖς ποιμέσι πλείονα ποιεῖσθαι παρεγγυῶν τῶν ποιμνίων τὴν ἐπιμέλειαν· ἄξιον δέ τινος καὶ τῶν ἐπιμέρους μνησθῆναι.

ν'. Θεοδόσιος ὁ Νέος εἰς ὃν καταδιαδοχὴν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα μετέπεσε (νέος τε γὰρ ἦρξε, καὶ τῇ πρὸς τὸν πάππον ἀντιδιαστολῇ Νέος ἐκαλεῖτο), οὗτος οὖν ὁ χρηστὸς Θεοδόσιος μοχθηρίᾳ τινῶν χρήμασιν, οἵ μοι, τὴν εὐσέβειαν προϊεμένων ἀναπεισθεὶς ἐφῆκε τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν Ἰουδαίοις τὰς προτέρας συναγωγάς. Τοῦτο μαθὼν ὁ πολὺς τὰ θεῖα καὶ θερμὸς τὴν εὐσέβειαν Συμεὼν ἀνοσιότητά τε αὐτοῦ τῆς πράξεως καταγινώσκει, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας ἐπιτιμᾷ. Ὁ δὲ αὐτίκα παλινῳδίαν τε ᾖσε, καὶ τὰς οἰκείας ἀνεκαλέσατο διατάξεις, καὶ οὐ τοὺς Ἰουδαίους μόνον ταύτας ἀφεῖλετο, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ὕπαρχον (οὗτος γὰρ αὐτῷ τοὺς πονηροὺς ἐκείνους ὑποβεβλήκει λογισμοὺς) τῶν δημοσίων τε φροντίδων

moderatus, ita suavis et gratus, ita singulis accedentibus responsa dabat, sive opifices essent, sive agrestes qui illum accederent, ac si cæteris omnibus virtutis dignitate longe inferior esset. Porro præter alia sermonum quoque spiritualium venustas in ejus labris efflorescebat, et divina quædam suadela, ut bis quotidie adhortationes faceret, gratia quadam singulari conditas, plurimumque afferentes utilitatis : et ut in cœlum suspicerent, atque alis virtutum sursum evolarent cohortabatur ; et terra relicta præparatum cœli regnum contemplari jubebat; alias iterum gehennæ minas metuere, terrena contemnere, futura denique exspectare.

48. Erat etiam ipsum videre judicantem : nam multi, qui prius variis probris vitam suam infamaverant, post ejus judicium insignes justitiæ cultores effecti sunt : et quem ejus calculus victum declarabat, ille nihilominus victore lætus recedebat. Sed hæc quidem et similia post horam nonam exercebat, nam noctem omnem et diurnum spatium usque in horam nonam precando transigebat. Post nonam horam primo quidem doctrinam sacram præsentibus explicabat; deinde singulorum postulatis medelam adhibebat (44), et rectum judicium ferebat, dubitantibus ac inter se dissidentibus controversias dissolvebat. Circa solis occasum iterum cum Deo colloquium inibat.

49. Atque in his cum esset, atque ita in multa divisus, neque ecclesiarum curam negligebat, nunc gentilium impietatem oppugnando, nunc Judæorum dissolvendo audaciam, alias denique hæreticorum societatem dissipando ; tum regem de hujusmodi negotiis per internuntios admonens, tum principum animos in Dei amorem excitando, et Ecclesiarum pastoribus majorem gregum curam commendando. Dignum autem est de aliquo in particulari meminisse.

50. Theodosius Junior (45), ad quem Romana sceptra per successionem devoluta erant (juvenis enim imperavit, ac proinde ad avi discrimen Junior appellatus est): pius igitur ille Theodosius quorumdam improbitate, qui pecuniis (eheu !) pietatem prodebant, inductus, in urbe Antiochia Judæis, uti prius, synagogas concessit. Hoc cognito rerum divinarum et pietatis fervidus admodum zelator Symeon, rei impietatem vehementer arguit, et maxima libertate reprehendit. Hic statim sententiam mutat, et proprias constitutiones revocat, easque non tantum Judæis sustulit, sed et ipsum prætorem (hic enim ipsi malignas illas inventiones suggesserat) a cura publica removit, et in tantum periculum con-

(44) Clarius Theodoretus, « cum aliquas fecerit curationes. »

(45) Idem narrant Evagrius lib. I, cap. 13 ; Nicephorus lib. XIV, cap. 51, Baronius tom. V, ann. 432, n. 51. At n. 49 recitat (quod huc quoque pertinet) ejusdem Theodosii litteras, quibus Symeonem rogat, ut ad pacem Ecclesiarum sarciendam allaboret, ac præcipue ut Joannem Antiochenum patriarcham a Nestorii defendendo dogmate revocet.

jecit, ut de sua vita et incolumitate timeret, ne una cum prætura ea illi eriperetur. Hæc Theodosius adhuc juvenis præstitit : deinde epistolam ad Symeonem orbis terrarum miraculum destinavit veniamque delicti sui, quod aliorum culpa commiserat, supplex rogavit (46).

A μετακινεῖ, καὶ εἰς τοῦτο κινδύνου ἐμβάλλει, ὥστε καὶ ὑπὲρ αὐτῆς δεδοικέναι τῆς ζωῆς καὶ τρέμειν μὴ μετὰ τῆς ἀρχῆς καὶ αὐτὴν προσαφαιρεθείη. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ὁ νεάζων τὴν σύνεσιν Θεοδόσιος· γράφει δὲ καὶ πρὸς τὸ τῆς οἰκουμένης θαῦμα τὸν Συμεών, συγγνώμην αἰτῶν ἐφ' οἷς παρὰ τὴν ἑτέρων αἰτίαν ἡμάρτηκε.

CAPUT XIII.

Mutis vox reddita. Publica calamitas depulsa.

51. Et hæc quidem res talis fuit: illa autem quomodo non explicanda? Viatores nonnulli a via sua deflectentes, in campo non multum remoto, sed eo fere spatio, ad quod oculus aspectu res distinguere potest, ingentem cervum pascentem contuentur : illi feræ amore detenti, cum ad manum non haberent quo cervum ex tempore venari possent, novo retis genere, nempe Symeonis nomine invocato usi, statim feram quasi pedicis quibusdam vinctam capiunt, mactant, et cænam parant, utroque simul, et animalis venatione, et convivio recreati. Verum gaudium istud non multo post dolor superveniens excipit : nam et sermo illis quasi extinctus, et vox subito, cujus ope cervum ceperant, intercepta est. Itaque sese undequaque discutientes, cum hujus rei causam ne conjectura quidem assequi possent, nutibus se invicem interrogant, et quam ob causam vox illos deficeret, inquirebant. Tandem rationem subodorati sunt, et ob malitiam suam se in hanc calamitatem incidisse cognoverunt : divinus enim Symeon, qua erat clementia, benigne illis cervum elargitus est ; illi vero crudeliter nimis dono usi, et feram propriis manibus immisericorditer mactare aggressi sunt. Igitur ad Symeonem iterum magno cum dolore et planctu confugiunt, cervinam pellem, quam tunc manu gestabant, suæ inhumanitatis ac feritatis argumentum proferunt, quorum pœnitudinem et confessionem miseratus, loquendi facultate restituta, gratos æque ob beneficium acceptum et gaudentes a se dimisit.

B C

να'. Καὶ τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον· ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐ διηγητέον ; Ὁδοιπόροι ποτέ τινες τὴν ἑαυτῶν παριόντες, ὁρῶσιν ἐπί τινος πεδιάδος οὐ πόρρω διακειμένης, ἢ ὅσον ὀφθαλμοῖς δυνατὸν τοῦ ὁρωμένου στοχάσασθαι, νεμομένην ἔλαφον εὐμεγέθη. Ἔρωτι οὖν τῆς θήρας ληφθέντες, ἐπειδὴ οὐκ εἶχον ὅπως τὴν ἔλαφον ἐκπεδὸς μεταδιώξαντες ἕλωσι, καινὸν τοῦτο θήρατρον αὐτῇ τὸ τοῦ Συμεὼν ἐπάγουσιν ὄνομα, καὶ τούτου μνησθέντες αἱροῦσί τε αὐτὴν παραχρῆμα, ὥσπερ τινὶ προκατειλημμένην πέδῃ, καὶ καταθύσαντες δεῖπνον τίθενται, ἀμφοτὲρ δὴ τούτοιν, τῇ τε θήρᾳ καὶ τῇ ἐκεῖθεν εὐωχίᾳ ἡδόμενοι. Ἀλλ' εἰς ὀδύνην αὐτοῖς τὰ τῆς ἡδονῆς οὐκ εἰς μακρὰν μετεβάλλετο, καὶ τὸ φθέγμα τούτοις ἐσβέννυτο, καὶ αὐτὴ ἐπέλιπεν ἡ φωνὴ δι' ἧς καὶ τὴν ἔλαφον εἷλον. Σκοπούμενοι τοίνυν ἐφ' ἑαυτῶν καὶ συμβάλλειν αὐτῶν ἕκαστος τὴν αἰτίαν οὐκ ἔχων, νεύμασιν ἀλλήλους ἠρώτων, ἥτις ποτὲ αὕτη εἴη καὶ ὅθεν αὐτοὺς ἡ φωνὴ ἐπιλίποι. Ὀψὲ γοῦν τὸ πρᾶγμα αἰσθόμενοι καὶ γνόντες ὡς παρὰ τὴν ἑαυτῶν κακίαν τῇ συμφορᾷ περιπέσοιεν ταύτῃ (ὁ μὲν γὰρ θεῖος αὐτοῖς Συμεὼν φιλανθρώπως ἔδωκεν, οἱ δὲ ὠμῶς τῷ δώρῳ ἐχρήσαντο, καὶ τὴν ἔλαφον ταῖς οἰκείαις σφάξαι χερσὶν ἀνηλεῶς κατέδέξαντο), ἐπὶ τὸν μέγαν τοῦτον καταγεύγουσι Συμεών, κοπτόμενοί τε καὶ ἀλγοῦντες, καὶ τὴν τῆς ἐλάφου δορὰν τῆς οἰκείας ὠμότητος καὶ τῆς ἀπανθρωπίας ἔλεγχον προβαλλόμενοι· ἔτι γὰρ αὐτὴν ἐπὶ τῶν χειρῶν ἔφερον. Ὁ δὲ τῆς μετανοίας τούτους καὶ τῆς ἐξομολογήσεως κατοικτείρας, καὶ τὸ φθέγμα πάλιν αὐτοῖς ἀποδοὺς, εὐχαριστοῦντας ὁμοῦ καὶ χαίροντας ἀποπέμπει.

52. Haud multo post terræ motus ingens urbem Antiochenam (47), et loca vicina concusserat : hunc æstus maris secutus, hiatus quoque, qui usque

νβ'. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ κλόνος μὲν γῆς τὴν D Ἀντιόχειαν καὶ τὰ πέριξ κατέσεισε· τῷ δὲ καὶ βρασμὸς ἐπηκολούθει καὶ χάσματα, καὶ μέχρι τῶν τῆς

(46) Huc referendum est quod Evagrius lib. II, cap. 9 commemorat, nimirum dedisse Leonem imperatorem litteras tum ad episcopos, tum ad alios viros pios, ob monasticum vitæ genus commendatos, ac nominatim ad Symeonem Stylitam, quibus eos consuluit de concilio Chalcedonensi, et Timothei Æluri causa, qui flagitiis omnibus coopertus, cathedram Alexandrinam invaserat, S. Proterio (de quo 28 Februar. agemus) trucidato. Et respondit quidem Leoni Symeon, atque ad Basilium Antiochenum patriarcham alias litteras dedit, quas idem recitat Evagrius, et Nicephorus lib. XV, cap. 19, ac Baronius ann. 458 ; qui tamen falli videtur, dum legatum tunc a Symeone ad Leonem imp. putat Sergium monachum, ut 11 Decembr. ad S. Danielis Stylitæ vitam dicemus; nam mortem tunc nuntiavit Symeonis Danieli Sergius et donum ad imperatorem missum ei obtulit. Ad eumdem S. Symeonem legatum misit Eudocia Augusta, sciscitatum quid de concilio Chalcedonensi sentiret, cum ipsa Eutychianæ hæresi obstinato animo diu adhæsisset. « Scias, inquit S. Symeon, quod malignus, videns opes tuarum virtutum, expetivit te ut cribraret sicut triticum, et per pestiferum illum Theodosium (qui ejecto S. Juvenale episcopo, de quo nos 11 Jul. sedem Hierosolymitanam invaserat, secta Eutychianus, de quo Baronius ad ann. 452, n. 27), tuam corrupit animam. » Deinde ad S. Euthymium eam remittit, ut pluribus narrat Cyrillus monachus in vita ejusdem Euthymii 20 Januarii ; Nicephorus lib. XV, cap. 13 ; Baronius ad ann. 451, n. 18 et seqq.

(47) Accidit hic terræmotus anno 2 Leonis imperatoris. Narrat eum Evagrius l. II, cap. 12 : Nicephorus l. XV, c. 20 ; Baronius ad an. 458, n. 27 et seqq.

Ἀνατολῆς ὁρῶν τὸ δεινὸν παρετείνετο, καὶ ναοὺς A ad mentes Orientis horribilem in modum protendebatur. Itaque templa omnia ac ædificia solo stravit, hæc quidem e summo dejiciens, alia a fundamentis evellens. Homines ad hæc cum diversis animalium generibus, illi quidem eversis intus interclusi domibus, simul et ipsi vitam ad exitum perduxere, illi vero terræ scissura veluti ex tempore sibi sepulchro parato miserandum in modum vivi defodiebantur. In tam acerbo exitio, cum flagellum tam intolerabile per omnem sexum et ætatem promiscue ferretur, unicum erat et commune omnibus solatium admirandus ille Symeon. Eo apud Deum reconciliatore utuntur, et levamine invento, a malo suo liberantur. Ipse enim postquam primum luxum et intemperantiam eorum (48), aliaque scelera reprehendisset, eosque sufficienter increpuisset, tum hortatur ut unanimi voce omnes cum lacrymis inclament : Kyrie eleison, id est, Domine miserere. Dein placare iis Deum, et ad compunctionem excitare eos cupiens, ad preces et ipse convertitur.

μὲν πάντας καὶ οἰκίας πάσας ἐρείπια ἐποίει, καὶ εἰς ἔδαφος κατέσπα, τὰς μὲν ἐξ ὀροφῆς καταβάλλων, τὰς δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν κρηπίδων ἀνατρέπων. Ἀνθρωποι δὲ καὶ τὰ διάφορα τῶν ἀλόγων γένη, οἱ μὲν καταστρεφομένης ἔνδον ἀπολαμβανόμενοι τῆς οἰκίας, συγκατέστρεφον καὶ οὗτοι τὸν βιον, οἱ δὲ αὐτοσχεδίῳ τάφῳ τῷ τῆς γῆς χάσματι ἐλεεινότατα κατεχώννυντο. Πικροῦ τοίνυν οὕτω τοῦ ὀλέθρου καὶ ἀνυποστάτου τῆς μάστιγος διὰ πάσης ἡλικίας καὶ γένους παντὸς φερομένων, μία καὶ κοινὴ πᾶσι καταφυγὴ ὁ θαυμαστὸς γίνεται Συμεών. Καὶ τούτῳ διαλλακτῇ χρῶνται πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ λύσιν εὑρίσκουσι τοῦ κακοῦ καὶ ἀπαλλαγήν. Ὃς γε πολλὰ τῆς ῥᾳστώνης αὐτῶν καὶ ἀκρασίας καὶ τῶν ἄλλων κατὰ τὸν βίον παθῶν προτερον καταγνοὺς, καὶ ἱκανῶς τούτοις ἐπιτιμήσας, B μιᾷ πάντας μετὰ δακρύων φωνῇ, Κύριε ἐλέησον, κράζειν προτρέπεται, τοῦτο μὲν τὸ Θεῖον αὐτοῖς ἱλεούμενος, τοῦτο δὲ καὶ εἰς κατάνιξιν ἄγων, ἐξῆς δὲ τρέπεται εἰς προσευχὴν καὶ αὐτός.

53. Cum in longum cum lacrymis protenderetur deprecatio, annuit populo, manu silentium indiceus, ipseque vehementem voce et sensu dolorem præ se ferens in hæc verba prorupit : Viri fratres, inquit, quæ dicturus sum vobis, primum cor mihi vehementer cruciant, intimumque animum quasi vulnere quodam confodiunt : scio equidem quod ea ipsa vos etiam vehementer afficient, dicam tamen. Videte, obsecro, quanto numero sitis, quantum lacrymarum fuderitis, quem clamorem emiseritis ; tamen uni solum ex omnibus Deus aurem præbuit, ejusque solius deprecatio aures ejus attigit. His dictis virum quemdam nominatim compellat, ac omnibus audientibus ad se venire jubet : Tua, inquit, oratio justam Dei iram sistit, ac proinde malum omne quantumquantum fuerit, cessabit. Dic vero mihi, nihil omittens, qua re potissimum ita Deo placuisti ? Præcipit enim tibi Deus ut omnia exponas, ut virtutem æmulati, ad eadem præstanda stimulentur. Hic vero multo magis metuebat, ac peccatorem se, omnique virtute nudum proclamabat, neque conscium esse in omni vita boni quippiam etiam invitum præstitisse. Cum vero divinus Symeon admodum instaret, et ad dicendum cogeret ; tum tandem sic ait : Vitam opere manuum sustento, terræ colendæ addictus, et sub dio dormio, et pri-

νγ'. Τῆς μετὰ δακρύων τοίνυν ταύτης δεήσεως ἐπὶ πολὺ τεινομένης, τῷ πλήθει κάτασείσας ἐκεῖνος καὶ σιωπὴν τῇ χειρὶ σημάνας, περιαλγεῖ σφόδρα πρὸς αὐτοὺς καὶ φωνῇ καὶ γνώμῃ, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἔφη, ἃ μέλλω πρὸς ὑμᾶς ἐρεῖν, πολλὰ τήν ἐμὴν πρότερον ὀδυνήσαντα καρδίαν, καὶ αὐτὴν ὀξέως ἐμοὶ κατακεντήσαντα τὴν ψυχὴν, οἶδα ὡς οὕτω καὶ ὑμᾶς διαθήσει, ἐρῶ δὲ ὅμως. Ὁρᾶτε ὅσοι τὸ πλῆθος ἐστὲ, καὶ ὅσας μὲν δακρύων σταγόνας προήκατε, ὅσην δὲ κραυγὴν ἀνεπέμψατε· ἀλλ' ἐνὶ τῶν ἁπάντων ὁ Κύριος προσέσχε τὸ οὖς, καὶ μόνη τούτου ἡ δέησις ἀνέβη εἰς τὰ ὦτα C αὐτοῦ. Ταῦτα εἰπὼν τὸν ἄνδρα τινὰ ὀνομαστὶ προσηγόρευσε, καὶ πρὸς ἑαυτὸν καλέσας, εἰς ἐπήκοον ἀπάντων, Ἡ μὲν σὴ, ἔφη, προσευχὴ τὴν δικαίαν ὀργὴν φερομένην ἵστησι τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ δεινὸν ὅσον οὔπω παύσεται. Λέγε δὲ μηδὲν ὑποστειλάμενος, τίνα πράττων οὕτως εὐηρέστησας τῷ Θεῷ· κελεύει γάρ σοι τὸ Θεῖον πάντα εἰπεῖν, ὡς ἂν τὴν ἀρετὴν καὶ οὗτοι ζηλώσαντες πρὸς τὰ ἴσα διαναστῶσιν. Ὁ δὲ μᾶλλόν τε εὐλαβεῖτο, καὶ ἁμαρτωλὸν ἑαυτὸν καὶ γυμνὸν ἀρετῆς ἁπάσης ἐκάλει, καὶ μηδὲ συνειδέναι ἔλεγεν εἴ ποτέ τι ἀγαθὸν τὸν ἅπαντα βίον αὐτοῦ καὶ ἄκων ἐργάσαιτο. Ἐπειδὴ δὲ ὁ θεῖος Συμεὼν πολὺς ἐνέκειτο ἔτι κελεύων αὐτῷ πάντα εἰπεῖν, Ἐμοὶ ἐργατικὸς, ἔφη, ὁ βίος· πρόσκειμαι γὰρ τῇ γῇ καὶ ὑπόκειμαι ταῖς ὥραις, καὶ πρῶτα μὲν γήδιόν τι ἐμαυτῷ σπείρω, τὸν δὲ ἄλλον χρόνον μισθοῦ τῷ βουλομένῳ ὑπηρετοῦμαι· D

(48) Evagrius causam hujus terræmotus eamdem videtur assignare. Τινῶν μὲν παρὰ τοῦ κατ' αὐτὴν δήμου παραγεγενημένων, πρὸς πᾶσαν ἐκβακχευθέντων μανίαν, πάσης τε θηριώδους ἐπέκεινα γενομένων γνώμης, ὥσπερ δὲ προοίμιον τοῖς τοιούτοις κακοῖς παρασχομένων. « Quibusdam e populo, omni debacchantibus insania, atque omnem belluinam longe superantibus indolem, et veluti initium præbituris ejusmodi malorum.» Nicephorus quoque illud ait fuisse malorum istorum principium, quod πόῤῥω τῶν θείων νόμων οἱ ἐκεῖσε γενόμενοι θηριώδεις πρὸς πᾶσαν γνώμην ἐγένοντο, μανίᾳ πάσῃ ἐκβακχευθέντες. « quod a divinis legibus alieni cives, belluini omni ratione fierent, omni furore debacchantes : » sicque uterque eadem videtur notare, quæ hic sanctus perstringit scelera, ῥᾳστώνην καὶ ἀκρασίαν, luxum et intemperantiam, et, quæ scilicet consequi ea solet, humani sanguinis fundendi libidinem. Baronius loco citato, n. 29 non aliunde mala hæc manasse existimat, quam ex impietate hæreticæ pravitatis, quæ ex Nestorii diu isthic commorati malo semine pullulans sub Joanne patriarcha adoleverit. Apollinaristas certe isthic multos fuisse, ostendit idem Baronius ad an. 471, n. 7.

mo meum mihi agellum colo, alio autem tempore etiam cuivis volenti pacta mercede servio; colligens vero tum quæ ex proprio prædiolo mihi proveniunt, tum qnæ ex terræ cultura in mercedem accipio, in tres ea partes distribuo; primam indigentibus elargior, altera annuum vectigal solvo, tertiam partem in necessarios usus expendo. Interim nunquam in vita me aliquid boni egisse agnosco. Hæc ab innumera hominum multitudine audita sunt; quæ cum iram Dei placari, flagellorumque successum sisti vidit, obstupefacta, ut decens erat, Deum cum lacrymis glorificavit; Symeoni omnes gratias egerunt, rusticum illum faustis acclamationibus deprædicarunt, deduxerunt, salutarunt, amplexi sunt, gratias egerunt, virtutem æmulati sunt, seipsos negligentiæ in bonis operibus accusarunt: multis denique in vicinia habitantibus fuit id utile ad meliora animo capessenda exemplum.

A συλλέγων δὲ τά τε ἐκ τοῦ χωρίου μοι ἀναδιδόμενα, καὶ τὴν ἐκ τῆς γεωργίας μισθοφορὰν τρισὶ ταῦτα διαιρῶ μοίραις· καὶ τὴν μὲν ἀπονέμω τοῖς ἐνδεέστιν, ἡ δὲ τὸν ἐπέτειον λύει μοι φόρον, τῇ δὲ εἰς τὰ ἀναγκαῖα χρῶμαι. Εὐαρεστῆσαι δὲ θεῷ οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα. Τούτων τὸ μυρίον ἐκεῖνο πλῆθος ἀκούσαντες, ἐπισχεθεῖσάν τε τὴν ὀργὴν Κυρίου ἰδόντες, καὶ στᾶσαν τὴν ἀκολουθίαν τῶν μάστιγων, κατεπλήττοντο μὲν, ὡς εἰκὸς, ἐδόξαζον δὲ τὸ θεῖον δάκρυσιν· ηὐχαριστοῦν τῷ ἱερῷ Συμεών, ηὐφήμουν τὸν ἀγρότην, προέπεμπον, ἠσπάζοντο, περιέβαλλον, χάριτας ὡμολόγουν, ἐζήλουν τὴν ἀρετὴν, ἐπεμέμφοντο ἑαυτοῖς τῆς περὶ τὸ ἀγαθὸν ἀμελείας, καὶ πολλοῖς ἐπίδοσις ἦν τοῦ βελτίονος, ἐγγὺς ἔχουσι τὸ ὑπόδειγμα.

CAPUT XIV.

Moritur S. Symeon : corpus Antiochiam defertur.

54. Symeon (49) multis iisque magnis benefactis ornatus, postquam universim quinquaginta sex annos vixisset (50), soluto corporis vinculo, ad dilectum suum, purius et propius illo fruiturus, transivit. Materia fluente, homo tandem ab iis qui tunc in terris degebant, creditus est, quod antea propter laborum, quæ naturam omnem superabat, tolerantiam, et tanta præclarissimarum virtutum insignia nemo sibi persuadere poterat. A corpore separatus est, qui prius res corporeas omnes abnegaverat, et spiritu in cœlestibus versabatur, angelicisque non raro splendoribus intererat; nunc autem ad priora sua vota revertitur. Corpus jam anima vacuum erat, et sine spiritu relictum: neque tamen vel sic potuit a consuetis exercitationibus abstinere: nam vel ad modicam quietem captandam in terra reclinari recusavit, verum in columna erectum permansit, sui pugilis figuram ad vivum exprimens.

B νδ'. Πολλοῖς οὕτω γοῦν καὶ μεγάλοις ὁ Συμεὼν κατορθώμασι διαπρέψας, καὶ ὅλα ἔτη βιώσας ἕξ καὶ πεντήκοντα, λυθέντος αὐτῷ τοῦ συνδέσμου, πρὸς τὸν ἐρώμενον διαβαίνει, καθαρώτερον αὐτῷ προσομιλήσων καὶ συνεσόμενος. Ὑλῆς δὲ ῥεούσης ἄνθρωπος εἶναι, τοῖς ἐπὶ γῆς τηνικαῦτα πιστεύεται, μὴ πώποτε τοῦτο πρότερον παρ' αὐτοῖς νομισθεὶς διὰ τὴν τῶν πόνων ὑπερφυῆ καρτερίαν, καὶ τὰ τοσαῦτα τῆς ἀρετῆς κατορθώματα. Διέστη μὲν τοῦ σώματος, ὃ καὶ πρότοῦ τὰ τοῦ σώματος ἀρνησάμενος, καὶ τῷ μὲν πνεύματι τὰ οὐράνια περιεπόλει, ἀγγελικαῖς τε συνῆν λαμπρότησι, καὶ περὶ αὐτὸ τὸ πρῶτον ἐρετὸν ἀνεστρέφετο. Τὸ σῶμα δὲ αὐτῷ καὶ ψυχῆς ἔρημον καὶ ἄπνουν καταλειφθὲν οὐδὲ οὕτω τῶν συνήθων ἀποστῆναι ἤθελεν ἄθλων, οὐδὲ τῇ γῇ κατακλιθῆναι, τοῦ οἷον βραχύ τι διαναπαύσασθαι· ἀλλ' ἔμενεν ἔτι ἐπὶ τοῦ στύλου ἑστὼς, ὄρθιον χαρακτηρίζον τὸν ἀθλητήν.

C

55. Posteaquam vero in pulverem extenuatum terræ debitum persolvit, neque lutum ejus cœlestis Opifex quasi honoris expers neglexit, sed venerabili tumulo reconditum multis miraculis claruit: quæ non tantum circa sepulcrum patrata sunt (51), verum etiam in quibuscunque locis mirificus ille vir versatus egregia illa certamina subiverat, ea omnia quasi specimen quoddam mutuæ miraculorum æmulationis præ se ferentia, uberius undique divinis donis efferebantur.

νε'. Ἐπειδὴ δὲ εἰς χοῦν ἐλεπτώθη καὶ τῇ γῇ τὸ δάνειον διελύσατο, οὐδὲ οὕτω τὸν ἐκείνου πηλὸν, οἷα δὴ πηλὸν ἄτιμον ὁ Δημιουργὸς περιεῖδεν· ἀλλὰ τάφῳ σεβασμίως παραδοθεὶς, θαύμασι βρύει πολλοῖς· οὐ περὶ αὐτὸν δὲ τὸν τάφον τὰ θαύματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσοις ὁ θαυμάσιος ἐνδιατρίψας χωρίοις, τοὺς ὑπὲρ φύσεως εἰς ἐκείνους ἠγωνίσατο πόνους, καὶ ταῦτα ὥσπερ ἐπίδειξιν πρὸς ἄλληλα τῆς τῶν θαυμάτων φιλοτιμίας ποιούμενα, ὀαψιλέστερον πάντοθεν ταῖς χάρισι κομῶσι ταῖς θείαις.

56. Non multo tempore post, cum Leo cognomento Magnus (52) ad imperii gubernacula sederet, qua tempestate et Martyrius (53) rerum sacrarum erat administrator, splendido admodum apparatu

D νς'. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον, Λέων μὲν ὁ Μέγας ὀνομαζόμενος ἐπὶ τῶν τῆς ἀρχῆς καθίστατο σκήπτρων, Μαρτύριος δὲ τῶν ἱερῶν ἐπέβη φροντίδων, καὶ πανήγυρις λαμπρὰ ἡ τοῦ θείου σώματος ἐκείνου

(49) Id quoque refertur in Theodoreti Philotheo, sed additum ab alio quopiam; cum mortuus sit ante Symeonem Theodoretus. Et abest in edit. Surii, ex interpretatione Alberici Longi.

(50) In exercitatione scilicet monastica. Vide quæ dicta sunt in Præfat. § 3.

(51) In Theodoreto habetur: « Non solum apud loculos sanctarum reliquiarum, sed etiam apud summæ ejus virtutis et diuturæ decertationis monimentum: magnam, inquam, illam et celebratam columnam hujus justi et laudibus celebrandi Symeonis. »

(52) Cedrenus anno Leonis 4, Christi 460 mortuum S. Symeonem scribit.

(53) Hic Martyrius anno 459 sedem Antiochenam

μετακομιδὴ ἀπὸ τῆς μάνδρας πρὸς τὴν Ἀντιόχειαν ἤγετο, τῷ μὲν τῶν λαμπάδων φωτὶ στυγνὸν δεικνῦσα τὸν ἥλιον, τῷ δὲ τῶν προπεμπόντων πλήθει, τῶν τε προϋπαντώντων, καὶ τῶν πάντοθεν ἐξ ἁπάσης ἡλικίας περιῤῥεόντων, αὐτό τε τὸ ὄρος καὶ τὰς πεδιάδας στενοχωροῦσα. Παρῆν δὲ καὶ ὁ τῶν ἑῴων ταγμάτων στρατηγὸς Ἀρδαβούριος, τοὺς περὶ αὐτὸν δορυφόρους φύλακας τῷ λειψάνῳ ἐγκαταστήσας, καὶ τὴν ἐκείνου φυλακὴν μέγιστον κώλυμα τατῖς τῶν πόλεων ἐφόδοις ἐπιτειχίσας· ἐφιλονείκουν γὰρ ἑκάστη τὸν ἄσυλον τοῦτον θησαυρὸν προαρπάσασα παρ' ἑαυτῇ κατατθεῖναι.

A sacri corporis funus ex mandra in urbem Antiochenam deportatum est. Mœstum quodammodo et tristem solem efficiebat luminum ingens copia, comitantium æque atque obviantium; et undequaque omnis ætatis eo confluentium multitudo montem ipsum et campos angustos reddebat. Aderat orientalium copiarum dux Ardaburius, qui suos hastatos sacris reliquiis adhibens custodes, et illorum custodiam tanquam murum opponens, adversus urbium vicinarum incursum muniebat : singulæ enim civitates sibi sacrum hunc thesaurum præripere atque apud se collocare studebant.

νζ'. Ἐν ὀχήματι τοίνυν τοῦ ἱεροῦ σώματος φερομένου, ὡς ἤδη κατὰ τὴν Μερὸν τὸ χωρίον ἐγένετο, ὅπερ ἐν δεξιᾷ εἰσιόντι τὴν Ἀντιόχειαν κεῖται, ἕστη μὲν ἀθρόον τὸ ὄχημα, καὶ τῆς ἐπὶ τὴν πόλιν εἴργετο πορείας. Ἔκπληξις δὲ πάντας καὶ δέος εἶχε τῇ παραδόξῳ τοῦ ὀχήματος ἐπισχέσει· καί τις ἀνὴρ τῶν, ἃ πολλὰ κατ' ἐκεῖνο ἦν τὸ χωρίον, μνημάτων ἐξορμηθείς, ὁρόμῳ παρὰ τὴν ἱερὰν ἐχώρει σορόν· ἄλλα τε περιπαθὴς βοῶν καὶ ὀλοφυρόμενος τοῦ μύσους ἐλεεινῶς ἑαυτόν, ἀνεθῆναί τε τῆς μάστιγος ἐδεῖτο καὶ τῶν δεσμῶν· ἦν δὲ ἡ μάστιξ πονηρὸς πάλαι δαίμων ἐπιπηδήσας αὐτῷ, εἰς νεκρόν τι σῶμα γυναικὸς ἐνυβρίσαντι στρεβλώσας τε αὐτοῦ τὰς χεῖρας εὐθὺς ἀλύτοις δεσμοῖς, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς διαστρέψας, καὶ τρόμον αὐτῷ ἐμποιήσας, καὶ δεσμώτην παρὰ τῷ τῆς ὑβρισμένης τάφῳ μέχρι καὶ τηνικαῦτα κατέχων, καὶ συνεχῶς αὐτὸν καταβάλλων· τῆς χαλεπῆς ὥσπερ ὕβρεως ἐκείνης δίκας ἐκτίνοντα. Τῶν δὴ πάντων ἐλέλυτο παραδόξως τῇ σορῷ προσδραμὼν καὶ τὸ μὲν ὄχημα ἐκινεῖτο αὐτίκα, καὶ λαμπρότατα τὴν πόλιν εἰσῄει, ἡ δὲ τὸν ποθούμενον δέχεται, καὶ τοῖς οἰκείοις κόλποις ἐναποτίθεται τῇ ἐπιφανεστάτῃ τοῦ Κασσιανοῦ ἐκκλησίᾳ. Μικρῷ δὲ ὕστερον θείας ὄψεως ἐπιφοιτησάσης, ἱερὸν ἕτερον πλησίον ἱδρύεται· καὶ τὸ θεῖον ἐν αὐτῷ μετατίθεται λείψανον. Ὁ γε μὴν τοῦ κακοῦ παρ' αὐτοῦ τὴν λύσιν εὑρὼν, οὐ μικρὸν ἐξ ἐκείνου μέρος εἰς ἀρετὴν ἐπιδοὺς, νεωκόρος τοῦδε γίνεται τοῦ νεὼ, καὶ τὴν τοῦ βίου πρὸς τὸ βέλτιον μεταβολὴν, δικαίαν ἀμοιβὴν τῷ ἁγίῳ ἐκτίνει· ὅ καὶ μᾶλλον ποθεινότατον αὐτῷ ἦν, ἡ τοῦ ἱκέτου σωτηρία.

B tiochiam venientibus ad dextrum latus situs est, pervenisset, currus subito immobilis stetit, atque ab eo quod in urbem ferebat itinere penitus arcebatur. Hæc inopinata currus retentio omnibus admirationem non minus quam terrorem injecit. Vir quidam e monumento, qualia non pauca juxta locum illum erant condita, impetu egressus, magno cursu ad sacrum loculum ferebatur : et cum varios animi tumultus vociferans testaretur, tum scelera ipse sua miserabiliter lamentabatur; ad hæc vinculis et flagello solvi postulabat : porro flagellum, quo cruciabatur, erat dæmon malignus, qui olim in ipsum mulieris cadaveri petulanter vim inferentem, insilierat, statimque, manus illi insolubilibus vinculis constringens, et oculos fœde contorquens, tremoremque incutiens, vinctum jam inde juxta violatæ mulieris sepulcrum huc usque detinuerat, et tam insignis contumeliæ pœnas persolventem assidue opprimens. Quibus vinculis mox ut ad loculum sacrum accurrit, statim liberatus est : quo facto, currus illico motus est, et splendidissimo apparatu in urbem illatus, desideratum thesaurum propriogremio suscepit, ac in illustri Cassiani ecclesia collocavit. Paulo deinde post divina visione superveniente, aliud templum in vicino loco ædificatum fuit, in quo sacra lipsana collocata sunt. Ille vero qui mali levamen ab ipso consecutus fuerat, non exiguo ab illo tempore in virtute progressu facto, fuit hujus templi ædituus, et vitæ in melius commutationem, justam mercedem sancto persolvit : nec ulla gratior supplicis ipsius salute accidere ei poterat.

C

CAPUT XV.

Reliquiæ a Leone imp. expetitæ. Templum in monte, in quo stetit.

νη'. Τῆς δὲ τῶν λειψάνων σοροῦ πάντα τόπον τοῖς θαύμασι διαλαμβανούσης, ὁ τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις διέπων ἀρχὴν, οὗ δὴ μικρῷ πρόσθεν ὁ λόγος ἐμνήσθη, γράμματα πέμπει Ἀντιοχεῦσιν, ἐφ' οἷς τὸ τοῦ ἁγίου σῶμα πρὸς τὴν βασιλίδα πόλιν διακομίσαι.

D 58. Cum deinde sacra urna omnem circa regionem miraculorum fama complecteretur, qui Romanum imperium administrabat, de quo paulo ante sermo incidit, ad Antiochenos litteras scribit, quibus sacri corporis exuvias ad regiam urbem asportari man-

adeptus, eam anno 471 dimisit ob seditiones Zenonis comitis et Petri Fullonis opera contra se excitatas.

(54) In altera Vita est *Meroe*. Nam præter Meroen Æthiopiæ, ἔστι καὶ Μερόη, inquit Stephanus, κατὰ ἀνατολὰς τῆς περὶ Δάφνην Ἀντιοχείας. « Est et Meroe ad orientem Antiochiæ quæ ad Daphnen : » ita ille, qui alibi Daphnen ait esse «celeberrimum suburbium Antiochiæ versus orientem. »

dat. Illi contra supplicibus votis imperatorem rogant, ne urbem maximam et admirabilem, toties jam cœlestem iram expertam, ac solo tenus fere eversam, et in cineres redactam, tanto bono spoliet; ne eum inde tollat, qui et Dei iram avertere, et sistere flagella cœlitus inflicta soleat, quem pro mœnibus omnibus (55), et muro, et armis sibi posuit. Denique omnis spei caput ne auferat rogant : nam ut non eos denuo divina vindicta comprehendat, hostium tamen incursibus urbem munitione carentem patere. His dictis imperator inductus (56), Antiochenis communem thesaurum retinere permisit : qui licet apud illos esset reconditus, tamen miraculis suis late omnia peragrabat loca, et proprius cuique fiebat thesaurus.

A Οἱ δὲ δικαίας πρὸς αὐτὸν ποιοῦνται δεήσεις, μὴ οὕτω μεγάλην πόλιν καὶ θαυμαστὴν, ἔργον δικαίας ὀργῆς γενομένην, καὶ εἰς ἔδαφος καὶ κόνιν καταπεσοῦσαν, ἀγαθοῦ τοσούτου κενῶσαι· μηδὲ τὸν περὶ αὐτῆς ἐξιλασάμενον, καὶ τὴν ὀργὴν ἐπισχόντα, καὶ τὴν μάστιγα στήσαντα, ὃν ἀντὶ περιβόλου παντὸς καὶ τείχους καὶ ὅπλων ἔθηκεν ἑαυτῇ, τοῦτον αὐτὴν ζημιῶσαι, καὶ τὸ τῶν ἐλπίδων κεφάλαιον ἀφελεῖν. Εἰ δ' οὖν, εἰ καὶ μὴ ὀργὴ Κυρίου καταλήψεται πάλιν ἡμᾶς, ἔλεγον, τέως γοῦν ἔλῃ πολέμιος, τὴν φυλακὴν ἤδη ἀφῃρημένην. Τούτοις πεισθέντα τὸν αὐτοκράτορα ἐφεῖναι Ἀντιοχεῦσι τὸν κοινὸν θησαυρόν· ὁ δὲ εἰ καὶ παρ' αὐτοῖς ἦν, ἀλλ' ἐχώρει διὰ πάντων τοῖς θαύμασι, καὶ ἴδιος ἑκάστου πλοῦτος ἐγίνετο.

B

59. In montis vertice, in quo tam præclara certamina divinus Symeon perfecit, templum extructum est, quod ab utroque latere quatuor porticus complectebatur, quas columnæ et secto lapide a summo tecto sustinebant: huic subdialis aula multo sole undique splendida interjacebat: in ea columna illa quadraginta cubitorum visebatur, in qua angelicam illam vitam transegit. Porro in porticuum summitate fenestræ erant, per quas inferiora loca diei lumen excipiebant. In illa igitur parte, qua ad sinistram ingredientibus columna sita erat, stella fulgebat, quæ cœlestia sidera splendore non minus quam magnitudine obfuscabat: illa nunc occidebat, nunc iterum oriebatur; et ad omnem fenestræ partem lucidissime emicabat; abiis qui præsentes adeC rant ad terram accedere, eamque circumire videbatur, tamque ineffabili erat splendore et pulchritudine, ut nihil ad miraculi magnitudinem posset accedere, omnes spectatores ad divinas vere divino Symeoni pangendas laudes provocaret, inde conjecturam facientes splendoris quo ipse magno lumini astans perpetuo fruitur, atque a Trinitate purius illustratus, unumque ex unica divinitate suscipiens radium, in Christo Jesu Domino nostro, cui omnis gloria, honor et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

νθ'. Τῆς μέντοι κορυφῆς τοῦ ὄρους, ἐν ᾧ τοὺς μεγάλους ἐκείνους ὁ θεῖος Συμεὼν ἄθλους διήνυσεν, ἱδρυμένον ἐφ' ἑαυτῆς τέμενος ἱερὸν φερούσης, σταυρὸς ἦν τοῦ εὐκτηρίου τὸ σχῆμα, τέσσαρσι στοαῖς ἐφ' ἑκατέρᾳ τῶν πλευρῶν διειλημμένος. Τὴν δὲ στοὰν λίθου ξεστοῦ κίονες ἤρειδον ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ ὀρόφου. Καὶ τὸ μεταξὺ ὕπαιθρος ἦν αὐλὴ πολλῷ περιλαμπομένη πάντοθεν τῷ ἡλίῳ. Ἐν αὐτῇ δὲ ὁ στύλος ἐκεῖνος ὁ τεσσαρακοντάπηχυς ἵστατο, ἐφ' οὗ τὴν ἀγγελικὴν ἐκείνην ἐποιεῖτο πολίτειαν. Ἦν γε μὴν τῇ τῶν στοῶν ὀροφῇ καὶ θυρίδες ἦσαν, δι' ὧν τὰ ἔνδον τὸ τῆς ἡμέρας φῶς κατεδέχοντο. Κατ' ἐκεῖνο τοίνυν τὸ μέρος, οὗπερ ἐν ἀριστερᾷ εἰσιόντι ὁ κίων ἵστατο, ἀστήρ τις ἐξέλαμπε πολλῷ τοὺς οὐρανίους ἀστέρας, κατά γε τὸν τῆς λαμπρότητος καὶ τοῦ μεγέθους λόγον, ἀποκρυπτόμενος, καὶ νῦν μὲν δυόμενος, νῦν δὲ ἀνίσχων, καὶ κατὰ πᾶν μέρος τῆς θυρίδος διάττων, ὑπὸ τῶν πάντων ἐφαίνετο, τῷ τε πρόσγεια φέρεσθαι, καὶ τὴν γῆν οἱονεὶ περιπολεῖν, καὶ τῇ ἀμηχάνῳ ἐκείνῃ λαμπρότητι καὶ τῷ κάλλει οὐδεμίαν θαύματος ὑπερβολὴν καταλείπων, καὶ τοὺς ὁρῶντας εἰς θεῖον ὕμνον τοῦ θείου ὡς ἀληθῶς Συμεὼν ἐκκαλούμενος, ἅτε δὴ τῆς ἐχούσης αὐτὸν ἐντεῦθεν στοχαζομένους λαμπρότητος, ἧς ἐκεῖνος ἀπολαύει δι' ἡνεκῶς, τῷ μεγάλῳ Φωτὶ παρεστὼς, τῇ Τριάδι τε καθαρώτερον ἐλλαμπόμενος, καὶ τὴν μίαν αὐτὴν ἐκ μιᾶς τῆς Θεότητος εἰσδεχόμενος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(55) Idem narrat Evagrius l. 1, cap. 13 et rationem hic allegatam clarius exponit: Διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν τεῖχος τῇ πόλει (πέπτωκε γὰρ ἐν ὀργῇ) ἡγάγομεν τὸ πανάγιον σῶμα, ὅπως ἡμῖν γένηται τεῖχος καὶ ὀχύρωμα. Quod ita vertit Christophorsonus : «Quoniam civitas mœnibus caret (imperatoris namque furor ea diruit) sanctissimum Symeonis corpus huc apportavimus, ut nobis et muri et munimenti loco sit.» Verum illud πέπτωκε γὰρ ἐν ὀργῇ, *corruerunt enim in ira*, non videtur mihi apte versum, nec enim alibi ejus rei mentio fit. Rectius ad terræmotum id referatur, uti apud Nicephorum habetur : Πέπτωκε γὰρ ἐν ὀργῇ σεισμοῦ μεγάλου γεγενημένου. « Corruit (murus) magno terræ motus impetu. »

(56) Aliquas tamen ejus reliquias deductas esse Constantinopolim, patet ex Vita Danielis Stylitæ.

DE S. LUCIANO PRESBYTERO MARTYRE.

(Anno 312, Acta SS. Bolland. Jan. 7.)

§ I. — *Luciani sanctitas, doctrina catholica.*

Celebratur gloriosus hic martyr ac doctor 7 Januarii a Latinis, a Græcis nunc 15 Octobris, ut ex Menologio et Menæis patet, atque Anthologio a Clemente VIII approbato; olim vero eodem quo et obiit die 7 Januarii, ut liquet ex S. Chrysostomi sermone postridie Theophaniorum in illius laudem habito. De eo Usuardus : « Eodem die B. Luciani, Antiochenæ Ecclesiæ presbyteri et martyris, qui, satis clarus doctrina et eloquentia, passus est Nicomediæ ob Christi confessionem in persecutione Maximini; sepultusque est Helenopoli Bithyniæ. » Eadem fere de eo prædicant Bellinus de Padua, et Martyrologium Romanum, nisi quod non sub Maximino, sed sub Maximiano passum volunt; sub Maximino passum habent Beda et Ado excusi.

Prolixius ejus elogium ab actis, quæ infra dabimus, paulum discrepans, habet Notkerus, et mss. Adonis Martyrologia monasteriorum S. Laurentii Leodii et Lobtensis : « Et Nativitas S. Luciani Antiochenæ Ecclesiæ presbyteri, et martyris, viri doctissimi atque eloquentissimi, qui Nicomediæ ob confessionem Christi passus, et in quatuor partes dissectus est: quibus in singulis lapidibus ligatis, et in mare demersis, alia die Helenopoli Bithyniæ integrum corpus cum ipsis lapidibus inventum honorifice sepultum est. Quam urbem, cum prius Drepana vocaretur, in honorem ejusdem martyris Constantinus imperator instaurans, ex nomine matris suæ Helenopolim nuncupavit. » Eadem fere mss. Lætiense, et S. Martini Tornaci, ac Florarium. At mss. S. Martini Treviris et S. Mariæ Ultrajecti : « In Nicomedia Luciani presbyteri, qui in quatuor partes fractus, in mare demersus, integer inventus est. » Meminere quoque S. Luciani hoc die vetus Martyrologium Romanum, ms. S. Hieronymi, Wandelbertus, Maurolycus, Galesinius, aliique.

3. S. Hieronymus lib. *De scriptoribus ecclesiasticis*, cap. 77, ita S. Lucianum celebrat : « Lucianus vir disertissimus, Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, tantum in Scripturarum studio laboravit, ut usque nunc quædam exemplaria Scripturarum Lucianea nuncupentur. Feruntur ejus de fide libelli, et breves ad nonnullos epistolæ. Passus est Nicomediæ ob confessionem Christi, sub persecutione Maximini, sepultusque Helenopoli Bithyniæ. » Eadem fere Honorius Augustodunensis, c. 77, sed fallitur dum Nicomediæ Episc. fuisse scribit.

4. Duo de S. Luciano revocari in controversia possunt; primum, rectene senserit de fide orthodoxa, alterum, quo tempore obierit. Quod ad primum attinet, quia id nostri non est instituti, singulorum SS. scripta expendere, dum constet eos in catholica fide esse mortuos atque in cœlitum numero ab Ecclesia censeri, id verbo solum hic attingemus; præsertim cum id plenius acturum esse sciamus Petrum Halloix nostrum; cui eruditissimo viro precor ut multos Deus addere annos velit. Nam quæ edidit jam de Sanctorum scriptorum Ecclesiæ Orientalis rebus gestis volumina, tum sancto illi Lætiensium abbati Antonio Wingio mirifice probata, tum ab aliis viris eruditiss. ita laudari scio, ut neget se alium scriptorem majori legere animi voluptate, quidquid aliqui secus sentiant. Sed ad sanctum Lucianum revertamur.

5. Cum acerrime Sabellianorum errores confutaret Lucianus, ardore disputationis eo est provectus, ut paulo licentius in contrariam partem inclinasset, et cum illi personarum in Trinitate tollerent omne discrimen, ita ipse personas distinxisse visus sit, ut ipsam quodammodo separaret substantiam. Quod idem sancto Dionysio Alexandrino (de quo 17 Novemb.), adversus ipsum agenti Sabellium, evenerat. Et sicut Dionysio ab episcopis Libyæ exhibitum est negotium, adeo ut causam oportuerit ad Romanum pontificem deferri, à quo omni hæresis suspicione est absolutus; ita Lucianus eadem causa exagitatus, atque a tribus sibi invicem succedentibus episcopis Antiochenis, ab Ecclesia quoque ejectus est. Patet id ex epistola S. Alexandri Episc. Alexandrini, quam refert Theodoretus *Hist. eccles.* lib. I, cap. 4, ubi ista leguntur : « Tum pestiferum studium Pauli Samosateni, episcopi Antiochiæ, qui concilio omnium ubique episcoporum atque adeo judicio Ecclesiæ ejectus est : cujus perversæ doctrinæ Lucianus successor factus, multorum annorum spatio, hoc est, tantisper dum tres episcopi, alius post alium, Ecclesiam illam rexere, exclusus ab Ecclesia mansit. » Dum vero scriptis libellis fidei suæ integritatem tueri conatur Lucianus, dolo Pancratii Sabelliani in manus venit persecutorum, et glorioso martyrio coronatus est.

6. Sed neque Hieronymus, neque alius quisquam aliter de eo scripsit, quam ut de viro egregie catholico. Ex discipulis tamen ejus quidam, ac fere antea idolatria maculati, in Arii sectam declinarunt : et suos Arius Collucianistas appellabat. Et Niceph. Callistus lib. II, cap. 5, tradit fidei formulam quamdam, Arianismum redolentem. « Luciano viro divino, et in sacris Litteris supra cæteros ap-

prime erudito » falso a quibūsdam ascriptam, « ut amplitudine martyris suo scripto celebritatem vendicarent. » Idem refert Sozomenus l. III, c. 3. Macedoniani quoque S. Luciano, ut sui erroris fautore, falso gloriabantur, ut ostendit S. Athanas. dial. 3, *De S. Trinitate*, qui tamen idem se credere, quod Lucianus, libere profitetur, et in synopsi sacræ Scripturæ eum, ut a catholicorum partibus stantem, hoc illustri laudat elogio, agens de editione sacrorum voluminum, quæ Lucianea appellatur. « Septima, inquit, et postrema sancti Luciani magni asceteæ et martyris est, qui et ipse cum in prædictas versiones, et Hebraicos libros incidisset, et diligenter quæ vel deerant vel ultra veritatem redundabant verba, inspexisset, ac suis quæque locis correxisset; versionem hanc Christianis fratribus edidit: quæ sane post ejus certamen et martyrium ejusdem sancti Luciani, quod sub Diocletiano et Maximiano tyrannis sustinuit, libro videlicet propria ipsius manu conscripto comprehensa, Nicomediæ sub Constantino rege Magno, apud Judæos in pariete armarii calce circumlito, ubi custodiæ gratia posita fuerat, inventa est. » De hac eadem editione Hieron. epist. 107, quæ est præfatio in librum Paralipomenon ad Chromatium: « Nam Alexandria et Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem: Constantinopolis usque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat: mediæ inter has provinciæ Palæstinos codices legant, quos ab origine elaboratos, Eusebius et Pamphilus vulgaverunt: totiusque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. » Pertractat hæc pluribus Baron. tom. III *Annal.* ad an. 311, n. 2; itemque ad an. 318, n. 74 et seq. et in notis ad Martyrologium.

§ II. *S. Luciani acta, tempus mortis.*

7. Acta sancti Luciani ab antiquo auctore descripta insertaque Collectione Metaphrastæ, et Latine edita a Lipomano ac Surio, «germana et scriptorum perpetua memoria commendata » vocat Baronius ad an. 311, n. 3. Ilis ex Ruffini *Hist. eccles.* lib. IX, cap. 6, quædam subjungemus. Nam quæ ille, Eusebium interpretans et subinde amplificans, de persecutione post inducias sex mensium Christianis ex Galerii Maximiani Armentarii edicto indultas rursum a Galerio Maximino concitata cap. 2 e sequentibus quatuor commemorat, tam ea in ms. Ripatorii, et ms. S. Maximini Treviris, sub titulo Actorum sancti Luciani exstabant, quam in codice Trevirensi verbis paulum a Ruffini editione discrepantia. Nos ea solum transcribemus, quæ proprie ad S. Sucianum spectant. Addemus quæ in Græcorum Menæis et Anthologio de eo recitantur: ac demum nonnulla ex homilia sancti Joannis Chrysostomi in S. martyrem Lucianum, quæ est 46, tom. III Operum ejus Græco-Latine editorum a Frontone Ducæo.

8. De tempore martyrii ejus ista scribit Baronius in notis ad Martyrologium: « Hunc sub Maximino passum, Eusebius tunc vivens, ac gesta martyrum scribens, testatur lib. IX, cap. 5. Idipsum S. Hieronymus *De scriptor. eccles.* in Luciano. Errore factum videtur, ut tam Metaphrastes quam Suidas eum sub Maximiano martyrio occubnisse dicant. » Ast in *Annalibus* id visus est revocasse Baronius, ad an. 311, n. 3, scribens sub Galerio Maximiano, non autem Maximino, Maximiano VIII et Licinio coss. passum esse, priusquam edicto lato persecutionem idem imperator prohiberet. Idem asserit Dionysius Petavius noster *De doctrina temp.* lib. XIII. In eam sententiam inductus hic videtur, atque ipse etiam Baronius, propterea quod Eusebius, lib. VII, cap. 25, recensens celebriores martyres qui Diocletiani et Maximiani persecutione martyrii palmam adepti sunt, nondum commemorata ejusdem persecutionis inhibitione, Lucianum quoque inter eos recenset his verbis: «Ex martyribus vero Antiochenis, Lucianus ejus paræciæ presbyter piis vitæ institutis præstantissimus, qui Nicomediæ ipso præsente imperatore, cœleste Christi regnum sermone primum per Apologiam, deinde rebus gestis palam prædicavit. »

9. Ast ipsius quoque Maximini persecutio non alia habita est ab ea quam illi olim suscitarant, licet circa Maximiani Armentarii obitum paululum intermissa: ut potuerit qui Maximini jussu trucidatus est, Maximiani persecutioni ascribi. Qua ratione explicare ipsi quoque coguntur, quod ex S. Athanasio supra n. 6 attulimus, qui occisum S. Lucianum scribit sub Diocletiano et Maximiano. Videtur ergo Lucianus postquam Antiochiæ recruduit persecutio sub finem anni 311 comprehensus. Idque facile probabitur ei qui initium libri IX Eusebianæ Historiæ attente perlegerit. Ubi cum cap. 1 simulatam persecutionis remissionem narrasset, cap. 2 Theotecni fraudem, tertio nova edicta a Maximino lata, quarto conficta Pilati acta recenset; ac quinto tantem cædes variis locis perpetratas, ac nominatim Silvani episcopi Emeseni, Petri Alexandrini ac Luciani commemorat. Ac de hoc quidem ista scribit Eusebius: «Lucianus item Ecclesiæ Antiochenæ presbyter, vir cum aliis rebus omnibus facile primus, tum continentia eximius, et in sacris disciplinis diu multumque exercitatus, ad civitatem Nicomediensium, in qua tum imperator commorabatur, deductus; cum coram urbis præfecto apologiam pro Christi doctrina, cujus patrocinium susceperat, recitasset, in carcerem conjectus est, ibique trucidatus. Tot mala et tam gravia brevi temporis spatio a Maximino (certo liquet ex antecedentibus et consequentibus, de Galerio Maximino, non de Armentario esse sermonem) virtutis et honestatis adversario, contra nos comparata erant: adeo ut hæc posterior persecutio id temporis excitata, multo acerbior, quam prior, nobis videretur. » Hæc Eusebius. Quæ Baronius cum refutare non posset, ab Eusebio scripta negat, sed ab alio supposita.

10. De S. Petro Alexandrino agemus 26 Novemb. ubi Baronii argumenta expendentur, quæ ad eum præcipue pertinent. At de Luciano manifeste probatur, nonnisi sub Maximino recrudescente perse-

cutione interfectum esse. Nam, ut etiam Petavius et Baronius fatentur, Maximini jussu conficta sunt probrosa illa Pilati Acta : at qui ea refutavit, ut infra ex Ruffino dicemus, S. Lucianus; ergo non erat ante novam illam obortam a Maximino persecutionem sublatus e medio. Id argumentum qui convelli possit, non video ; nisi forte cuipiam veniat in mentem, hæc a Ruffino esse conficta, sive supposita. Qua ratione quidlibet negari poterit. Nicephorus quoque *Hist. Eccles.* lib. VII, c. 27, diserte hæc sub Maximino gesta tradit; licet cap. 16, Eusebium secutus, cum illustres martyres Diocletiani et Maximiani persecutione occisos recenset Lucianum, quoque iis adnumerarit.

11. At de his satis. Agunt de S. Luciano, præter citatos citandosque in Notis, Vincentius Belvac. lib. XIII, cap. 13 et 14; Petrus de Natal., corrigendus tamen, dum sub Maximiano passum scribit tempore Antheri papæ (S. Antherus sub Julio Maximino an. 326 occisus est, ut 3 Jan. diximus) ; S. Lucianus sub Galerio Maximino an. 312, cum Romæ sederet S. Melchiades, de quo 10 Decemb. Meminit Luciani Marianus Victorius scholiis in epist. 107 S. Hieronymi, Cornelius Grasius, tom. I, de Vitis SS. Acta ejus Belgice edidit Heribertus Rosweidus noster; Italice aliquanto copiosius Gabriel Flamma; Gallice Renatus Benedictus perquam accurate. Ejus denique meminit auctor Commentariorum in Job, quæ Origeni tribuuntur ; licet vel inde pateat illius non esse, quippe qui diu ante Lucianum obierit : aut certe a librario quopiam hæc adjecta sunt, et quidem (ut videtur) Latino. Hic porro quisquis demum sit, ita scribit lib. II in Job circa medium : « Ita consummatus est beatus atque gloriosus Lucianus, lucidus vita, lucidus et fide, lucidus etiam tolerantiæ consummatione. Ob hoc enim Lucianus cognominatus est, tanquam lucidus, aut proprio lumine sibi fulgens, aut aliis lucens. Hic namque beatus duodecim diebus supra testas pollinas extensus, tertia decima die est consummatus. » Quid sint testæ pollinæ, me latet. Baronius habet testas multas, veluti ὄστρακα πολλὰ scriptum esset ab auctore. Quid si testarum pollines interpretemur, sive testas pollinis instar comminutas ?

12. S. Luciani in Galliam translatas esse reliquias, testatur in Martyrolog. Gallicano Andreas Saussayus, ita scribens : « Natalis sancti Luciani Antiocheni presbyteri et martyris, doctrina, eloquentia et sanctitate clarissimi, qui Nicomediæ sub Maximino Cæsare ob Christi confessionem passus, et in quatuor partes dissectus est: quibus singulis lapidibus alligatis, et in mare demersis, postridie in Helenopoli Bithyniæ integrum corpus cum ipsis lapidibus inventum est, fideliumque summa cum veneratione sepultum. At decursis aliquot inde sæculis id ex Oriente susceptum Carolus Magnus Arelatum detulit, ædificataque in ejus honorem ecclesia illic honorifice recondidit per Turpinum archiepiscopum Remensem : qua ex re Arelati festiva hodie tanti martyris ex avito more colitur memoria. »

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

VITA ET MARTYRIUM

SACROSANCTI MARTYRIS LUCIANI.

(Græca descripsimus ex ms. codice Coisliniano n. 145, sæculi X. EDIT. PATR.)

CAPUT I.

S. Luciani patria, virtutes, eruditio.

α'. Σαμόσατα πόλις τῆς Συρίας ἐστὶν, Εὐφράτης τῇ πόλει παραῤῥεῖ, πατρὶς ἡ πόλις Λουκιανοῦ. Οὗτος τῶν εὖ γεγονότων ἀνὴρ, ὡς ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος διδάξει. Γεννήτορες Χριστιανοὶ τῷ ἀνδρί· σπουδὴ τοῖς γεννήτορσι Λουκιανὸν ἐκ πρώτης τριχὸς τῇ θεοσε-

Samosata (1) est civitas Syriæ, quam præterfluit Euphrates. Ea civitas fuit patria Luciani, ubi fuit honesto loco natus, ut hæc docebit quæ, de eo tractabit, oratio. Parentes ejus erant Christiani. Magnum autem studium fuit parentibus, ut Lucianum

(1) Samosata ad dextram ripam Euphratis, ubi hic ponte lapideo stratus erat, in Comagene Syriæ provincia, Monologium habet ex Antiochia Syriæ ortum fuisse S. Lucianum.

ab ineunte ætate in religione et erga Deum pietate instituerent. Ambo vero e vivis excedentes, eum relinquunt puerum duodecim annos natum. Is autem, hac sola veluti consolatione inventa, propter jacturam parentum confugit ad divinum quoddam tempum, omnibus suis divitiis distributis pauperibus, et in prima ætate cum Macario, qui habitabat Edessam (2), et sacros Libros interpretabatur, congressus et versatus, quidquid erat in eis pulcherrimum, pauco tempore collegit.

2. Et cum primum quidem accessisset ad lavacrum regenerationis, per aquam et spiritum regeneratus, declinavit ad vitam monasticam (3) : deinde cum ei visum esset, a vino et obsoniorum esu omnino abstinere, statim tanquam ex carceribus depugnabat adversus omnes carnis voluptates. Seipsum autem formans jejuniis, se ad hanc firmam et stabilem deduxit consuetudinem, ut nona hora semel in die comederet. Erant autem ei etiam quidam certi dierum ambitus, in quibus tota hebdomada permanebat jejunus. Plurimum autem vitæ suæ tempus impendebat precibus et lacrymis. A scurrilitate et risu tantum aberat, quantum judicabat ea esse vere ridicula. Contra autem eos qui lugebant studebat imitari, et existimabat esse dignos beatitudinibus. Silentium autem amplexus, et assiduæ deditus meditationi, videbatur semper cogitabundus et tristitia plenus iis qui ad eum accedebant, etiamsi spiritu in se perpetuo exsultaret et lætaretur. Si quando autem verbum ei ex ore visum esset emittere, divinæ Scripturæ erant id quod loquebatur. Tantus enim earum divinus amor ipsum ceperat ut vix somnum vellet capere propter continuam earum meditationem. Si quando autem corpus volebat modicum requiescere, non absque intensa oratione, nec sine calidis lacrymis et genuum flexione somnum sumebat. Sed hæc quidem, dum puerilem adhuc ageret ætatem, a sancto recte gesta sunt.

3. Postquam autem ab ea jam excessit, et cœpit esse adolescens, carnem quidem nullam cum spiritu agitantem seditionem reddidit per sancti Spiritus operationem; quibusdam autem quæ sunt ad esum valde exilia, corpus reficiebat, adeo ut multos dies solo pane vesceretur, et ne pane quidem pluribus, sed iis quæ eo erant ad alendum magis exilia. Aqua autem erat ei potus suavissimus. Nonnunquam autem abstinebat etiam ab usu ignis.

4. Cumque sic pervenisset ad omnem humanam virtutem, fuit cito clarissimus omnium sui temporis. Seipsum ergo tradit Ecclesiæ Antiochenæ; et cum processisset ad sacerdotium, constituit illic maximum ludum litterarium (4), iis qui ubique

δείᾳ ῥυθμίζεσθαι· καὶ τελευτήσαντες ἄμφω νέον αὐτὸν καταλείπουσιν ἔτος που δωδέκατον ἄγοντα. Ὁ δὲ μόνην ὥσπερ παράκλησιν ἐπὶ τῇ τῶν γονέων ἀποβολῇ τὸν Θεὸν εὑρηκώς, εἴς τινα θεῖον καταφεύγει ναόν, πάντα τοῖς πενομένοις τὸν πλοῦτον διανειμάμενος, καὶ παρὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν μακαρίῳ τινὶ τὴν Ἔδεσαν οἰκοῦντι, καὶ τὰς ἱερὰς διερμηνεύοντι βίβλους ἀνδρὶ συγγενόμενος, πᾶν ὅ τι κάλλιστον ἐν ταύταις ὑπῆρχεν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ συνέλεξε.

β'. Καὶ πρῶτα μὲν τῷ τῆς παλιγγενεσίας λουτρῷ προσελθών, δι' ὕδατός τε καὶ πνεύματος ἀναγεννηθείς, πρὸς τὸν μοναδικὸν ἀπέκλινε βίον· ἔπειτα δόξαν αὐτῷ τοῦ οἴνου τε καὶ τῆς ὀψοφαγίας εἰς τέλος ἀπέχεσθαι, εὐθὺς ὥσπερ ἐκ πρώτης γραμμῆς πρὸς ἡδονὰς πάσας τὰς τῆς σαρκὸς ἀπεμάχετο· νηστείαις δὲ τυπῶν ἑαυτὸν εἰς ἔθους ἦγαγε πῆξιν κατὰ τὴν ἐννάτην ὥραν ἅπαξ τῆς ἡμέρας σιτίζεσθαι. Ἦσαν δὲ καί τινες αὐτῷ ἡμερῶν περίοδοι, ἐν αἷς καὶ ὅλη ταῦτον εἶχεν ἡ ἑβδομάς. Τὸν γε μὴν πλείονα τῆς ζωῆς χρόνον προσευχαῖς καὶ δακρυσιν ἔνειμεν· εὐτραπελίας μὲν οὖν τοσοῦτον ἀπεῖχε καὶ γέλωτος, ὅσῳ ταῦτα κατὰ γελώτων ἀληθῶς ἔκρινεν ἄξια. Τοὐναντίον δὲ τοὺς πενθοῦντας καὶ ζηλοῦν ἔσπευδε, καὶ μακαρισμῶν ἀξίους ἡγεῖτο· τὴν δὲ σιωπὴν ἀσπαζόμενος, καὶ τῇ συνεχεῖ μελέτῃ προσκείμενος ἐπὶ συννοίας ὡρᾶτο ἀεί, καὶ κατηφείας πλήρης τοῖς παραβάλλουσιν, εἰ καὶ τῷ πνεύματι διὰ παντὸς ἐν ἑαυτῷ ἠγαλλιατο καὶ ἔχαιρεν. Εἰ δέ ποτε καὶ ῥῆμα δόξειεν αὐτῷ προέσθαι τοῦ στόματος, αἱ θεῖαι Γραφαὶ τὸ λαλούμενον ἦν· τοσοῦτος γὰρ αὐτῷ θεῖος τούτων ἔρως ἐνέσκηψεν, ὡς μηδὲ ὕπνου σχεδὸν ἐθέλειν τῇ περὶ ταύτας διηνεκεῖ μελέτῃ μεταλαμβάνειν· εἴ ποτε δὲ τὸ σῶμα τὰ μέτρια διαναπαύσειν ἠβούλετο, οὐκ ἄνευ προσευχῆς ἐκτενοῦς, οὐδὲ ἄνευ θερμῶν δακρύων, καὶ γονάτων κλίσεως ὕπνου μετεῖχεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρώτην καὶ παιδικὴν ἄγοντι τὴν ἡλικίαν τῷ ἁγίῳ κατώρθωτο.

γ'. Ἐπεὶ δὲ ἤδη ταύτην τε ὑπερέβη, καὶ εἰς νεανίσκους τελεῖν ἤρξατο, ἀστασίαστον μὲν τὴν σάρκα τῷ πνεύματι τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρεστήσατο· τισὶ δὲ τῶν εἰς βρῶσιν λεπτῶν τὸ σῶμα συνίστη, ὡς ἐφ' ἱκαναῖς ἡμέραις ἄρτῳ μόνῳ κεχρῆσθαι, καὶ μηδὲ ἄρτῳ ταῖς πλείοσιν, ἀλλά τινι καὶ τούτου πρὸς τροφὴν λεπτοτέρῳ. Ὕδωρ δὲ αὐτῷ ποτὸν ἥδιστον· ἔστι δὲ ὅτε καὶ τῆς τοῦ πυρὸς ἀπείχετο χρήσεως.

δ'. Καὶ οὕτως εἰς ἅπαν τῆς κατ' ἄνθρωπον ἀρετῆς ἀφικόμενος τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ τάχιστα πάντων ὑπῆρξεν ὀνομαστότατος. Τῇ οὖν Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ φέρων ἑαυτὸν δίδωσιν, καὶ εἰς ἱερωσύνην προβάς, διδασκαλεῖον μέγιστον ἐκεῖ συνεστήσατο, τῶν ἁπαν-

(2) Edessa urbs Mesopotamiæ, haud procul Samosatis

(3) De monachis, rituque illos consecrandi antiquis illis temporibus, priusquam cœnobia publice constituerentur, consuli posset, c. 6 *Hierarchiæ ecclesiasticæ* S. Dionysii, et Balthasaris Corderii nostri in illud Animadversio ; notatio item Petri Halloix nostri in cap. 7 Vitæ ejusdem S. Dionysii a se editæ.

(4) Scholas olim, præsertim sacræ catecheseos, a Christianis doctoribus aperiri solitas, constat ex Eusebio, Baronio, Petro Halloix t. II *De vitis scriptorum*, in Pantæno, et hic num. 1, Macarii Edesseni exemplo.

ταχοῦ σπουδαιοτάτων, ὡς αὐτὸν ἀλλαχόθεν ἄλλῳ ἀφικνουμένων. Ἤσκητο δὲ τὴν ὀξυγραφίαν, καὶ τὸ ἐκεῖθεν αὐτῷ ποριζόμενον, ἅμα μὲν ἑαυτῷ πρὸς τροφήν, ἅμα δὲ καὶ τοῖς πένησιν ἐχορήγει· καὶ γὰρ εἰ μὴ πρὶν ἢ τροφῆς οὗτος μεταλάβοι, ἕτεροι τοῦ ἀπὸ τῶν αὐτοῦ χειρῶν βίου μετάσχοιεν, ἀδικίαν τὸ πρᾶγμα ἐτίθετο. Οὗτος οὖν καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἰδὼν πολὺ τὸ νόθον εἰσδεξαμένας, τοῦ τε χρόνου λυμηναμένου πολλὰ τῶν ἐν αὐταῖς, καὶ τῆς συνεχοῦς ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταθέσεως, καὶ μέντοι καὶ τινων ἀνθρώπων πονηροτάτων οἳ τοῦ Ἑλληνισμοῦ προεστήκεσαν, παρατρέψαι τὸν ἐν αὐταῖς νοῦν πειρασαμένων, καὶ πολὺ τὸ κίβδηλον ἐν ταύταις διασπειράντων, αὐτὸς ἁπάσας ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Ἑβραΐδος ἀνενεώσατο γλώττης, ἣν καὶ αὐτὴν ἠκριβωκὼς εἰς τὰ μάλιστα ἦν, πόνον τῇ ἐπανορθώσει ὅτι πλεῖστον εἰσενεγκάμενος. Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ καθαρότητα τῶν θείων δογμάτων, τίς ἂν ὑφ' ἑτέρου τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένων ὑπὲρ τοῦτον εὕροι φυλαττομένην;

A erant studiosissimi, aliunde ad ipsum accedentibus. In celeriter autem scribendo erat exercitatus, quod ex eo acquirebat, simul quidem et sibi ad alimentum, et pauperibus suppeditabat. Etenim nisi, priusquam ipse cibum sumeret, alii victus, quem manibus quærebat, essent participes, iniquum esse ducebat. Is ergo cum vidisset sacros Libros esse valde adulteratos, cum et tempus multa in eis corrupisset, continuaque ab aliis in alia translatio, et quidam homines sceleratissimi, qui gentilitati præerant, conati essent pervertere eorum intelligentiam; ipse omnes rursus sumpsit, et ex lingua renovavit Hebraica, quam ipsam quoque sciebat accuratissime, in eis corrigendis plurimum laboris conferens. Porro B autem divinorum quoque dogmatum puritatem quis ab alio ex iis qui fuerunt illo tempore, melius quam ab ipso fuisse servatam invenerit?

CAPUT II.

S. Luciani comprehenditur. Puerorum constantia.

ε'. Ἐπειδὴ δὲ Μαξιμιανὸς ὁ Βασιλεὺς ἐλύττησε κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ λύσσαν ἀμήχανον, ῥᾷον οἰόμενος ἐξ ἀνθρώπων θέσθαι τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα, εἰ τοὺς ἐν πᾶσιν ἀκροτάτους ἐκποδὼν δυνηθείη ποιήσασθαι, ἐπύθετο μὲν περὶ τοῦ ἀνδρὸς, ἅτε πολλῆς πανταχοῦ περὶ αὐτοῦ τῆς φήμης διαθεούσης· δεινὸς δὲ αὐτὸν ἔρως εἰσῆλθε τὸν ἄνδρα χειρώσασθαι. Καὶ πέμπει δὴ τοὺς χειρὶ συλλήψεμένους· ὁ δὲ μαθὼν, οὐκ αὐτόμολος εἰς τὸν κίνδυνον ἦν, ἀλλὰ σὺν φυλακῇ ἐποιεῖτο καὶ ἀσφαλείας μηδέν, τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον ῥιψοκίνδυνον ὑπομεῖναι δόξαι, μηδὲ τὴν Ἐκκλησίαν μεγάλην τὴν ἐφ' ἑαυτῷ κατήφειαν προξενῆσαι. Ἀσφαλὴς γοῦν εἰς δύναμιν ἦν, ὡς τοῦτο καὶ τοῦ Κυρίου πεποιηκότος τε καὶ διαλεξαμένου, καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ὁμοίως. Καὶ δὴ τῆς πόλεως ὑπεκστὰς ἐπ' ἀγροῦ τινος ὑπῆρχε κατακρυπτόμενος. Παγκράτιος δὲ τις τῆς αὐτῆς Ἀντιοχείας, τὴν μὲν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἔχων, τῆς δὲ Σαβελλίου ὑποφρονήμασιν ὑπενηνεγμένος, ἐκ πολλοῦ τῇ τοῦ ἀνδρὸς δόξῃ διαβασκαίνων, προδίδωσιν αὐτὸν τοῖς ἀναζητοῦσιν.

5. Cum autem Maximianus imperator maxima quadam rabie esset percitus adversus Christi Ecclesiam, conareturque Christianum nomen delere ex hominibus, eos qui erant summi inter omnes, longissime removere studens, de illo quidem audit, ut de quo magna fama pervaderet in omnes partes: magnum vero eum incessit desiderium illum in suam redigendi potestatem. Mittit igitur qui eum comprehenderent. Ille vero cum id rescivisset, non se sua sponte conjecit in periculum, sed diligenter cavebat, quantum in eo situm erat, C ne videretur temere adire pericula, neque Ecclesiæ propter se magnam afferre tristitiam. Sibi ergo cavebat pro viribus, utpote quod hoc quoque Dominus fecisset, et dixisset, et ejus discipuli similiter. E civitate itaque excedens, in agro quodam latebat. Pancratius autem quidam Antiochenus, qui presbyteri quidem erat honorem assecutus, idem vero sentiebat quod Sabellius (5), jam diu ante illius gloriæ invidens, ipsum prodit iis qui quærebat.

ς'. Καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τὴν Νικομήδειαν ἤγειτο τεθνηξόμενος· ἐκεῖ μὲν γαρ ὁ Μαξιμιανὸς ἦν, πολὺς δὲ καὶ παντοδαπὸς ἐγίνετο φθόνος τῶν τὸν Χριστὸν ἀρνεῖσθαι μὴ βουλομένων. Καὶ τοῦτο μὲν, Ἄνθιμον τῆς αὐτῆς ὄντα Νικομηδείας ἐπίσκοπος ἀνελὼν ὁ Μαξιμιανὸς πυρὶ παραδέδωκεν· τοῦτο δὲ Πέτρον τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας ἔγορον· τοῦτο δὲ, πολλοὺς ἀγαθούς τε καὶ γενναίους ἄνδρας. Καὶ εἰς τοσοῦτο προέβη τῆς ἐπὶ τούτοις ὠμότητος, ὥστε καὶ μὴ παίδων νηπίων κομιδῇ φείδεσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἀναιρεῖν·

6. Et ille quidem Nicomediam ducebatur moriturus. Illic enim erat Maximianus, qui magnam et omne genus cædem faciebat eorum, qui Christum non volebant negare. Nam et Anthimum (6), qui erat episcopus ejusdem Nicomediæ, interfectum igni D tradidit, et Petrum antistitem (7) Alexandriæ, et multos alios præclaros et fortes viros. Quinetiam ad tantam processit sævitiam, ut ne infantibus quidem parceret, sed ipsos quoque interimeret; quoniam nec poterat quidem eis persuadere, ut gustarent ea

(5) Sabellius tollebat personarum in sanctissima Trinitate discrimen, unde sequebatur, Patrem quoque incarnatum esse et passum; ad hæc materiam ingenitam asserebat. Quæ fusius tradit Baronius tom. II. an. 260, n. 61 et seq.

(6) De S. Anthimo episcopo Nicomediensi et martyre agemus 27 April.

(7) S. Petri Alexandrini episcopi vitam dabimus 26 Novemb. ubi de tempore cædis ejus agemus.

quæ sacrificabantur dæmonibus. Non enim persuadebat, sed resistebant pueri, aperte corroborati a quodam, quod sub aspectum aperte non cadebat, auxilio, ad magis arguendam dæmonum, et eorum qui eis inserviunt, non solum improbitatem, sed etiam imbecillitatem: siquidem apertæ erat imbecillitatis, non posse firmam ac validam suam reddere sententiam, maxime cum omnia cuperent, et omnia experirentur. Fuit autem maximum auxilium iis, qui considerate et ex judicio decertabant, puerorum ad mortem usque fortitudo et constantia, ut qui erubescerent, si cernerentur pueris inferiores, rebus gravibus et asperis illatis, sicut illi, non resistentes. Quicunque autem rursus frangerentur periculis, iis puerorum perpessiones afferebant reprehensionem, quod non tam propter malorum gravitatem, quam propter animi mollitiem, eos victos fuisse appareret. Sic nihil temere, nec absque optima ratione neque est, neque fuit, neque unquam fuerit eorum quæ a Deo conceduntur et ejus providentia: quomodo tunc multa quidem varia et multiplicia evenerunt in pueris. Ex quibus omnibus unum narrabo, quod est maxime dignum ut mandetur memoriæ. Sic enim habet:

διότι μὴ δυνατὸς ἦν πείθειν αὐτοὺς ἀπογεύεσθαι τῶν τοῖς δαίμοσι θυομένων. Οὔ γὰρ ἔπειθεν, ἀλλ' ἀντεῖχον οἱ παῖδες ὑπό τινος ἐπιδήλως ἀοράτου βοηθείας νευρούμενοι, πρὸς ἔλεγχον μείζονα τῆς τῶν δαιμόνων καὶ τῶν τούτοις ὑπηρετουμένων οὐ πονηρίας ἥδη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσθενείας· εἴπερ ἐμφανοῦς ἀσθενείας ἦν τὸ μὴ δύνασθαι κυρεῖν ἐπιδεῖξαι τὴν ἑαυτῶν γνώμην πάντα προθυμουμένους, ἄλλως τε, καὶ πᾶσι τὴν πεῖραν προσάγοντας· καὶ μὲν δὴ καὶ βοήθημα μέγιστον ἐγίνετο τοῖς ἐκ λογισμοῦ καὶ κρίσεως ἀγωνιζομένοις ἡ τῶν παίδων ἄρχι θανάτου καρτερία καὶ ἔνστασις, ἐν αἰσχύνῃ ποιουμένοις, εἰ παίδων ὀφθεῖεν ἥττους τῇ τῶν δεινῶν ἐπαγωγῇ ὡς ἐκεῖνοι μὴ ἀνθιστάμενοι. Ὅσοι δὲ πάλιν πρὸς τοὺς κινδύνους ὀκλάσειαν τούτους εἰς κατηγορίαν ἐτέλει τὰ τῶν παίδων παγήματα, ὡς οὐχὶ βαρύτητι τῶν δεινῶν μᾶλλον, ἢ χαλαρότητι λογισμῶν οἰκείων, τὴν ἧτταν ὑπομεμενηκότες φανείησαν. Οὕτως οὐδὲν εἰκαῖον οὐδὲ λόγου τοῦ κρατίστου χωρὶς οὔτε ἦν, οὔτε ἔστιν, οὔτε μήποτε γένηται τῶν ὑπὸ θεοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ προνοίας συγχωρουμένων· ὥσπερ οὖν καὶ τότε ποικίλα μὲν καὶ ἄλλα περὶ τοὺς παῖδας ἐγίνετο πάθη· ἓν δὲ, ὃ καὶ μνήμης ἔστι μάλιστα ἄξιον, διηγήσομαι. Ἔχει γὰρ ὧδε.

7. Maximianus cum duos quosdam pueros genere fratres, illustri loco natos, curasset sistendos; primo quidem conabatur eos quibusdam promissis inescare, quibus existimabat pueros maxime illiciendos: postea jussit eis afferri ex iis, quæ erant apud ipsum, sacrificiis, et quæ videntibus pueris sacrificaverat, ut et gustarent, et nullis malis afficerentur. Illis autem aversantibus, et deflentibus, et ut poterant, lingua eis balbutiente dicentibus, quod non sic didicissent a parentibus, sed alius esset modus quo ii utebantur; minatus est, ab ira mutatus, quin etiam variis eos affecit verberibus. Cum vero pueri fortiter resisterent, et nullo modo cederent eos utique divina roborante virtute; quidam e sophistis, qui illic aderat simul cum imperatore, et ad hæc eum maxime incitabat et inducebat, pollicitus est se statim effecturum ut ipsi comederent. Ridiculum enim esse dicebat, si a pueris adhuc balbutientibus viderentur superari Romanorum imperatores. Tale quid ergo machinatur: cum sinapi quamdam acutissimam et toleratu difficillimam excogitasset confectionem, eorum quidem caput pilis nudavit; cum autem medicamenti id, quod erat crassissimum, illivisset, ut ex majore materia, repentina et major simul virtus profundum penetraret, in igne accensum eos intulit balneum. Hoc in loco pueri, cum voluti quodam fulmine icta essent eorum capita, hac ipsa hora fuerunt inclinati ad solum usque. Nec multo post eadens eorum ætate minor prior est mortuus, cum non potuisset resistere magnitudini flamınæ accensæ in calvaria. Cum autem alter vidisset fratrem cecidisse, quam maxima potuit voce bona verba est effatus, fratris exsultans victoria, cumque amplexus est et osculatus, et eum proclamavit victorem, assidue exclamans: Frater mi,

ζ'. Ὁ Μαξιμιανὸς δύο τινὰς παῖδας ἀδελφοὺς τὸ γένος, τῶν λαμπρῶν γενομένων, παραστησάμενος. τὰ πρῶτα μὲν ὑποσχέσεσί τισιν ἐπεχείρει δελεάξειν, οἷας ᾤετο παισὶν ὅτι μάλιστα γενήσεσθαι ἐπαγωγοτάτας· καὶ προσφέρειν ἐκέλευεν αὐτοῖς τῶν παρ' αὐτῷ θυμάτων, ὧν ἐπ' ὀφθαλμοῖς τῶν παίδων θύσας ἦν, ἐφ' ᾧτε ἀπογεύσασθαι, καὶ κακῶν ἀπαθεῖς μεῖναι. Τῶν δὲ ἀποστρεφομένων τε καὶ ἀνακλαιόντων, καί ὡς ἠδύναντο φασκόντων τῆς γλώσσης αὐτοῖς ἔτι ψελλιζομένης, καὶ ὅτι οὐχ οὕτως παρὰ τοῖς ἑαυτῶν πατράσιν μεμαθηκότες εἶησαν, ἀλλ' ἕτερος εἴη τρόπος ὁ παρ' ἐκείνοις τελούμενος, ἠπείλει μεταβαλλόμενος αὖθις, καὶ δὴ καὶ προσῆγεν αὐτοῖς ποικίλας αἰκίας. Ὡς δὲ καὶ πρὸς ταύτας οἱ παῖδες ἀπομαχόμενοι ἵσταντο, καὶ οὐδαμῶς ἐνεδίδουσαν τῆς θείας αὐτοὺς δήπου ῥωννυούσης δυνάμεως· τῶν τις σοφιστῶν ἐκεῖθι τῷ βασιλεῖ παρὼν ὁ πρὸς τὰ τοιαῦτα μάλιστα παρορμῶν τε καὶ ὑφηγούμενος, αὐτὸς ὑπέστη παρασκευάσειν αὐτοὺς αὐτίκα βρώσεσθαι παντὸς τοῦ προσφερομένου· καταγέλαστον γὰρ εἶναι παίδων ἔτι ψελλιζομένων φανεῖεν οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς ἥττους γενόμενοι. Μηχανᾶται τοίνυν τοιόνδε· νάπυος τινὰ σκευὴν ὀξυτάτην καὶ δυσκαρτέρητοϊ ἐπινοήσας, ἐψίλωσε μέν αὐτοῖς τὰς κεφαλὰς τῶν τριχῶν· τοῦδε φαρμάκου παχύτατον ἐπιπλάσας, ἵν' ἐκ πλείονος τῆς ὕλης ἀθρόα καὶ πλείων ἡ δύναμις ἡ τοῦ βάθους καθαπτομένη, εἰς πυριφλεγεῖς εἰσεκόμισε βαλανεῖον. Ἐνταῦθα δὴ οἱ παῖδες ὥσπερ τινὶ πρηστῆρι τὰς κεφαλὰς βληθέντες αὐθωρὸν συνεκάμφθησαν μέχρις ἐδάφους. Καὶ μετ' οὐ πολὺ πεσὼν ὁ νεώτερος αὐτῶν ἔθανεν, οὐκ ἀντισχὼν πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ἐξαφθείσης τοῦ κρανίου φλογός· ὁ δὲ ἕτερος ὡς εἶδε πεσόντα τὸν ἀδελφὸν ἀνευφήμησε ὁπηλίκον ἠδύνατο μέγιστον τῇ τοῦ ἀδελφοῦ νίκῃ ἐπαγαλλόμενος, καὶ περιλαβὼν αὐτόν ἐφίλει, καὶ νικηφό-

ρον ἐδόα, καὶ συνεχῶς · Ἀδελφέ μου, νενίκηκας, ἐκ- A vicisti, donec hoc dictum eloquens, eumque com-
εκράγει, μέχρις οὗ καὶ αὐτὸς τοῦτο ἔπος ἐπιφθεγ- plectens et osculans, ipse quoque exspiravit et
γόμενος αὐτῷ καὶ περιπλεγνύμενος καὶ φιλῶν προσ- jacuit fratrem jam ulnis tenens. Accidit autem
απέπνευσεν, καὶ ἔκειτο ἤδη τὸν ἀδελφὸν ἐνηγκαλι- illo tempore hæc perpessio maxima, et iis, qui
σμένος. Καὶ πάθος μέγιστον δὴ τοῦτον κατ' ἐκεῖνον videbant, maxime miserabilis, ipsa quidem certe
συνέβη τὸν χρόνον, καὶ τοῖς ὁρῶσιν ἐλεεινότατον, ætate attrahente plurimorum animos ad miseri-
αὐτῆς δήπου τῆς ἡλικίας εἰς οἶκτον τὰς τῶν πλειό- cordiam. Et eos quidem ii qui ad ipsos genere
νων γνώμας ἐπισπωμένης. Καὶ τούτους μὲν οἱ προσ- attinebant, cum sustulissent, sepelierunt cum
ήκοντες ἀνελόμενοι σὺν τοῖς ἄλλοις ἔθαψαν παισὶ διὰ aliis pueris, propter causæ communitatem. Et
τὸ κοινὸν τῆς αἰτίας · καὶ νῦν ἔστιν αὐτῶν τὸ μαρ- hoc est martyrium circa Nicomediam, quod no-
τύριον περὶ τὴν Νικομήδειαν, τῶν νηπίων οὕτω μέχρι minatur martyrium infantium, usque in hodier-
τοῦ παρόντος ὀνομαζομένων. nam diem.

CAPUT III.

Lucianus varios convertit : conjicitur in carcerem.

η'. Ὁ δὴ Λουκιανὸς ἐπειδὴ τῆς Καππαδοκίας ἐπ- B 8. Cum autem Lucianus, dum duceretur, ve-
έδη φερόμενός τισιν ἐντυχὼν, ἐκεῖ τῶν τοῖς ὅπλοις nisset in Cappadociam (8), et convenisset quos-
στρατευομένων, Χριστιανοῖς μὲν οὖσιν, εἰς ἀρνή- dam illic milites, qui erant quidem Christiani,
σεως δέ πως ἀνάγκην ἀφικομένοις, ἀνεκαλεῖτο τὰς coacti autem fuerant abnegare, eorum mentem
γνώμας αὐτῶν, ὑποδεικνύς τε καὶ ὑφηγούμενος, ὡς revocavit, ostendens et exponens, quod sit om-
αἰσχρότατον ἂν εἴη πάντων, ἄνδρας καὶ ταῦτα στρα- nium turpissimum, viros eosque milites videri
τιώτας ἀγεννεῖς ὀφθῆναι, καὶ πρὸς την τοῦ θανάτου ignavos ac pusillanimes, et ad mortis adeundum
πεῖραν ἀτολμωτάτους · ὧν καὶ γυναῖκες ἤδη τινὲς, periculum timidissimos, quibus quædam jam fe-
μᾶλλον δὲ καὶ παῖδες γεγόνασι κρείττονες· πῶς δ' minæ, atque adeo pueri, fuere superiores. Quo-
ἂν ὑμεῖς, ἔφη, τοῦ ἐπικήρου βασιλέως προκινδυνεύ- modo autem vos, inquit, pro rege caduco et terre-
σητε, τὸν οὐράνιον ἑτοίμως οὕτω προδεδωκότες ; τί no pericula adibitis, qui cœlestem tam cito prodi-
δὲ καὶ τὸ χύρωμα ἢ φύλαγμα ὑμῖν γενήσεται σω- deritis ? Quod autem erit vobis munimentum aut
τηρίας, εἰ ἐκεῖνος ὑμᾶς αὐτίκα τύχῃ τῶν ἐνθένδε præsidium salutis, si ille vos mox hinc accersierit?
μεταπεμψάμενος ; Ἆρ' ἐννοεῖτε ὡς αὐτὸς διέπει καὶ Non cogitatis eum hoc universum et regere et ad-
πρυτανεύει τόδε τὸ πᾶν ; κἀκεῖνος ἔστι ζωῆς τε καὶ ministrare ; illumque et vitæ esse dispensatorem,
θανάτου κύριος ; Πολλῷ τοίνυν βέλτιόν ἐστι τοῦ C et mortis dominum? Est ergo longe melius, præ-
παρόντος βίου λόγον ἐλάττω ποιησαμένους τῆς παρ' sentem vitam minus curantes, consequi, quæ apud
ἐκείνῳ τυχεῖν ἀτελευτήτου μακαριότητος, ἢ τῆς ἐν- illum nunquam desinit, beatitudinem, quam vitam,
ταῦθα ζωῆς περισχομένους, ταύτης δὲ οὐδὲν ἧττον quæ hic est, amplectentes, ab hac nihilo secius
διαμαρτεῖν, μέλλοντας ἴσως καὶ ὑπὸ πολεμίων ταύ- excidere, ut qui forte sitis et hac privandi ab
την ἀφαιρεθῆναι, κἀκείνης τε ἐκπεσεῖν, καὶ δίκην hostibus, et illam non assecuturi, et præterea da-
ἔτι διδόναι, κολασθησομένους ἀθάνατα. Τούτους ἐκεῖ- turi pœnas puniendi immortales. Illi ergo cum hæc
νοι δεξάμενοι τοὺς λόγους, ἐγνωσιμάχουν, καὶ μετ- audivissent, resipuerunt, et eos pœnituit se ne-
έμελε σφίσιν ἀρνησαμένοις, καὶ αὖθις ἐφ' ἑαυτοὺς gasse. Et cum rursus ad se rediissent, et libere es-
ἐπανελθόντες καὶ παῤῥησιασάμενοι, τὸν ὑπὲρ Χρι- sent locuti, plurimi (9) propter Christum mortem su-
στοῦ θάνατον οἱ πλείους ὑπέστησαν, ὄντες οὐκ ἐλάτ- bierunt, cum essent non pauciores numero quam
τους τὸν ἀριθμὸν τεσσαράκοντα · τινὲς δὲ καὶ πά- quadraginta ; nonnulli autem cum decertassent
σαις κολάσεων ἰδέαις προσαγωνισάμενοι, ἐπέζησαν adversus omnia genera suppliciorum, vixerunt ad-
ἔτι μηδὲν ἀγεννὲς μετὰ τὴν δευτέραν πεῖραν ὑπο- huc, cum nihil turpe et ignavum præ se tulissent
μεμενηκότες, ἀλλὰ καὶ τὴν προτέραν τῆς ἀρνήσεως in secunda experientia ; sed prius quoque judi-
δίκην τῇ νῦν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐνστάσει διαλυτά- D cium negationis, invicta deinceps pro pietate
μενοι. constantia delevissent.

θ'. Ὁ δὲ Λουκιανὸς πάρεργα τῆς ὁδοῦ ταῦτα καὶ 9. Lucianus autem, cum in transitu itineris hæc et
τοιαῦτα πλείω διαπραξάμενος, εἰς τὴν Νικομήδειαν plura hujusmodi effecisset, delatus est Nicomediam.
ἐκομίσθη · τούτου δὲ τοῦ ἀνδρὸς ὁμιληταὶ γεγόνασι Hujus autem viri fuere multi familiares, et ex iis non-
πλείους, καὶ οἱ μὲν αὐτόθι συμπαρῆσαν αὐτῷ κατὰ nulli cum eo aderant decertante Nicomediæ, alii abe-
τὴν Νικομήδειαν ἀγωνιζομένῳ · οἱ δὲ οὔ · ἐξ ὧν τινες rant. Ex quibus cum aliqui ad eos accessissent ii,
προβαλόντων αὐτοῖς τῶν ἑλληνίσαι βιασαμένων, ἐν- qui cogebant Christianos ritum sequi gentium,
έδοσαν μὲν τὰ πρῶτα μὴ δυνηθέντες ἀρκέσαι πρὸς primo quidem cesserunt, ut qui non possent tor-
τὰς βασάνους · ἔπειτα μέντοι Λουκιανὸς ὁ θεῖος (ἔτι mentis sufficere ; at cum divinus Lucianus (adhuc
γὰρ ἔζη) προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, καὶ λόγοις παν- enim vivebat) eos ad se accersivisset, et omne genus

(8) Hinc patet, terrestri itinere Antiochiæ Nicomediam perductum esse Lucianum.

(9) Hi cum aliis fortasse in eadem Cappadocia passis coluntur 23 Maii.

sermonibus eorum animos correxisset, et quantum sit transgressionis periculum ostendisset, et quod nemo eorum, qui suam prodiderit in Christum confessionem, effugiet flammam gehennæ, quæ non potest exstingui ; ducti pœnitentia, ab eo reducti sunt in Ecclesiam.

τοίοις αὐτῶν ἀνορθώσας τὰς γνώμας, καὶ ὅσῳ τὸ κινδυνῶδες τῆς παραβάσεος ὑποδείξας, καὶ ὡς οὐδεὶς τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν καταπροδοὺς διαδράσεται τὴν ἀσβεστου φλόγα τῆς γεέννης εἰπών, μεταγνῶναί τε παρεσκεύασεν, καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἐπανήγαγεν αὖθις.

10. Ex iis autem, qui ad Lucianum venerant Nicomediam, erat etiam Antonius (10), discipulorum suorum dilectissimus : quo, postquam venit, usus est ministro ad scribendas epistolas, ut ipse quoque ostendit Lucianus in una epistola. Ex iis autem qui aberant, erant quidem plures viri, ex mulieribus autem Eustolia, et Dorothea, et Severa. Aiunt autem Pelagiam (11) quoque fuisse ex ejus discipulis. quæ Antiochiæ Syriæ vixit: quæ etiam dicitur seipsam e tecto altissimo dejecisse, cum accessissent qui eam erant comprehensuri, timens ne abominandum quid per vim sustineret (erat enim virgo), et eo modo esse mortuam : quam etiam in hodiernum usque diem honorant tanquam martyrem, qui sunt amantes martyrum.

ι'. Τῶν δὲ εἰς τὴν Νικομήδειαν τῷ Λουκιανῷ ἐπεληλυθότων, καὶ Ἀντωνῖνος ἦν τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ὁ ἀγαπητότατος, καὶ διακόνῳ γε τούτῳ ἐπειδὴ ἀφῖκετο πρός τὴν τῶν ἐπιστολῶν ἐχρήσατο γραφήν, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Λουκιανὸς ἐν μιᾷ ἐπιστολῇ τοῦτο δεδήλωκεν · τῶν δὲ ἀπόντων ἀνδρῶν μὲν πλείους ἐτύγχανον, γυναικῶν δὲ Εὐστόλια, καὶ Δωροθέα, καὶ Σεουήρα, Φησὶ δὲ καὶ Πελαγίαν τῶν αὐτοῦ γενέσθαι μαθητριῶν, τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας πρὸς Ἀμανῷ τῷ ὄρει βιώσασαν · ἥτις λέγεται καὶ ἑαυτὴν ἄνωθεν ἀπὸ στέγους ὑψηλοτάτου βαλεῖν, ἐπιστάντων αὐτῇ τῶν συλλήψομένων, δέει τοῦ μήτι πρὸς βίαν ὑπομεῖναι τῶν ἀπεκτῶν (παρθένος γὰρ ἦν), καὶ τοῦτο ἀποθανεῖν τὸν τρόπον · ἣν καὶ εἰς δεῦρο τιμῶσιν ὡς μάρτυρα γενομένην οἱ φιλομάρτυρες.

11. Porro autem cum de Luciano a multis audiret Maximianus, tantam in ejus facie insidere reverentiam, ut si eum solum vidisset, veniret in periculum ne fieret Christianus; postquam jussit ut ille adduceretur, timens ne sibi tale quid accederet, velo interjecto separat sermonis congressionem, et verba procul ad eum emittebat, intermedio utens sermonis ministro. Et primum quidem pollicebatur se innumerabilia ei esse largiturum, et rerum gerendarum habiturum eum esse consiliarium, et Patrem imperatoriæ dignitatis, et socium sollicitudinis quæ pro summa rerum suscipitur ; et plura alia hujusmodi: pro quibus omnibus unum solum dicebat se petere, nempe ut diis sacrificaret. Cum autem ille, audita donorum magnitudine, quæ de eis dicebantur, nihili fecisset, et ne universum quidem mundum esse cum pietate in Deum conferendum dixisset, tunc jam mutatus imperator, minatus est se ad supplicium ei esse intentaturum, quidquid longum tempus invenisset, et si quid ipse posset invenire novum et inauditum. Illo autem adversus hæc interritam opponente audaciam, et parato prodire in aciem, valde indignatus imperator, eum quidem noluit quam primum tollere de medio; putabat enim se sic ei gratificaturum, ut qui eum illico liberaret a malis; sed jussit in carcerem conjectum torqueri variis modis.

ια'. Ὁ μέντοι Λουκιανὸς ὡς τῆς Νικομηδείας ἐπεόη φερόμενος παρὰ πολλῶν ὁ Μαξιμιανὸς πυνθανόμενος, ὥσει καὶ μόνον θεάσαιτο τὸν ἄνδρα, κἂν χριστιανίσαι κινδυνεύσειε · τοσαύτην γὰρ αἰδὼ προκαθῆσθαι τῆς τοῦ ἀνδρὸς μορφῆς, δείσας μή τι πάθοι τοιοῦτον, παραπετάσματι μέσῳ διατειχίζει τὴν ὁμιλίαν, καὶ ἐκ μακροῦ τοὺς πρὸς αὐτὸν διέπεμπε λόγους, μέσῳ τῷ τῶν λόγων διακόνῳ χρώμενος. Καὶ πρῶτον μὲν ὑπισχνεῖτο μυρία δῆτα φιλοτιμούμενος, σύμβουλόν τε τῶν πρακτέων αὐτὸν ἕξειν, καὶ πατέρα τῆς βασιλικῆς ἀξίας, καὶ κοινωνὸν τῆς ὑπὲρ τῶν ὅλων φροντίδος, καὶ ἄλλα πλείω τοιαῦτα, ὧν ἁπάντων ἔφασκε μονώτατον αἰταιτεῖν τὸ θύσαι τοῖς θεοῖς. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἀκούσας τὸ τῶν δωρεῶν μέγεθος, ἐν φαύλῳ τε τοὺς περὶ τούτων λόγους πεποίητο, καὶ οὐδὲ αὐτὸν ἔφη τὸν ἅπαντα κόσμον ἀντάξιον τῆς εἰς τὸν Θεὸν εὐσεβείας τίθεσθαι, τότε δὴ μεταβαλλόμενος ὁ κρατῶν ἠπείλει πᾶν ὅ τι τε ὁ μακρὸς χρόνος ἐξεῦρεν εἶδος εἰς κόλασιν ἐπάξειν αὐτῷ, καὶ εἴ τιπερ αὐτὸς ἐφευρεῖν δυνηθείη καινότερον. Ἐκείνου δὲ καὶ πρὸς ταῦτα τὸ θαρρεῖν ἀκαταπλήκτως προβαλλομένου, καὶ πρὸς ἀντιπαράταξιν ἀπομαχομένου, ὑπεραγανακτήσας ὁ βασιλεὺς ἀνελεῖν μὲν αὐτὸν διὰ ταχέων οὐκ ἐγίνωσκε δεῖν · χαριεῖσθαι γὰρ ἐνόμιζεν αὐτῷ τὴν ἀθρόαν τῶν χαλεπῶν ἀπαλλαγήν· προσέταξε δὲ αὐτὸν εἰς τὴν εἱρκτὴν ἐμβληθέντα κατὰ ποικίλους τὸ σῶμα στρεβλοῦσθαι τοὺς τρόπους.

CAPUT IV.

In tormentis moritur.

12. Cum eum ergo accepissent ii, quibus hoc erat imperatum, eum multis et variis affecere cruciatibus, quibus erat quidem gravem accepturus dolo-

ιβ'. Παραλαβόντες τοίνυν αὐτὸν οἱ πρὸς τοῦτο τεταγμένοι ποικίλας ἐπῆγον αὐτῷ καὶ πολυτρόπους αἰκίας, αἷς ἀλγυνεῖσθαι μὲν σφοδρῶς ἔμελλεν, ἀν-

(10) Hic est, ni fallor, quem Niceph. lib. VIII, cap. 31, et lib. IX, c. 17. Antonium vocat, aitque, Tarsi Ciliciæ episcopum fuisse, et postquam cum aliis Luciani discipulis, quos recenset, tormentis victus ad gentilitias superstitiones deflexisset, præceptore opem ad pœnitentiam ferente, iisdem renuntiasse ; quamvis deinde in Arii declinaverit errores.

(11) Colitur S. Pelagia 9 Junii.

θέξειν δὲ χρόνον ἐπὶ πολὺν κολαζόμενος· καὶ τοῦτο μὲν, εἰς τὴν ποδοκάκην, ξύλον δὲ πρόμηκές ἐστιν στρεβλωτήριον, ἀμφοτέρους αὐτοῦ τοὺς πόδας ἐνεβίβαζον, ἐπὶ τέσσαρα τρήματα διελκύσαντες, ὅπερ ἐστὶ τὸ τῆς τιμωρίας ταύτης βαρύτερον, ἅτε τῶν γλουτῶν ἑκατέρωθεν αὐτῷ βιαίως ἐξαρθρουμένων· τοῦτο δὲ, κατὰ νώτου παντὸς δεινὰς ὀστράκων ἀκίδας κακομηχάνῳ γνώμῃ πυκνὰς καὶ συνεχεῖς ὑπεστόρεσαν, καὶ ἵνα γε μηδὲ στρέφεσθαι τῷ δικαίῳ ἐξῇ, μηδὲ κινεῖσθαι τιτρωσκομένῳ ταῖς τοιαύταις ἀκίσι, διατείναντες αὐτοῦ τὰς χεῖρας ἐπί τινι ξύλῳ ὑπὲρ κεφαλῆς κειμένῳ ἐδέσμουν. Καὶ ἄλλα τε πλεῖστα ἐνύβριζον αὐτῷ, καὶ δὴ καὶ τροφῆς αὐτὸν εἶργον ἁπάσης, πλὴν εἰ νῶν παρ' αὐτοῖς μιαρῶς θυομένων ἐθελήσειε μετασχεῖν· τούτων γὰρ καὶ ἐπιδαψιλευόμενοι ὤρεγον. Ὁ δὲ μυρίους μᾶλλον ἀνθῃρεῖτο θανάτους, καὶ ἴδιον ἦν αὐτῷ μένοντι ἀποσίτῳ ταῖς ἐκ τοῦ λιμοῦ παραφθείρεσθαι κεδόσιν, ἢ καὶ μόνην ἐκείνων ὑπομεῖναι τὴν θέαν· καὶ διέμενεν οὕτως ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς τῷ λιμῷ καταδαπανώμενος τέσσαρες καὶ δεκάτας πάσας ἡμέρας, τὰ συνήθη τε ποιῶν, καὶ λόγοις διδασκαλίας ἐπιθαρσύνων τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διὰ Χριστὸν κατακεκλεισμένους, καὶ προσευχαῖς ἐπιμονωτάταις ἐπιστηρίζων.

ιγ'. Ἐπειδὴ δέ τινες ἡμέραι διεληλύθεσαν αὐτῷ τρόπον ὃν εἴρηται κακουμένῳ, καὶ ἤγγιζε μὲν ἤδη τῶν Θεοφανίων ἡ ἑορτὴ, τοὺς δὲ μαθητὰς (παρῆσαν γὰρ αὐτόθι πλείους ἔκ τε τῆς Ἀντιοχείας αὐτῷ καί τινων ἄλλων τόπων συναθροισθέντες) κατηφιᾷν εἰσήει, λογιμένους ὡς αὐτίκα τε τούτους ἀπολιπὼν οἰχήσεται μὲν ὁ διδάσκαλος, οὐκέτι δυνάμενος ἀντέψειν πρὸς τὸν πολυχρόνιον ἐκεῖνον λιμόν· αὐτοὶ δὲ οὐδαμῶς τούτῳ συνεορτάσαι τὴν τῆς θεοφανίας ἡμέραν ἀξιωθήσοντας (πόρρω γὰρ αὐτοῖς ἐφαίνετο οὖσα), καὶ μὴ δύνασθαι μέχρις αὐτῆς τὸ τοῦ διδασκάλου σῶμα ἀποχρήσειν αὐτῷ ἅτε τῆς ἀσιτίας ἤδη τὸ πλεῖστον αὐτῷ κατηναλωκυίας· ὁ ἀοίδιμος ἐκεῖνος ἀνὴρ πρὸς ταῦτα αὐτοῖς ἀντιφθεγγόμενος θαρρεῖν ἰσχυρῶς ἐκέλευε. Συνέσομαι γὰρ ὑμῖν, ἔφη, καὶ τὴν τῶν Θεοφανίων ἡμέραν σὺν ὑμῖν ἑορτάσω, οἰχήσομαι δὲ τῇ ἐπιγινομένῃ. Καὶ μέν δὴ καὶ ἐτελεύτησεν εἰς ἔργον οὗτος ὁ λόγος, θείας ἐπ' αὐτῷ δυνάμεως σαφῶς διαδεικνυμένης.

ιδ'. Ἐπεὶ οὖν ἡ προσδοκωμένη τῆς ἑορτῆς ἡμέρα κατέλαυνεν, ἐπόθησαν μὲν οἱ μαθηταὶ τελευταίας δὴ παρὰ τοῦ διδασκάλου ταύτης ἀπολαῦσαι μυσταγωγίας. Ἐδόκει δὲ ἄπορον εἶναι πῶς ἂν ἡ τράπεζαν εἰς τὴν εἱρκτὴν εἰσαγάγοιεν, ἢ τοὺς τῶν ἀθέων λάθοιεν ὀφθαλμούς, πολλῶν τότε τῶν μὲν παρόντων ἐκεῖ, τῶν δὲ εἰσαφικνουμένων. Ὁ δὲ τράπεζαν μὲν, ἔφη, τόδε τὸ ἐμὸν ἔσται στῆθος ὑμῖν, οὔ μοι δοκῶ τῆς ἐξαψύχου ὕλης ἀτιμοτέρα γενησομένη Θεῷ, ναὸς δὲ ἅγιος ὑμεῖς μοι γενήσεσθε, πανταχόθεν με περιστοιχισάμενοι· καὶ οὕτως ἐτελεῖτο μὲν ταῦτα τόνδε τὸν τρόπον. Ἤδη γὰρ ὡς ἐπὶ τελετῆς ζωῆς ὄντος τοῦ μάρτυρος, οἵ τε φύλακες ἀνεῖντο, καὶ Θεὸς, ἔγωγε οἶμαι, τόν τε μάρτυρα τιμῶν, καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἀπαραμύθητον ἀφεῖναι τὸν πόθον μὴ ἀνεχόμενος, παρασκευάζει τὸ πρὸς τὴν ἐκκληρωτιν τῶν

A rem, longo autem tempore in pœnis duraturus. Et nunc quidem in cippum (est autem hoc tormenti genus oblongum) ambos ejus pedes immittebant, ad quatuor distrahentes foramina : quod quidem est in hoc supplicio gravissimum, cum utrinque coxendices violenter e suis moveantur articulis : nunc autem in toto dorso graves testarum aculeos densos et continuos maligno animo substernebant: et ut ne liceret quidem viro justo se vertere, et ne moveri quidem, dum talibus sauciaretur aculeis; ejus manibus extensis, eas vinciebat in quodam ligno, quod erat positum super ejus caput. Quin etiam aliis quoque multis eum afficiebat probis ac contumeliis, et eum etiam arcebant ab omni cibo, nisi vellet vesci iis quæ ab ipsis sacrificabantur ; ea enim affatim porrigebant. Ille autem maluisset subire mortes vel innumerabiles, et libentius manens jejunus, paulatim a fame esset consumptus, quam vel illorum solum passus esset conspectum. Sic igitur permansit Christi servus, qui a fame consumebatur, totos quatuordecim dies faciens consueta, et verbis doctrinæ animum addens iis qui pro Christo erant inclusi in carcere, et eos confirmans constantissimis et perpetuis precibus.

13. Cum autem aliquod jam dies transissent, et quo eo modo, quo diximus affligebatur, et jam appropinquaret quidem dies festus Theophaniorum; discipulos autem (jam enim ei plures aderant ex Antiochia et ex aliis locis congregati) subiisset tristitia, reputantes fore, ut eis satim relictis abeat quidem magister, non valens resistere diuturnæ illi fami ; ipsi autem nequaquam digni censeatur, qui Theophaniæ diem festum cum eo celebrent; videbatur enim eis esse adhuc valde remotus, et non posse magistri corpus usque ad eum diem sufficere, utpote quod inedia illud jam magna ex parte consumpsisset: vir ille inclytus eos consolans, jubebat esse bono animo : Ero enim, inquit, vobiscum, et diem festum Theophaniorum vobiscum celebrabo: recedam autem postridie. Ad effectum autem deductum fuit id quod dixerat, aperte divina in hoc ostensa virtute.

14. Cum ergo advenisset dies festus, qui exspectabatur, desiderabant quidem discipuli hanc ultimam a magistro consequi mysterii divini celebrationem. Videbatur autem esse dubium, quonam modo mensam quidem in carcerem inferrent, aut laterent impiorum oculos, cum multi quidem tunc partim illic adessent, partim autem accederent, ille vero: Mensa quidem, inquit, erit vobis hoc meum pectus, non, ut arbitror, Deo futura minus honesta ea quæ fit ex inanima materia, templum autem sanctum vos mihi eritis, me omni ex parte circumdantes. Et sic hæc facta quidem sunt hoc modo. Jam enim, ut quod esset sanctus in fine vitæ, et remissi erant custodes, Deo, ut ego quidem arbitror, qui martyrem honorare volebat, et suorum discipulorum non sustinebat inconsolabile videri

desiderium, efficiente, ut citra impedimentum fierent ea, quæ erant proposita. Nam com omnes eos martyr fecisset in orbem consistere, ut inter se invicem alter prope alterum stantes, eum tuto comprehenderent, jussit suo pectori imponi signa divini sacrificii. Postquam hæc fecissent, et in cœlum protinus sustulit obtutum, cum jam vix posset extollere, et preces peregit consuetas. Deinde cum divina plurima esset effatus, et sacro ritu omnia peregisset proposita, ipse et fuit particeps Sacramentorum, et transmisit ad eos qui aderant, ut ipso quoque ostendit in ultima ad eos epistola. Et hunc quidem diem cum eis transegit, sicut erat pollicitus.

προκειμένων ἀκώλυτον· πάντας γὰρ αὐτοὺς ὁ μάρτυς κύκλῳ περιστησάμενος, ὡς ἂν ὁμοῦ τοῦτον καὶ παρ' ἀλλήλους στάντες ἀσφαλῶς περιλάβωσιν, ἐκέλευε τῷ ἑαυτοῦ στήθει ἐπιφέρειν τὰ τῆς γείας ἱερουργίας σύμβολα. Ἐπεὶ δὲ ταῦτ' ἔθεσαν, εἰς οὐρανόν τε ἀνῆκεν εὐθὺς συμπεσὼν ἤδη τὸ βλέμμα καὶ μόλις ἀνατεῖναι δυνάμενος, καὶ τὰς συνήθεις εὐχὰς ἐποιεῖτο, εἶτα καὶ πλεῖστα ἐπιθειάσας, καὶ κατὰ τὸν ἱερὸν θεσμὸν ἅπαντα τὰ προτεθέντο τελεσάμενος, αὐτός τε μετέσχε τῶν μυστηρίων, τούς τε παρόντας τῶν μαθητῶν ἐπέτρεψε μετασχεῖν, καὶ τοῖς ἀποῦσι διέπεμψεν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἐσχάτῃ πρὸς αὐτοὺς ἐπιστολῇ ταῦτα δεδήλωκεν. Καὶ ταύτην μὲν δὴ τὴν ἡμέραν συνδιήρκεσε τούτοις ὥσπερ ἦν ὑποσχόμενος.

15. Postridie autem cum venissent quidam ab imperatore, visuri an adhuc viveret (videbatur enim eis valde mirandum, quod vitam hucusque produxisset), posiquam prope se stantes aspexit eos qui advenerant, cum se, quantum poterat extendisset, et ter dixisset, Sum Christianus ; simul cum ultima voce emisit spiritum.

ιε'. Εἰς δὲ τὴν ὑστεραίαν ἐλθόντων παρὰ τοῦ βασιλέως τινῶν τῶν ὀψομένων εἰ ἔτι γε διαζῇ (θυμὰ γὰρ αὐτοῦς ἐξαίσιον ἡ τῆς ζωῆς αὐτοῦ μέχρι τούτου παράστασις), ἐπειδὴ πλησίον ἑαυτοῦ σταντας ἐθεάσατο τοὺς ἀφικομένους, ὁπηλίκον ἐδύνατο βιασάμενος ἑαυτὸν, καὶ τρίτον ἀνειπὼν τὸ Χριστιανός, εἰμι, τῇ τελευταίᾳ φωνῇ συναφῆκε τὸ πνεῦμα.

CAPUT V.

Ejus sepultura. Helenopolis civitas.

16. Sunt autem qui dicant, eum adhuc spirantem projectum fuisse in profundum maris. Maximianus enim admiratus ejus perpetuam ad finem usque constantiam, jussit iis qui in ejusmodi rebus inserviunt, ipsum in mare jacere, cum magnum lapidem appendissent brachio ejus dextero, ut, submersus nusquam appareret, et corpus ejus nullam assequeretur sepulturam, nec justa ei fierent. Atque fuit quidem in profundo quatuordecim dies, nempe totidem, quot in carcere decertarat adversus varias corporis perpessiones. Quintodecimo autem delphinus in siccum eum hoc modo extulit : cum ejus discipuli circa ripas et littora alius alibi versarentur, ut viderent, si quo modo possent eum e mari ejectum invenire, tempore autem hiberno id valde esset turbatum : diuturnum tempus effecit, ut plane desperarent se posse id invenire.

ις'. Εἰσὶ δέ τινες οἳ λέγουσι αὐτὸν ἔτι μᾶλλον ἔμπνουν ὑπάρχοντα τῷ τῆς θαλάσσης ἐναπορῤῥιφῆναι βυθῷ. Ὁ γὰρ Μαξιμιανὸς πρὸς τὴν μέχρι τέλους ἔνστασιν αὐτοῦ καὶ τὸ ἀνένδοτον ἐκπλαγεὶς προσέταξε τοῦς ταῦτα διακονοῦσιν εἰς τὴν θάλασσαν αὐτὸν ῥῖψαι, λίθον μέγιστον τοῦ δεξιοῦ βραχίονος ἐξαρτησαμένους, ἵν' ὑποβρύχιος ἀφανισθεὶη γενόμενος, καὶ μηδεμιᾶς ὁ νεκρὸς αὐτοῦ ταφῆς, ἢ τινος ἄλλης θεραπείας ἀννηθείη τυχεῖν. Ὃν μὲν οὖν ἐν τῷ βυθῷ τεσσαρες καὶ δεκατὰς ἕλας ἡμέρας, ἐν ὅσαις περ ἦν καὶ ἐν τῇ εἱρκτῇ πρὸς τὰ ποικίλα πάθη τοῦ σώματος διαγωνιζόμενος. Τῇ δὲ πεντεκαιδεκάτῃ δελφὶς αὐτὸν ἐξεκόμισεν ἐπὶ τὸ ξηρὸν, τοῦτον τὸν τρόπον· τῶν μαθητῶν αὐτοῦ περὶ τὰς ἀκτὰς καὶ τοὺς αἰγιαλοὺς ἄλλων ἄλλῃ διατριβόντων, εἴ που δυνηθεῖεν αὐτὸν ἀποπτυσθέντα τῆς θαλάσσης ἀνευρεῖν· ἐν ὥρᾳ χειμερίῳ σφοδρῶς ἐκταραττομένης αὐτῆς, ὁ χρόνος παρατεινόμενος ἀπογνῶναι τούτους τὴν ἀνεύρεσιν παρεσκεύαζεν.

17. Interim vero adveniente quintodecimo die, martyr in sommis apparens cuidam Glycerio, germano suo discipulo, qui tunc versabatur in regione adversa continenti Nicomediæ, dicit ei: O tu, cum primum mane surrexeris, abi in hunc locum (ostendens locum littoris) ; te enim, inquit, conveniam, cum illuc veneris. Ille autem, cum primum, ex magna evidentia et admiratione eorum quæ ostensa fuerant, cum somnus dimisisset, et jam dies illucesceret, surgens, et quosdam alios, ex piis secum assumens, cum eis venit in locum, qui fuerat ei significatus. In eo autem ingens delphinus ascendebat e mari, jam ex eo emergens: qui cum esset exensus super aquæ superficiem, valde spirabat, et ad

ιζ'. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ τῆς πεντεκαιδεκάτης ἡμέρας ἐφισταμένης, ὄναρ ἐπιφανεὶς ὁ μάρτυς τῷ Γλυκερίῳ τινὶ τῶν γνησίων αὐτοῦ φοιτητῶν, ἐπὶ τῆς ἀντιπέρας πρὸς τὴν Νικομήδειαν ἠπείρου τηνικαῦτά τὴν διατριβὴν ποιουμένῳ, φησὶ πρὸς αὐτόν· Αὐτίκα, ὦ οὗτος, ἕωθεν ἀναστὰς εἰς τόδε τὸ χωρίον ἄπιθι (τῆς ἠϊόνος δηλώσας τὸν τόπον)· ἐντεύξομαι γάρ σοι, ἔφη, ἐκεῖ παραγενομένῳ. Ὁ δὲ, τάχιστα αὐτὸν ἐκ τοῦ λίαν ἐναργοῦς καὶ πληκτικοῦ τῶν δειχθέντων ὡς ὕπνος ἀνῆκεν, ἡμέρα τε ἤδη ὑπηύγαζεν, ἀναστὰς καί τινας ἑτέρους τῶν φιλευσεβῶν συμπαραλαβὼν, εἰς τὸ δηλωθὲν χωρίον ἐφοίτα μετ' αὐτῶν. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ δελφῖνος μέγιστόν τι χρῆμα ἐκ τῆς θαλάττης ἀνῄει, ἄρτι ταύτης ἀναδυόμενος, καὶ ἐπειδὴ

πρὸς τῇ ἐπιφανείᾳ του ὕδατος ἦν ἁπλωθεὶς, ἐφόσα τε μέγα καὶ πρὸς τὴν χέρσον ἐχώρει, καὶ πολὺς περὶ αὐτὸν ἀφρός τε καὶ ῥοῖζος ἦν, τῶν κυμάτων αὐτῷ συνεχῶς ἐπισχιζομένων. Ἔφερε δὲ ἄρα τὸν νεκρὸν ἐκτάδην, ὡς ἐπί τινος κλίνης κείμενον· καὶ θέαμα παράδοξον ἦν ἐφ' οὕτως ὀλισθηροῦ σώματος καὶ περιφεροῦς, μένων ἀτρέμας ὁ νεκρὸς, καὶ μήθ' ὑπὸ τοῦ οἰκείου βάρους, μήποτε μὴν ὑπὸ τῆς τῶν κυμάτων βίας τοῦ φέροντος αὐτὸν ὀχήματος περιολινδούμενος. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τῇ ἠπείρῳ γεγονὼς ὁ δελφὶς, μέτεωρος ἤρθη τῷ κύματι, καὶ γέγονεν ἐπὶ τοῦ ξηροῦ, ὁ μὲν αὐτίκα θεὶς ἀπέπνευσεν.

A terram contendebat : eratque circa ipsum multa spuma, et murmur fluctuum, qui ab ipso scindebantur. Ferebat autem extensum mortuum, tanquam in lecto jacentem. Eratque spectaculum admirabile, super corpus adeo lubricum et rotundum quiete manens mortuus, et nec a suo pondere, neque a vi fluctuum devolutus ab eo, quod ipsum portabat, vehiculo. Cum autem delphinus fuisset prope continentem, fluctu sublime fuit sublatus, et terræ id appulit. Atque ille quidem statim exspiravit.

ιη'. Ὁ δὲ νεκρὸς ἐπὶ τὴν ψάμμον ἐνεχθεὶς ἔκειτο σῶος, καὶ τὰ πάντα ἄρτιος, πλὴν ὅτι γε ἡ δεξιὰ χεὶρ, ἧς ὁ λίθος ἐξαρτηθεὶς ἔτυχεν, οὐ συνεπηκολούθησεν ἐξ αὐτῆς τῷ λοιπῷ σώματι. Καὶ εἰσὶν οἱ λέγοντες ὡς οὐδὲ ὕστερον ἐξεπέμφθη τῆς θαλάσσης, ἀλλ' ἔμενεν ἐν τῷ βυθῷ, ὅτι καὶ ἔδοξε τῷ Θεῷ, γενομένη. Τινὲς μέντοι φασὶ, μετ' οὐ πολὺ καὶ ταύτην ἀναδοθῆναι, παραρυέντος αὐτῇ τοῦ δεσμοῦ, καὶ αὐτὴν τῇ χέρσῳ προσκομισθεῖσαν τοὺς παρόντας ἀνελομένους, εἰς τὴν αὐτὴν ἀποκαταστῆσαι πάλιν τοῦ σώματος ἁρμονίαν. Συνέβη δὲ τὸ περὶ τὴν χεῖρα πάθος, τοῦ Θεοῦ, μοι δοκῶ, τιμῆσαι ταύτην ἰδίως βουληθέντος, ἅτε τὸν διὰ ταύτης ἐπὶ τῇ τῶν Γραφῶν ἐπανορθώσει γενόμενον πόνον ἀποδεξάμενον. Ἐν γὰρ τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ πάθεσι τὸ βαρύτερον ἐντιμότερον.

B

18. Mortuus autem statim in arenam delatus, jacebat salvus et omni ex parte integer, nisi quod manus dextra, cui lapis fuerat appensus, non est corpus quoque reliquum consecuta. Et sunt quidam qui dicunt, eam nec postea quidem fuisse e mari emissam, sed mansisse in profundo, effectam id quod Deo visum fuit. Nonnulli autem dicunt eam quoque non ita multo post fuisse redditam, cum effluxisset ei vinculum ; eamque in terram delatam. cum sustulissent ii qui aderant, restitutam fuisse rursus in eamdem compagem corporis. Hoc autem accidit manui, cum Deus, ut arbitror, eam seorsum voluisset honorare, ut qui acceptum habuisset laborem, qui per eam fuit susceptus in corrigendis Scripturis. Nam in perpessionibus, quas pro Christo susceperat, in majori honore fuit ea quæ erat gravior.

ιθ'. Οὐ γὰρ ἂν ἀπὸ ταυτομάτου νομίσειέν τις τὸν νεκρὸν ὑπὸ τοῦ δελφῖνος ἐκκομισθῆναι, οὐδὲ τινὸς αὐτῷ τύχης ἐργασαμένης. Ὅτι μὲν γὰρ τῷ ὄντι δελφὶς αὐτὸν τυγχάνει τῆς θαλάττης ἐξενεγκὼν, ὃν εἴρηται τρόπον, σαφέστατον εἶναι δοκεῖ, πολλῶν τε τῶν κατ' ἐκεῖνον γενομένων τὸν χρόνον μνήμην τοῦ τοιούτου ποιησαμένων. Καὶ αὐτος δὲ ἔτι ἐκ παιδὸς οἶδα ᾀδόμενον ἐπ' αὐτῷ, οὗ τὸ ἀκροτελεύτιόν ἐστι τόδε·

Δελφὶς δ' ἐπὶ νῶτα κομίζων
Ἐξέπνευσε φέρων ἐπὶ γαίην.

C

19. Non autem existimabit quispiam, corpus mortuum a delphino casu fuisse allatum, neque id factum fuisse forte fortuna. Nam quod revera quidem delphinus eum eo modo, qui dictus est, exportarit, videtur esse manifestissimum, cum multi, qui fuerunt illo tempore, hujus fecerint mentionem. Quin etiam ipse quoque scio ab ineunte ætate de illo cani solitum hoc, cujus est pars extrema :

In terram dorso portansque ex æquore delphin,
Exspiravit.

Ὅτι δὲ οὐ συντυχίας τὸ τοιοῦτον ἂν εἴη, δηλοῖ μὲν οὐχ ἥκιστα καὶ αὐτὸ τὸ μέγεθος τοῦ τελεσθέντος θαυματουργήματος, καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ ἐνύπνιον τὸ ἐπὶ τούτῳ γενόμενον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα δειχθέντα. Ἐξενεχθεὶς γὰρ τῆς θαλάσσης ὁ νεκρὸς θαῦμα τοῖς θεωμένοις ἐξαίσιον ἦν· πλὴν τοῦ κατὰ τὴν χεῖρα πάθους, τὰ ἄλλα γε ἀπαθὴς διαμένων, μήτε τῆς θαλάσσης ἐπὶ τοσαύτας αὐτὸν ἡμέρας λωβησαμένης, μήτε τινῶν ἰχθύων προσαψαμένων, μήτε τινὸς δυσώδους ὀσμῆς ἐκεῖθεν ἀποφερομένης, ὡς πανταχόθεν εἶναι σαφὲς ὅτι θεῖον ὑπῆρχε τὸ τελεσθὲν, καὶ οὔτε τό πρότερον ὀλιγωρίᾳ τινὶ Θεὸς, οὐδὲ τοῦ ἀμύνειν ἀδυναμίᾳ, τοὺς τηλικούτους ἀφῆκε τῷ μάρτυρι συνενεχθῆναι κινδύνους, οὔτε νῦν εὐλογωτάτης ἄνευ αἰτίας εἴασεν αὐτῷ διαζυγῆναι τὴν χεῖρα τοῦ λοιποῦ σώματος, ὅ γε τοσαύτην ἐπ' αὐτῷ θαυματουργίαν ἐκτελεσάμενος· ἀλλὰ τηνικαῦτά τε τὴν ἅπασαν αὐτοῦ κοσμῶν ἀρετὴν εἰς κοινωνίαν αὐτὸν ἐκάλεσε τῶν τοῦ παιδὸς ἑαυτοῦ παθημάτων.

D

Quod autem non factum sit casu, vel maxime quidem ostendit ipsa magnitudo miraculi quod factum est; somnium quoque, quod propter id evenit; quin etiam ea quoque quæ postea sunt ostensa. E mari enim exportatum corpus, erat insigne miraculum iis qui contemplabantur, ut quod præter id quod in mari acciderat, illæsum alioqui maneret, et nec mare tam multis diebus ei nocuisset, neque ulli pisces id tetigissent, neque ullus malus odor illinc emitteretur : adeo ut esset omni ex parte manifestum, fuisse divinum id quod factum est. Neque vero prius aliquo contemptu, neque quod eum non posset defendere, sivit Deus tanta pericula adire martyrem : neque nunc sine justissima causa sivit ei disjungi manum a reliquo corpore is qui in eo tam multa fecerat miracula. Sed et tunc universam ornaturus ejus virtutem, vocavit ipsum ad societatem passionum sui Filii, optimam et justissimam ei præbens occasionem ad

hoc ut ipsum quoque illius impertiret gloria. Et hæc est mihi communis ratio in omnibus martyribus, id est, testibus veritatis. Nunc autem volens confirmare studium, quod contulit in sacras Scripturas, esse opus plurimi faciendum, manum, quæ ei proprie in hac re inserviit, voluit etiam propriis honorare passionibus, quomodo etiam, ut arbitror, solent spectatores sertis redimire brachia athletarum. Quod si quis etiam crediderit eam in mari mansisse, ei licet et hæc considerare, et quod Deus miraculis sæpe etiam admiscet ea quæ procedunt a natura, ut per illa quidem ostendatur virtus effectrix miraculorum, per hæc autem fides quoque habeatur naturæ. Sed hæc quidem, et propter quam causam unumquodque contigit, pure demum sciat is qui hæc administrat. Quinetiam in singulis eorum, quæ ab ipso admirabiliter fiunt et geruntur, didicerit quisque aliam quoque esse arcanam, et quæ sit supra nos rationem, optimamque, et quæ comprehendi non potest, administrationem, neque temere aliquid fieri aut fortuito.

ἀρίστην αὐτῷ πρόφασιν παρασχὼν καὶ δικαιοτάτην, εἰς τὸ καὶ τῆς δόξης αὐτὸν τῆς ἐκείνου ποιήσασθαι κοινωνόν. Καὶ οὗτός μοι κοινός ἐστι κατὰ πάντων τῶν τῆς ἀληθείας μαρτύρων ὁ λόγος. Νῦν δὲ κυρῶσαι βουλόμενος τῷ ἀνδρὶ τὴν ἐν ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς εἰσενεχθεῖσαν σπουδήν, καὶ ὡς πολλοῦ τινος ἄρα ἦν ἡ πραγματία ἀξιωτάτη, τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν ἰδίως πρὸς τοῦτο διακονησαμένην ἰδίοις ἠξίωσε τιμῆσαι καὶ τοῖς παθήμασι· καθάπερ, οἶμαι, καὶ τῶν ἀθλητῶν οἱ θεαταὶ τοὺς βραχίονας εἰώθασι ταινιοῦν. Εἴ γε μέντοι τις αὐτὴν ἐγκαταμεμενηκέναι τῇ θαλάσσῃ πιστεύσειε, πάρεστι καὶ ἐπὶ τούτῳ λογίσασθαι ταῦτά τε, καὶ ὅτι ταῖς θαυματουργίαις θεὸς πολλάκις ἐγκαταμίγνυσι, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς φύσεως, ἵνα διὰ τὸ μὲν θαυματουργὸς δεικνύηται δύναμις, διὰ δὲ τῶν μὴ ἀπιστοῖτο ἡ φύσις· ἀλλὰ ταῦτα μὲν, καὶ δι' ἣν ἕκαστον τὴν αἰτίαν συμβαίνει, ἔστω καθαρῶς αὐτὸς ὁ τάδε διέπων. Πλὴν ἐφ' ἑκάστοις τῶν παρ' αὐτοῦ θαυματουργουμένων ἢ πραττομένων, ἐκμάτοι τις ἂν καὶ ἕτερον εἶναι λόγον ἀπόῤῥητον, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ ἀρίστην οἰκονομίαν, καὶ ἀκατάληπτον, καὶ μηδὲν εἰκῇ μηδὲν ὃν ἔτυχε γενέσθαι τρόπον.

20. Tunc ergo sic a delphino exportatum corpus, delatum est in arenam. Concurrentes autem discipuli, primum quidem, ut decebat, id salutabant, alius aliunde venientes, et osculabantur, et amplectebantur, unusquisque pro viribus, ob promptum et alacre animi studium. Deinde vero cum id sumpsissent, et propriis manibus extulissent, et ei justa omnia de more fecissent, in loco insigni deposuerunt. Et tunc quidem illi sepulcrum, quale potuerunt, prout tempus urgebat, statuerunt. Postea autem, quæ nobis salutarem Domini restituit Crucem, et magnum inter claros imperatores genuit Constantinum, veneranda Helena, quando revertebatur Hierosolymis, locum honorans, et in eo condidit (12) civitatem, convocatis habitatoribus ex iis, quæ circum circa erant, regionibus, et effectis operis participibus, et validis eam cinxit mœnibus, et martyri templum ædificavit maximum : quod nunc quoque insigne et pulchre exstructum cernitur ab iis, qui et terra et mari ingrediuntur ac navigant ; ad gloriam Domini nostri Jesu Christi, et eorum, qui propter ipsum decertaverunt : quoniam eum decet gloria in sæcula sæculorum. Amen.

κ'. Τότε δ' οὖν ὡς ὑπὸ τοῦ δελφῖνος ἐκκομισθεὶς ὁ νεκρὸς ἐπὶ τὴν ψάμμον ἠνέχθη, συνδραμόντες οἱ μαθηταὶ πρῶτα μὲν ἠσπάζοντο κατὰ τὸ πρέπον, ἀλλαχόθεν ἄλλος ἐπιγινόμενοι, καὶ ἐφίλουν τε ὡς ἦν δυνατὸν ἕκαστος ὑπὸ προθυμίας, καὶ περιέβαλλον. Ἔπειτα μέντοι διαλαβόντες, καὶ χερσὶν οἰκείαις ἐκκομισάμενοι, πάντα τε τὰ ἐπ' αὐτοῖς νενομισμένα τελέσαντες, ἐν τόπῳ ἐπισήμῳ κατέθεσαν· καὶ τηνικαῦτα μὲν ὁποῖον ἠδυνήθησαν αὐτῷ τὸν τάφον ὡς ὁ καιρὸς ἤπειγε περιέστησαν· ὕστερον δὲ, ἡ τὸν σωτήριον ἡμῖν γνωρίσασα τοῦ Κυρίου σταυρὸν, καὶ τὸν μέγαν ἐν ἀοιδίμοις καὶ βασιλεῦσι βασιλέα Κωνσταντῖνον γεννήσασα σεβασμία Ἑλένη, ἡνίκα ἐξ Ἱεροσολύμων ὑπέστρεφε, τιμῶσα τὸν τόπον, πόλιν τε συνῴκισεν ἐν αὐτῷ, τοὺς τῶν πέριξ χωρῶν οἰκήτορας συγκαλεσαμένη, καὶ κοινωνοὺς τοῦ ἔργου ποιησαμένη, καὶ τεῖχος περιέβαλε καρτερὸν, καὶ τῷ μάρτυρι τὸν νεὼν ᾠκοδομήσατο μέγιστον, ὃς νῦν ἔτι περιφανὴς καὶ εἰς κάλλος ἐξειργασμένος, τοῖς ἐκ γῆς καὶ θαλάττης ὁδοιποροῦσί τε καὶ ναυτιλομένοις ὁρώμενος, εἰς δόξαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν δι' αὐτὸν ἀθλησάντων, ὅτι αὐτῷ πρέπει κράτος καὶ αἴνεσις καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(12) Chronicon Alexandrinum anno Constantini 22 Constantio Cæsare V et Maximo coss., qui erat Christi 327 hæc habet : « Constantinus instaurata Drepani urbe in Bithynia ad cultum S. Luciani martyris, illam a matre sua Helenopolim nuncupavit, donata civitati in martyris honorem, quousque patet ante urbem prospectus, immunitate vectigalium ad hodiernum usque diem. » Nota et Stephano Byzantio Drepane Bithyniæ ad sinum Astacenum civitas. Socrates lib. I, cap. 13, Helenæ nomine Drepane Helenopolis vocatur, olim vicus, jam civitas ab imperatore facta. Nicephorus Callistus lib. VIII, cap. 31, de S. Helena agens : « Perinde enim, inquit, atque pignus quoddam futura sæcula habent, ad memoriam ejus sempiternam, in Bithynia unam ; et in Palæstina alteram urbem ; quibus imperator filius conditis memoriam illi tribuit immortalem. Admodum vero B. Helenam regione et situ alterius delectatam esse ferunt, quæ antehac Drepanum nominata fuerat ; cum quod ibi orta esset, tum quod Lucianum martyrem post martyrium obitum eo a delphino deportari contigerit. » Baronius tom. III, ad an. 306, n. 16, S. Helenam Britannam fuisse asserit, non Bithynam.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΠΟΛΥΕΥΚΤΟΥ

CERTAMEN

SANCTI MARTYRIS POLYEUCTI [1].

(Anno 250.)

[Græce nunc primum editur ex cod. ms. Parisiensi n. 1467, sæculi XIV. Latine dedit Surius ad diem 9 Januarii, EDIT. PATR.]

Α' Εἴπερ τις ἄλλη, καὶ καλλίστη τῶν διηγήσεων, καὶ ἡ τοῦ θαυμαστοῦ μάρτυρος Πολυεύκτου· ἔχει γὰρ μετὰ τῆς ὠφελείας κομιδῇ καὶ τὸ χάριεν, καὶ τούτου τὴν πεῖραν αὐτὴν ἀψευδῆ μάρτυρα δύνατσι παρέχειν. Λεγέτο γοῦν καὶ εἰς μέσον ὑμῖν προτιθέτω τοῖς φιλοθέοις ἀκροατὰις, καὶ ὑμῶν ὅση δύναμις τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφερόντων, ἀνέτους τε διδόντων τῷ λόγῳ τὰς ἀκοὰς, καὶ πρόθυμον ὅλως καὶ ἀνεγηγερμένην διάνοιαν παρεχόντων πρὸς τὴν διήγησιν.

Β'. Κατὰ τοὺς Δεκίου καὶ Οὐαλεριανοῦ χρόνους τῶν βασιλέων, ἦν τις Νέαρχος καὶ Πολύευκτος, στρατιῶται μὲν τὸ ἐπιτήδευμα, οὕτω δὲ φιλίᾳ πρὸς ἀλλήλους συνδεδεμένοι, ὡς πολλῷ πλέον αἵματός τε καὶ συγγενείας, ἐκ τῆς κατὰ πόθον ἀκριβοῦς ὁμονοίας συνηρμόσθαι αὐτῶν τὰς ψυχὰς, ἑκάτερόν τε ἐν ἑκατέρου σώματι ζῆν ὅλως ἢ καὶ ἀναπνεῖν οἴεσθαι. Ἦν δὲ ὁ μὲν Νέαρχος Χριστιανὸς, καὶ πιστὸς, καὶ περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀκριβής· Πολύευκτος δὲ ὁ καλὸς τὴν μὲν θρησκείαν ἕλλην, καὶ οὔπω τῷ φέγγει τῆς ἀληθείας περιλαμφθεὶς, νοῦν δὲ τὸν ἀκριβῆ Χριστιανὸν ἀποσώζων, καὶ ἀρετῇ πάσῃ κομῶν, καὶ ἐλαία μὲν κατάκαρπος ὤν, τὸ δὲ ἐν οἴκῳ Θεοῦ εἶναι τοῦτο μόνον ἔτι λειπόμενος. Ἐπεὶ δὲ Δέκιος ἐκεῖνος καὶ Οὐαλεριανὸς οὐ καλῶς τῇ βασιλείᾳ χρησάμενοι, οὐδὲ τὸν δεδωκότα ταύτην ἐπιγνῶναι καὶ λατρεῦσαι ἐθελήσαντες, ἀλλὰ κατ' αὐτοῦ μᾶλλον χεῖρα θεομάχον ἐπάραντες, καὶ οὐκ αὐτοὶ μόνον ἀρνούμενοι, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ ὑπήκοον ἐγγράφοις ἐπιτάγμασιν εἰς τοῦτο προσκαλοῦντες, καὶ πᾶσι τρόποις τῆς θεογνωσίας, ἀπείργουντες ἦσαν, Θεούς τε, οἵ μοι, ψευδοῦς καὶ ματαίους εἰς τὴν τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ χώραν ἐγκαθιστῶντες, καὶ σέβειν ἐκείνους μᾶλλον καὶ προσκυνεῖν ἀναγκάζοντες, εἰ καὶ λίθων ὄντως καὶ ξοάνων ἀναισθητοτέρους.

Γ'. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα οὕτως εἶχε, καὶ κατὰ πόδας αἵ τε τιμωρίαι καὶ ἀμοιβαὶ, τοῖς μὲν πειθομένοις

I. Si est ulla alia pulcherrima narratio, pulcherrima quoque est narratio admirabilis martyris Polyeucti. Nam cum utilitate, magna quoque est conjuncta jucunditas. Hujus autem rei potest ea non falsam testem adducere experientiam. Dicatur ergo, et a nobis in medium proferatur piis Deique amantibus auditoribus, vobis quoque pro viribus, quæ vestra sunt afferentibus, aures orationi attentas exhibentibus, promptumque et alacrem animum præbentibus narrationi.

II. Tempore imperatorum Decii et Valeriani, erat quidam Nearchus et Polyeuctus, studio quidem milites, amicitia autem ita inter se devincti, ut longe magis, quam si inter eos intercessisset sanguinis et cognationis necessitudo, summo sui invicem desiderio et insigni concordia ac consensione conjuncti essent eorum animi, et uterque in alterius corpore se putaret vivere et spirare. Erat autem Nearchus quidem Christianus et fidelis, pietateque ac vera religione perfectus. Egregius autem Polyeuctus, gentilis quidem religione, et veritatis luce nondum illuminatus, alioqui se Christianum accurate conservans, et omni virtute exornans: et erat quidem olea frugifera, hoc autem solum ei deerat quod nondum erat in domo Dei. Quoniam autem Decius ille et Valerianus non recte utebantur imperio, nec eum, qui illud eis dederat, agnoscere et colere volebant, imo vero manum impiam, et cum Deo pugnantem, in ipsum erexerant: et non solum eum negabant, sed omnes quoque subjectos scriptis edictis incitabant, et omnibus modis arcebant a Dei cognitione: et deos, proh dolor! falsos et vanos, in veri Dei locum constituebant, et illos colere et adorare cogebant, qui minus habent sensus, quam lapides et statuæ.

III. Quoniam ergo hæc ita habebant, et proposita erant supplicia et præmia: iis quidem qui parebant,

(1) Ejus festum martyrol. Rom., Beda, Usuardus et alii 13 Febr. habent: quod forte translationis ejus festum est: constat enim ex actis, eum 10 die Jan. martyrium consummasse. Græci ejus natalem hac die celebrant.

honores, dona et pecuniæ; iis autem, qui non pare- A
bant, minæ, pœnæ et ultimum malum mors : amico
timuit Nearchus, et putavit hoc esse tempus quod
effecturum esset, ut dissensio in religione, eorum
quoque dissolveret amicitiam. Hæc eum in animo
haberet, et apud se versaret, aperte ostendebat se
cruciari animo, magnisque agitari fluctibus, et oc-
culte deflere amicum. Præstantissimus autem Po-
lyeuctus cum videret sic se habere amicum, pun-
gique aculeis doloris, et qui verbis explicari ne-
queunt, gemitibus conari levare magnam animi
ægritudinem, et vestigia lacrymarum indicare ocu-
lis, amice ad eum accedens, interrogat, et causam
quærit discere, cur ita se habeat. Nam ipse quoque
nihilominus dolebat, cum eum videret sic affectum,
qui erat ejusdem cum eo animi. Ille autem volebat B
quidem dicere, et significabat se nihil posse celare
amicum : esse autem aliquam causam, propter quam
etiam si velit dicere, necesse habeat tacere, et ami-
ci consolationem hac in re minime consequi. Cum
autem valde divinus urgeret Polyeuctus, et pos-
tularet ut ei secretum aperiret et ei exprobraret
contemptum amicitiæ, et mutatam affectionem,
Nunquid, dicens, aliquid offendimus? Quanam in re
tibi molesti fuimus? Quænamres tam dira et tam
atrox facta est, ut Polyeuctum tuum a venia arceas?

IV. Hæc cum diceret, et animo angeretur, non
ferens Nearchus, oculos suffusus lacrymis, et pro-
fundo suspirio internam cordis flammam significans:
Cum, inquis, o amicissime, nostræ consensionis et
dilectionis apud me cogito separationem, necesse C
quoque habeo animum abrumpere. Hæc postquam
ille audiit, corde gravissime perculsus : Quomodo
hæc, inquit, Nearche, quomodo, et cur hæc verba
dicis præter spem? et undenam hæc erit nobis sepa-
ratio, quam statuimus ne mortem quidem posse
nobis facere? Hoc est, inquit, o amicissime, quod
me propemodum suffocat, et ipsum comprimit spi-
ritum et animam, quoniam hæc, quam dixi, sepa-
ratio est nobis humana morte validior et gravior.
Cum autem nondum, quid sibi vellet oratio, intel-
ligeret Polyeuctus, statim surgens, et amicum com-
plexus, et ei ita ut eum tenebat, ardentissime cir-
cumfusus : Sed dic, inquit, mihi, o Nearche, dic
aperte, et explica quemadmodum hæc sit futura
separatio. Non enim fero amplius hoc minime ami- D
cum silentium. Sin minus, videbis jam tuum Po-
lyeuctum in terra jacentem mortuum et examinem.
Atque videbatur quidem Nearchus velle dicere, sed
victus ab animi perturbatione vinctam habebat
linguam: et solum mœstus ac conturbatus, amicum
fixis aspiciebat oculis, et immoderatum significa-
bat dolorem. Postquam autem videt Polyeuctum
mœrore confectum, abjecisse animum, et humi
procidere, et esse jam a dolore omnino supe-
ratum, cogitur in hanc vocem erumpere : O
amantissime, inquit, Polyeucte, hoc edictum im-
peratoris nobis separationem afferet et disjunc-
tionem. Postquam autem hanc vocem sapientis-

τιμαὶ, δωρεαὶ, χρήματα· τοῖς δὲ ἀπειθοῦσι ἀπει-
λαὶ, κολάσεις, καὶ τελευταῖον κακὸν ὁ θάνατος,
ἐφοβήθη περὶ τοῦ φίλου Νέαρχος, καὶ καιρὸν ἐνόμι-
σεν εἶναι τοῦτον, ὃς τὴν περὶ τὸ σέβας διαφορὰν
διάλυσιν αὐτοῖς γενέσθαι παρασκευάσει καὶ τῆς
φιλίας. Ταῦτα ἐπὶ νοῦν ἔχων καὶ στρέφων, δῆλος
ἦν ἰσχυρῶς ἀνιώμενος, καὶ πολὺν τὸν σάλον φέρων
ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ τὸν φίλον κρυφίως ἀνιώμενος. Πο-
λύευκτος δὲ ὁ παντακλὸς οὕτω Νέαρχον ὁρῶν
ἔχοντα, λύπης τε κέντροις βαλλόμενον, καὶ στενα-
γμοῖς ἀλαλήτοις τὸ πολὺ τῆς ἀθυμίας κουφίζειν πει-
ρώμενον, ἴχνη τε δακρύων τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑποφαί-
νοντα, ἠρώτα προσιὼν φιλίως, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ
ὄντως ἔχειν ἐζήτει μαθεῖν. Ἤλγει γὰρ καὶ αὐτὸς
οὐδὲν ἧττον, τὸν ὁμόψυχον ὁρῶν οὕτω πάσχοντα, ὁ
δὲ ἠβούλετο μὲν εἰπεῖν, καὶ ἐδήλου μηδὲν ἀπόῤῥη-
τον ἔχειν πρὸς τὸν φίλον δυνάμενος· εἶναι δὲ τινὰ
ἄλλην αἰτίαν δι' ἣν καὶ λέγειν ἐθέλων ἀνάγκην ἔχει
τοῦ σιωπᾶν, καὶ τῆς ἐκ τοῦ φίλου μὴ ἀπολαβεῖν ἐν
τούτῳ παραμυθίας. Ἐπεὶ δὲ ὁ θεῖος Πολύευκτος
πολὺς ἦν ἐγκείμενος, καὶ τοῦ ἀποῤῥήτου τὴν δήλω-
σιν ἀπαιτῶν, ἀμέλειάν τε ὀνειδίζων αὐτῷ τοῦ πόθου,
καὶ ἀλλοίωσιν οἵαν τῆς πρὸς αὐτὸν διαθέσεως· εἰ δὲ
καὶ προσκεκρούκαμέν τι, λέγων; εἰ δὲ καὶ λελυπή-
καμεν; τί ἂν οὕτως ἰσχυρὸν εἴη τὸ πραχθὲν, ὡς
συγγνώμης πάσης Πολύευκτον τὸν σὸν ἐκβαλεῖν;

Δ'. Ταῦτα λέγοντος καὶ ἀλύοντος, οὐκ ἐνεγκὼν
Νέαρχος δακρύων ὑποπλήσας τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ
στεναγμῷ βυθίῳ τὴν ἔνδον φλόγα τῆς καρδίας ὑπο-
σημήνας· Τὸν μέλλοντα χωρισμὸν, ἔφη, φίλτατε,
τῆς ἡμῶν συμπνοίας καὶ στοργῆς ἐννοῶν, ἀναγκά-
ζομαι ἀποῤῥῆξαι ἤδη καὶ τὴν ψυχήν. Τοῦτο ἤκουσεν
ἐκεῖνος βαρύτατα πλήγεις τὴν καρδίαν. Πῶς ταῦτα,
ἔφη, Νέαρχε, πῶς καὶ τί τὰ παρ' ἐλπίδα ταῦτα ῥήμα-
τα; καὶ πόθεν ἡμῖν οὕτως ὁ χωρύσμὸς ἔσται, ὃν οὐδὲ
θάνατον αὐτὸν δύνασθαι ποιεῖν εἰς ἡμᾶς ἔγνωμεν; Καὶ
ὁ Νέαρχος· Τοῦτο γὰρ ἔστιν, ἔφη, φίλτατε, ὃ μι-
κροῦ με καὶ ἀποπνίγει, καὶ αὐτὸ συνέχει τὸ Πνεῦμα
καὶ τὴν ψυχήν· ὅτι ὁ χωρισμὸς οὗτος, ὃν ἔφην, καὶ
ἀνθρωπείου θανάτου ἰσχυρότερος ἡμῖν ἐστι καὶ βα-
ρύτερος. Οὔπω δὲ τὸν λόγον ὅ τι ἂν εἴη συνιέναι
ἔχων Πολύευκτος, ἀναστὰς εὐθὺς καὶ περιβαλὼν τοῦ
φίλου, καὶ ὡς εἶχε θερμότατα περιχυθεὶς αὐτῷ·
ἀλλ' εἰπέ μοι, ἔφη, Νέαρχε, εἰπὲ σαφῶς καὶ ἀνά-
πτυξον ὅπως οὗτος ὁ χωρισμὸς ἔσται· οὐ γὰρ
φέρω ταύτην ἐπὶ πλέον τὴν ἄφιλον σιωπήν. Εἰ δὲ
οὐκ, ἀλλ' ὄψεις με Πολύευκτον ἤδη τὸν σὸν νεκρῶντα
καὶ ἄπνουν πρὸς τῇ γῇ κείμενον. Καὶ ὁ Νέαρχος
ἴφκει μὲ εἰπεῖν βούλεσθαι, ἡττώμενος δὲ τοῦ
πάθους, ἐπεδεῖτο τὴν γλῶτταν, καὶ τοῦτο μόνον
κατάδυνον τι καὶ πεπονθὸς, ἠτένιζεν εἰς τὸν φίλον,
καὶ τῆς ἀθυμίας ἐμήνυε τὴν ὑπερβολήν. Ὡς δὲ εἶδε
Πολύευκτον παθόντα τι καὶ μαχροψυχότερον, καὶ εἰς
γῆν ἑαυτὸν καταβάλλοντα, καὶ ὅλον ἤδη τῷ παθεῖν
νικώμενον, ἀναγκάζεται ῥῆξαι φωνήν· καὶ, Ὦ
φίλτατε, ἔφη, Πολύευκτε, τουτὶ τὸ βασιλικὸν ἐπί-
ταγμα τὸν χωρισμὸν ἡμῖν ἐμποιήσει καὶ τὴν διά-
ζευξιν. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἤκουσεν ὁ σοφὸς τὰ πάντα
Πολύευκτος, συμβαλὼν εὐθέως ὅπερ Νεάρχῳ βού-

λεται τὸ λεχθὲν, ενενόει γὰρ ὡς ἡ περὶ τὸ σέβας ἀμφοτέρων διαφορὰ, πρὸς ἐξέτασιν ἰοῦσα καὶ ἀρχόντων βαρύτης ἀναγκάσει θεῖναι μεταξὺ τὴν διάστασιν. Ἀλλ' αὐτὸν ἀνέφερε διάνοιά τις θειοτέρα καὶ ἣν εἶδεν ὄψιν ἀνανοούμενος, καὶ συνάδουσαν αὐτὴν τῷ καιρῷ κρίνων, χαρᾶς τε ἤρξατο πληροῦσθαι καὶ ἡδονῆς, καὶ ὅπως εἶψεν ἡ ὄψις ἐκοινοῦτο τῷ φίλῳ· Ἔστι τι, Νέαρχε, λέγων, ὃτάχα τοῦτον ἡμῖν κωλύσει γενέσθαι τὸν χωρισμόν.

A simus audiit Polyeuctus, statim conjiciens quid sibi vellet, quod dixerat Nearchus: cogitavit enim quod amborum in religione dissensio jam examinanda, et acerbitatem subitura judicum coget, eos a se invicem disjungi: convertit eum ad divinioremquantam cogitationem, et revolvens animo quam viderat visionem, et eam judicans tempori convenientem, cœpit repleri gaudio et voluptate: et quemadmodum hæc fuerit visio, communicavit amico. Est aliquid, dicens, o Nearche, quod prohibebit nobis hanc fieri separationem.

Ε'. Εἶδον γὰρ ἐγὼ τὸν Χριστὸν, ὃν σὺ προσκυνεῖς, προσελθόντα μοι, καὶ τουτὶ μὲν τὸ πιναρὸν ἱμάτιον ὃ περιβέβλημαι ἀποδύσαντά με· ἑτέραν δέ τινα στολὴν μάλα τιμίαν (τίς ἂν ἐκείνης εἴποι τὸ κάλλος καὶ τὴν φαιδρότητα;) ἀμφιάσαντα, χρυσῇ τῇ περόνῃ περὶ τὸν ὦμον συνεχομένην· ἔπειτα δέ μοι καὶ ἵππον ἐγχειρήσαντα πτερωτόν. Ἀλλὰ τοιαύτη μὲν ὄψις ἦν ὁ θεῖος Πολύευκτος εἶδε· ἔλεγε εἰς δὲ κενὸν οὐδαμῶς, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἀκριβῶς εἰκόνιζεν. Ἡ γὰρ ἀμφιθεῖσα καλλίστη ἐκείνη στολὴ τὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβολὴν ἀπὸ τῆς ἐπὶ γῆς στρατιᾶς εἰς τὴν ἐπουράνιον καὶ θείαν στρατολογίαν, καθ' ἣν ὁ Μάρτυς τῷ μαρτυρικῷ χορῷ συνάπτεσθαι μέλλοι· ὁ δέ γε πτηνὸς ἵππος, τί ἂν ἕτερον εἶχε δηλοῦν ἢ τὴν ταχεῖαν ἀπὸ τῆς ἐκείνου πρὸς οὐρανοὺς ἀνάβασιν;

V. Vidi enim ego Christum, quem tu adoras, ad me accendentem, hac sordida, qua sum indutus, veste me exuisse, alia vero valde pretiosa (o quis illius pulchritudinem dixerit et splendorem!) induisse, cujus humerum fibula constringebat aurea. Deinde vero mihi quoque equum tradidisse alatum. Atque talis quidem fuit visio, quam vidit divinus Polyeuctus: ejus autem nequaquam fuit vanus exitus, sed præclare expressit id quod erat futurum, mutata quidem illa vestis pulcherrima, mutationem in melius ex eo quod est deterius: nempe, ut ex terrena militia in cœlestem et divinum militum referretur numerum, per quem erat in chorum martyrum coaptandus. Alatus autem ille equus quid aliud possit significare, quam illius celerem a terra in cœlos ascensum?

ϛ'. Ταῦτα ἀκούσαντα Νέαρχον ἡσθῆναί τε καὶ εὐφροσύνης γενόμενον· Τὸν Χριστὸν, εἰπεῖν, ἔγνως; τὸν Χριστὸν, Πολύευκτε, τὸν ἀληθῆ ὄντως Θεόν; Τὸν δὲ πρὸς ταῦτα· Πότε δὲ, φάναι, τοῦτον ἠγνόησα; Ἢ πότε, σοῦ περὶ αὐτοῦ λέγοντος, τρόμος οὐκ εἰσέδυ μου τὴν ψυχήν; Ἢ ἀναγινώσκοντος, οὐκ ἐν θαύματι ποιούμενος ἦν τοῖς λόγοις; μόνου γὰρ ἐδεόμην ὀνόματος, ἔπειτα ἄλλα γε τῇ διαθέσει Χριστιανὸς ἦν, καὶ εἰς δουλείαν ἔσπευδον ἐμαυτὸν ἐνταξαι τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ, πολλὰ χαίρειν εἰπὼν ταῖς ματαίαις τῶν εἰδώλων λατρείαις. Τί οὖν πράττομεν, ὦ Νεαρχε; τί δὲ μὴ φανερῶς ἐπιδείκνυμεν τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν; Καί ὁ Νέαρχος ἀσμένως ταῦτα δεξάμενος; Καὶ ὥσπερ ἀπογυμνῶν ἑαυτὸν καὶ ἀνακαλύπτων. Ἀλλ' ἐμοὶ, ἔφη. Πολύευκτε, οὐ πλοῦτος, οὐ δόξα, οὐ στρατιωτικὸν ὅλως ἀξίωμα, οὐδὲν ἄλλο τῶν τοῦ κόσμου τῶς ἐν Χριστῷ ζωῆς προτιμότερον· ταύτης γὰρ ἐφίεμαι μόνης, τὰ δ' ἄλλα μικρά μοι καὶ τοῦ μηδενός εἰσιν ἄξια. Εἶτα καὶ πάλιν ὁ θεῖος Πολύευκτος, ὥσπερ ἀποπειρώμενος αὐτοῦ τῆς γνώμης· Τί δὲ, οὐκ ὀρέγει, ἔφη, τοῦ παρόντος τοῦδε σοι ἀξιώματος; Καὶ ὁ Νέαρχος ἐκ καρδίας ταῦτα καὶ οὐκ εἰς ἀπόπειραν προελθεῖν νοήσας· Ἀγνοεῖν μοι ἔοικας, ἔφη, Πολύευκτε, τὸ ἀληθὲς ἐν Χριστῷ ἀξίωμα, καὶ τὴν παρ' ἐκείνῳ δόξαν, καὶ τὴν εἰς οὐδέποτε παυομένην μακαριότητα. Οὕτω μέντοι ἦσαν κοινολογούμενοι, καὶ φανερὰν ἀλλήλοις τὴν ἑαυτῶν γνώμην ποιοῦντες.

VI. Hæc cum audiisset Nearchus, lætatus est, hilarisque effectus, ei dixit: Christum cognovisti? Christum, o Polyeucte, qui vere est Deus? Ille vero ei dicit: Quando autem eum ignoravi? Num, cum tu de eo diceres, tremor meum subibat animum? aut cum legeres, non ejus admirabar sermones? solum enim mihi nomen deerat: alioqui enim eram affectione Christianus, et studebam me Domini Christi mancipare servitio, multum valere jubens cultus inanes simulacrorum. Quid ergo facimus, o Nearche: cur non aperte ostendimus nostram in Christum confessionem? Cum hæc autem lubenter accepisset Nearchus, dixit, se veluti nudans et aperiens: Mihi, o Polyeucte, non divitiæ, non gloria, nec omnino dignitas militaris, nec aliquid aliud ex iis, quæ sunt hujus mundi, præfertur vitæ, quæ est in Christo, eam enim solam desidero: alia autem apud me sunt parva, et nullius pretii. Deinde rursus divinus Polyeuctus ejus animi veluti faciens periculum. Quid vero? inquit; annon concupiscis hanc, quæ adest tibi, dignitatem? Nearchus autem existimans hæc ab eo dici ex animo, et non ejus tentandi gratia: Videris, inquit, mihi, o Polyeucte, ignorare veram in Christo dignitatem, et eam quæ est apud illum gloriam, et quæ nunquam cessat, beatitudinem. Sic quidem inter se conferebant sermones, et sibi invicem suam aperiebant sententiam.

Ζ'. Πολύευκτος δὲ ὁ καλὸς καὶ ἡδέως δὲ πρὸς τὸν φίλον καὶ χαριέντως ἐθέλων εἰπεῖν· Τὸ μὲν, ἔφη, ἀγνοεν με ὑπώπτευσας τὴν ἐν Χριστῷ δόξαν, καὶ τὴν παρ' ἐκείνῳ μακαριότητα· ἐγὼ δὲ καὶ πρὸ σοῦ,

VII. Egregius autem Polyeuctus jucunde et lepide volens aliquid amico dicere: Tu quidem suspicaberis, inquit, me ignorare eam, quæ est in Christo, gloria, et quæ est apud illum, beatitudinem. Ego

autem,o Nearche,videor te præcessisse,et imperatoriam, ut scis, et cœlestem chlamydem accepisse per revelationem. Sed tamen volo ex te sciscitari aliquod caput spiritale. Vereor enim me,si absque sacramentis et mysteriis accesserim ad Servatorem, ei videar minime acceptus, et indignus qui referar in numerum ejus militum. Postquam hæc audivit Nearchus, statim surgit, et evadit animo acrior et vehementior : et amicum incipit recreare,promptiorique et alacriori animo eum reddere ad Christi fidem, dicens: Nulla, o amicissime, sit tibi de hac re dubitatio. Scriptum est enim posse Deum vel ex his lapidibus suscitare filios Abrahæ. Quod quidem quid est aliud, quam hoc, posse etiam gentiles ex insperato salutem assequi, et esse milites Christi? Nam omnibus, ut semel dicam, aperta est porta cœli : nulli omnino ex omnibus occlusus est salutis aditus. Quamobrem is quoque qui credit,magnam recipiet mercedem parvæ illius fidei. Propterea enim iis quoque, qui prima et tertia et nona hora accesserunt ad vineam, æqualis merces decernitur [1]. Quamobrem,etiamsi ipse tardus accesseris eadem quæ primi præmia consequeris. Ad hæc divus Polyeuctus,tanquam ejus subiisset animum recordatio. Per veritatem, inquit, Nearche amicissime, audivi aliquando latenter te aliquid ejusmodi legentem ex divina scriptura, quod eos, qui unam horam essent operati, æquali Christus honorasset portione iis, qui sustinuissent totum æstum diei. Nearchus autem: Multa quoque,inquit, o vir egregie, invenies ejusmodi exempla. Ecce enim, inquit, latro, qui fuit cum Christo crucifixus, cum innumerabilium reus esset criminum, pro modico, et brevi verba magnas invenit remunerationes : et quæ multis emitur sudoribus in paradiso conversatio, admodum facile ab eo paratur. Nam vel parva fides potest magnos montes transferre.

VIII. Hæc cum divinus audiisset Polyeuctus, animo statim in altum extollitur, et ut corporeorum et terrenorum omnium plane oblitus, Paciscamur,dicit Nearcho, nos firmius et stabilius servaturos ea quæ visa fuerint. Ego enim rebus humanis de cætero renuntiavi.Quodnam autem de Christo nos oporteat ferre testimonium, planum fecit, quæ id præscivit, divina Domini clementia. Ecce enim, o Nearche, eam, quæ est in cœlis pulchritudinem mihi visioni apprehendit cogitatio: quam quidem assistere, et Christum video ante oculos, et splendore ejus visionis mihi vultus illuminatur. Sed jam tempus est legere impium edictum imperatorum, et recte scire quidnam velit nos facere. Sic dixit : cumque id accepisset, perlegit, inter legendum conspuit : et cum id in frusta minuta confregisset,ventis mandavit.Deinde sic conversus videt idola quæ portabantur, et a stultis adoranda deducebantur ad aras. Quæ cum jucundissime et

A Νέαρχε. φαίνομαι προκόψας, καὶ βασιλικὴν, ὥσπερ οἶσθα, χλαμύδα καὶ οὐρανίαν δι' ἀποκαλύψεως κομισάμενος. Πλὴν ἀλλὰ βούλομαί σε καὶ πνευματικόν τι ἐρέσθαι κεφάλαιον· δέδοικα γὰρ μὴ ἄνευ τελετῶν τε καὶ μυστηρίων προτελθὼν τῷ Σωτῆρι ἀπρόσδεκτος ὀφθείην αὐτῷ, καὶ οὐκ ἄξιος τοῖς ἐκείνου συγκαταλέγεσθαι στρατιώταις. Ταῦτα ὡς ἤκουσεν ὁ Νέαρχος, εὐθύς τε διανίσταται, καὶ θερμότερος τὴν ψυχὴν γίνεται, καὶ τὸν φίλον ἀναλαμβάνειν ἄρχεται, καὶ προθυμότερον περὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν διατιθέναι· μηδεὶς, ὦ φίλτατε, λέγων, μηδεὶς ἔστω σοι περὶ τούτου δισταγμός· γέγραπται γὰρ δυνατὸν εἶναι τῷ Θεῷ καὶ ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Ὅπερ τί ἄλλο ἢ τοῦτο
B ἐστὶ, τὸ ἐξ ἀνελπίστου καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν δύνασθαι σωθῆναι, καὶ στρατιῶται καταστῆναι Χριστοῦ ; ἐπεὶ καὶ πᾶσιν ἁπλῶς ἡ οὐράνιος ἤνοικται πύλη, οὐδενὶ τῶν πάντων ἡ τῆς σωτηρίας ἀποκέκλεισται εἴσοδος. Ὅθεν καὶ ὁ πιστεύων πολὺν τὸν μισθὸν τῆς μακρᾶς ἐκείνοις πίστεως κομίσεται. Διὰ ταῦτα γὰρ τοῖς πρώτην καὶ τρίτην, ἕκτην τε καὶ ἐννάτην ὥραν προελθοῦσι τῷ ἀμπελῶνι κατ' ἴσαν ἀφορίζεται ὁ μισθὸς, ὥστε κἂν βραδέως αὐτὸς προσέλθῃς, τῶν αὐτῶν τοῖς πρώτοις ἐξιωθήσῃ γερῶν. Πρὸς ταῦτα ὁ θεῖος Πολύευκτος ὥσπερ ἀναμνῆσαι βουλόμενος αὐτόν· Νὴ τὴν ἀλήθειαν, ὦ φίλτατε, ἔφη, Νέαρχε, ἤκουσά σού ποτε λεληθότως τοιοῦτόν τι τῆς θείας γραφῆς ὑπαναγινώσκοντος, ὅτι τοῖς τὸν ὅλον καύσωνα τῆς ἡμέρας ὑπομεμνηκόσι, τοὺς μίαν ὥραν
C ἐργασαμένους περὶ τὴν τοῦ μισθοῦ δόσιν ἰσομοιρίᾳ τετίμηκεν ὁ Χριστός. Ὁ δὲ Νέαρχος· Καὶ ἑτέρων, ἦ βούλῃ, ἔφη, θαυμάσια πολλῶν τοιούτων εὑρήσεις ὑποδειγμάτων· αὐτίκα γὰρ ὁ συσταυρωθεὶς τῷ Σωτῆρι λῃστὴς πορίοις ἐγκλήμασιν ἔνοχος ὤν, ὀλίγου καὶ βραχέως ῥήματος μεγάλας εὑρίσκεται ἀντιδόσεις· καὶ ἡ πολλοῖς ἱδρῶσιν ὠνιος τοῦ παραδείσου διαγωγὴ μάλα ῥᾳδίως αὐτῷ πορίζεται, ἐπεὶ καί μικρὰ πίστις μέγαλα ὄρη μεθιστᾷν δύναται.

H'. Τούτων δὲ ἀκούσας ὁ θεῖος Πολύευκτος, εὐθὺς πτεροῦται τὴν ψυχὴν, καὶ οἷα τῶν σωματικῶν ὅλων καὶ χαμαιζήλων λήθην ἤδη καταγνοὺς βαθυτάτην, συνθώμεθα, λέγει τῷ Νεάρχῳ, βεβαιότερον τὰ δεδογμένα φυλάξαι. Ἐγὼ γὰρ τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασι τὸ λοιπὸν ἀπεῖπον· τὸ δὲ τίνα ἡμῶν περὶ Χριστοῦ μαρτυρῆσαι δεῖ, δῆλον ἤδη πεποίηκεν ἡ καὶ
D προγνοῦσα, φημὶ περὶ τούτου, θεία τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπία. Ἰδοὺ γὰρ ἐμοὶ, Νέαρχε, τὰ ἐν οὐρανοῖς κάλλη φαντάζεται ἡ διάνοια, οἷα δέ μοι παρεστωτα, καὶ τὸν Κριστὸν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὁρῶ, καὶ τῇ τῆς ὄψεως αὐτοῦ μαρμαρυγῇ τὸ πρόσωπον καταλάμπομαι. Πλὴν ὥρα ἤδη καὶ τῷ ὁυσβὲς πρόσταγμα τῶν βασιλέων ἀναγινώσκειν, καὶ ὃ βούλεται πράττειν ἡμᾶς ἀκριβῶς εἰδέναι. Οὕτως ἔφη καὶ λαβὼν ἀπῄει, διέπτυέ τε ἀνάγινώσκων, πρὸς δὲ ταῦτα καὶ λεπτὰ διαῤῥῆξας αὖραις ἐδίδου· εἶθ' οὕτως ἐπίστραφείς εἰδωλα ὁρᾷ διαβασταζόμενα, εἰς προσκύνησίν τε τοῖς ἀνοήτοις παρὰ τοὺς βωμοὺς

[1] Matth. xx, 1. seqq.

ἀπαγόμενα. Ὧν μάλα ἡδὺν καὶ θερμὸν τὸν γέλωτα A καταχύσας, πρότερον μὲν αὐτοῖς ὑποκρίνεται προσελθεῖν προθύμως, εἶτα καθ' ἓν ἐκεῖνα λαμβάνων, καὶ εἰς γῆν αὖθις προσαράσσων πάντα ὁμοῦ συνέτριψε, καὶ εἰς λεπτὴν ἔθετο κόνιν.

Θ'. Τούτῳ οὖν γενομένων ὁ κηδεστὴς αὐτοῦ προσελθὼν Φῆλιξ (ἦν γὰρ ὑπὸ τῶν βασιλέων ἤδη διώκτης κατασταθείς) καὶ ἰδὼν ἃ Πολύευκτος εἴργασται, πάνυ ἀποδυσπετῶν, Φεῦ! ἄτεκνος, ἔλεγε, καθίσταται Φῆλιξ, καὶ ὁ πρότερον ἐν παισὶ περίβλεπτος ἐξαίφνης ἀτεκνίαν ἐγὼ δυστυχῶ· οὐδεὶς Πολύευκτον οὔτε θεῶν οὔτε ἀνθρώπων ἐλεῆσαι δύναται, τοιαῦτα τετολμηκότα, καὶ τοὺς ἡμετέρους θεοὺς συντρίψαντα. Πρὸς ταῦτα δὲ ὁ θεῖος Πολύευκτος, ὥσπερ τῷ γενομένῳ μᾶλλον ἐπικαυχώμενος (τοσοῦτον γὰρ ἀπεῖχε τοῦ καὶ ὑποπτεύειν τι φοβεῖσθαι), Νῦν μὲν ἐγώ, ἔφη, B τούτων καταφρονήσας, ἐπὶ τῶν ἔργων ὅπως εἰσὶν ἀσθενεῖς ἤλεγξα. Εἰ δὲ καὶ ἕτεροί εἰσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ προσαχθήτωσαν εἰς τὸ μέσον· εἴση γὰρ ἐντεῦθεν ὅπως παρ' ἡμῶν τῶν τοῦ Χριστοῦ δούλων διαπτύεσθαι ταῦτα δεῖ. Καὶ ὁ Φῆλιξ ἀνθρώπινα καὶ περιπαθῆ πρὸς τὸν ἅγιον διανοούμενός τε καὶ φθεγγόμενος· Ἀλλὰ θέλησον, ἔφη, κἂν μικρόν τι ἐπιζῆσαι, Πολύευκτε, ἕως τὴν σὴν γυναῖκα θεάσῃ. Ποῖα δὲ, εἶπεν ὁ ἅγιος, γυναικὸς ἔτι καὶ τέκνων ἔμοιγε φροντὶς, ὃς οὐδενὸς τῶν ἀνθρωπίνων οὐκέτι νῦν ἐπιστρέφομαι, περὶ τὰ οὐράνιά τε καὶ ἄφθαρτα μόνα τὴν διάνοιαν ἔχων; Ἡ δὲ σὴ θυγάτηρ, εἰ μὲν ἐμοὶ ἕψεται, μακαρία τῆς γνώμης ἔσται καὶ τοῦ σκοποῦ· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ σὺν τοῖς ὑμῶν θεοῖς κακῶς ἀπολεῖται.

Ι'. Δάκρυα ἐπὶ τούτοις τὸν Φῆλικα ἔχοντα ἀπογνῶναι καθάπαξ· ὅθεν καὶ διπλῇ τυφλώττων, ἔκ τε τῆς περιεχούσης αὐτὸν ἀθυμίας, ἔκ τε τῆς περὶ τὰ εἴδωλα μανίας, ἄξια τοσούτου σκότους καὶ παρανοίας ἐφθέγγετο ῥήματα· Οἴμοι! λέγων, ὅτι καὶ σὲ, Πολύευκτε, αἱ τοῦ Χριστου μαγεῖαι ἐξηπατήκασιν. Ὁ μάρτυρ δὲ, μάλα συνετῶς καὶ γενναίως· Οὐ μὰ τοὺς ἱεροὺς τῶν μαρτύρων ἀγῶνας, οὐ διαρνοῦμαι, ἔφη, τὸ μὴ ὑπ' ἐκείνου πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν κληθῆναι τῆς ἀληθείας· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὃς ταῖς χερσὶ ταῖς οἰκείαις τὴν ἐμὴν θέλξας ψυχὴν, ἀπὸ τοῦ σκότους εἰς τὸ φῶς, καὶ ἀπὸ τῆς πλάνης πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπηγάγετο, στρατιώτην τε αὐτοῦ καὶ εἶναί με καὶ ὀνομάζεσθαι κατηξίωσεν. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐλέγετο, οἱ τῶν ἁγίων διῶκται προσελθόντες, καὶ συλλαβόντες C τὸν μάρτυρα, τὸ ἱερὸν αὐτοῦ στόμα ἔπαιον· μισοῦντες ἀληθῶς ἐν πύλαις ἐλέγχοντα, φαύλαις τε ἀκοαῖς ἰσχὺν ἀληθείας ὑπενεγκεῖν οὐ δυνάμενοι. Πολυεύκτῳ δὲ τῷ γενναίῳ τῶν μὲν πληγῶν τούτων ἔμελλεν οὐδαμῶς· ἑώρα γὰρ τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ παθόντα Χριστὸν πλησίον αὐτοῦ παριστάμενον, ὃν ἐκεῖνος καταφυγὴν θέμενος, οὔτε κακὰ εἶχε πρὸς αὐτὸν ἐπερχόμενα, οὔτε μάστιγας ὅλως τῷ σκηνώματι αὐτοῦ προσεγγιζούσας.

ΙΑ'. Αἱ γοῦν πληγαὶ αὗται, καθάπερ εἴρηται, τῷ Πολυεύκτῳ βραχεῖα φροντὶς, πρὸς ἄλλην δὲ διεπάλαιε τοῦ πονηροῦ τέχνην. Παραστήσας γὰρ ἐκεῖνος αὐτῷ μετὰ τοῦ κηδεστοῦ καὶ τὴν γυναῖκα δακρύοντας καὶ παθαινομένους, ἐπειρᾶτο ταύτῃ καταγῶ τε ἀπα-

vehementissime risisset, prius quidem simulat se prompto et alacri animo ad ea accedere. Deinde illorum singula accipiens, et protinus humi allidens, simul contrivit omnia, et redegit in subtilem pulverem.

IX. His ergo factis, cum ejus socer venisset Felix, fuerat enim jam constitutus persecutor ab imperatoribus: et vidisset quæ fecerat Polyeuctus, admodum ægre ferens: Heu! dixit, Felix est privatus liberis: et qui prius eram insignis, et suspiciebar propter filios, repente me affligit filiorum orbitas! Nullus deorum nec hominum potest misereri Polyeucti, qui talia est ausus, et nostros deos contrivit. Ad hæc divus Polyeuctus, eo quod factum fuerat, veluti magis glorians, tantum aberat, ut reformidaret aliquid, et extimesceret: Nunc quidem, inquit, ego eos contemnens, re ipsa ostendi, quam sint imbecilli. Quod si sunt tibi alii, ii quoque in medium adducantur. Hinc enim scies, quemadmodum nos Christi servos ea conspuere oporteat. Felix autem cum humana et miserabili quadam affectione de sancto cogitans et loquens, Si velis, inquit, o Polyeucte, aliquantisper vivere, donec tuam videas uxorem. Quænam autem adhuc, inquit sanctus, uxoris mei cura est, et filiorum, qui ex rebus humanis nihil omnino curo, cum in solis cœlestibus mens versetur, et iis in quæ non cadit interitus? Tua autem filia, si me quidem sequatur, beata erit propter suum animum et institutum: sin minus, ipsa quoque cum vestris diis mala male peribit.

10. Post hæc Felix profundebat lacrymas, ut qui spem omnem abjecisset. Qua de re dupliciter cæcutiens, nempe et ex ægritudine animi, quæ eum angebat, et ex insania, qua laborabat in simulacra, loquebatur verba digna tantis tenebris, et tanta dementia: Hei mihi, dicens, te quoque, o Polyeucte, Christi artes fefellere magicæ? Martyr autem admodum prudenter et fortiter. Non, per sacra, inquit, martyrum certamina, non nego, me ab illo esse vocatum ad cognitionem veritatis. Ipse enim est, inquit, qui cum suis manibus meam demulsisset animam, a tenebris ad lucem, et ab errore deduxit ad veritatem, et dignum censuit, qui essem et nominarer ejus miles. Cum autem hæc dicerentur, accedentes sanctorum persecutores, cum martyrem comprehendissent, sacrum os ejus pulsabant, vere odio habentes confutationem, quæ erat in foribus, et malis auribus non volentes ferre vim veritatis. Præclaro autem Polyeucto eæ quidem plagæ nullo modo erant curæ. Videbat enim Christum, qui pro eo erat passus, prope ipsum assistere. Quem cum suum posuisset refugium, nec pro malis habebat ea, quæ ipsum invadebant: nec scuticam, quæ ejus corpus cædebat.

XI. Has ergo plagas, ut dictum est, parum curabat Polyeuctus: luctabatur autem adversus aliam diaboli maligni artem. Nam cum ille ad eum adduxisset socerum et uxorem lacrymantes et miserabiliter ejulantes, sic conabatur ejus animam suis

decipere præstigiis, et pro viribus dissolvere ejus robur et constantiam. Is autem non ignorans maligni insidias, cum seipsum valde utiliter conturbasset, animæque fortitudinem et iram excitasset, et quæ ex lacrymis oritur, effeminatæ mollitici eam opposuisset, graviter admodum et fortiter : O scelerate, inquit, et profanorum mystagoge simulacrorum, cur me insidiosis tuis et uxoris lacrymis studes abducere a confessione in Christum? Cur autem defles Polyeuctum, cum teipsum multo magis deflere et lugere oporteat, propterea quod cum principibus, qui sunt ad tempus, servieris, igni sis æterno tradendus? Et hæc quidem dixit socero Felici. Postquam autem vidit uxorem quoque suam Paulinam miserabiliter lacrymantem, et dicentem: Quid tibi accidit, o Polyeucte? Quomodo autem fraude es inductus, ut duodecim deos nostros confringeres? Eam suaviter irridens sanctus: Si solus, inquit, ego duodecim deos tuos vici et contrivi : ecce deorum es omnino egena. Adesdum ergo, inquit, Paulina, et faciam, ut verum Deum cognoscas, quem ipsa stude diligenter adorare, et hac brevi vita æternam commutare. Cum hæc sic dicerentur, et multi infideles per ipsum ad fidem in phristum converterentur, et omnes persecutores simul congregarentur, et partim quidem promissis, partim vero etiam minis sanctum studerent in contrariam traducere sententiam, quoniam nulla via et ratione id effici poterat, nec ejus rei ulla erat spes reliqua, fertur in eum sententia, ut ense statim mortem subeat.

XII. Cum autem ei jam res fuisset aperta, erat videre Polyeuctum nihil mœstum, nihil triste, nihil omnino, quod esset effeminati et pusilli animi, aut dicentem, aut pati præ se ferentem : quod quidem accidisset alicui alii, qui ab hac jucunda luce et vita separaretur. Imo vero tanquam ex tenebris et afflictione ad gloriam transiret et delicias, magnam ostendebat lætitiam et animi alacritatem, ut qui jam frui inciperet ea, quæ est illic, beatitudine. Nam iis quoque, qui aderant, affirmabat se quemdam accedentem videre adolescentem, et secum loquentem, et omnibus modis efficientem, ut oblivisceretur omnium terrenorum. Sed quis, o divine Polyeucte, hoc vel tui solum laudandum assumens, te dignam possit laudem contexere? Nam cum jam esses consummandus, et per sacrum tuum sanguinem divinum baptismum, et in Christo signaculum accepturus: o generosam animam! o mentem firmam et stabilem et a mendacio alienam! nec sic amicitiæ Nearchi es oblitus, sed eum aspiciens, Vale, inquit, Nearche, et pactorum conventorum recordare. Hanc cum tu, vir fortis, vocem, tanquam ultimum aliquod donum, amico reliquisses, ad ensem processisti, et per eum illatam mortem prompto et alacri animo subiisti.

XIII. Cum sic autem fuisset consummatus Polyeuctus, pretiosum quidem ejus corpus, qui ex fratribus erant studiosiores, deposuerunt in Meli-

eos qui laborant, sed medicum quoque videre li-
ceat. Optimum autem fuerit, non ita valde indi-
gendo præsenti oratione, ea quæ dicta sunt, ipsis
oculis apprehendere. Nam quæ illic sunt, majora
esse existimo, quam ut ea possimus oratione con-
sequi, et quæ possit solus visus comprehendere.
Quamobrem ea quidem statuo prætermittere. Quæ
autem sunt his germana, et simul propinquo
tempore perfecta fuere, ea dicam utique : et quod
jam mihi fuit in memoria, divini Isidori templum,
adhuc magis litteris memoriæ mandabo.

XV. Cum divinorum oratoriorum ædificationis
quodam vehementissimo teneretur amore bonus

revera Marcianus; nec magnum quoque neglexit Isidorum : sed ut ejus sacras afferret reliquias, et magnificentissimam ei ædem exstrueret, magno sibi duxit studio contendendum. Nec cessabat omnem locum considerare ac contemplari. Et ideo adhuc quidem differebatur ædificatio; cum autem ejus collegisset reliquias, et in loculo deposuisset, eas statuit in præsentia servare in hoc templo martyris. Ubi autem brevi aliquo post tempore aggressus est eas transferre, accidit ibi aliquid admirabile et arcanum. Neque enim ipse, nec alia multa manus hominum potuit thecam amplius movere. Divinam ergo aliquam rem esse arbitratus, et cum alio qui ei in somnis ipse significasset martyr, se loco delectari, neque velle hinc suas transferri reliquias, deinceps parens visioni, construxit hanc ædem, quæ sita est prope templum martyris Irenes. Quod hæc ædes autem sit grata martyri, per multa hoc signa significat, evidenter apparens, et magna miracula assidue efficiens, et a dæmonibus quidem liberans eos qui ab eis detinentur : naufragis autem fluctus sedans, et ventorum sævitiam increpans : eos qui molestia afficiuntur, consolans, et tristitiæ causas eis adimens, et alioqui ægrotantibus aut egentibus ea, quæ sunt gravia, cessare faciens : et quæ bona sunt, præbens. Hæc cum magnus perfecisset Marcianus, et his veluti aliis muris aureis, ornatus gratia et securitatis, civitatem decorasset, dissolvit vitam in profunda senectute, priusquam maximo templo Irenes celebraret encænia : hoc veluti excedendi appositum quidpiam elocutus : Hæc ambo in manus tuas commendo, Domine, nempe animam quam ipse creasti, et templum, quod ego tua voluntate construxi. Quæ cum dixisset, decessit decimo mensis Januarii.

XVI. Concurrit autem universa civitas, deductura reliquias, ipseque qui tunc erat pontifex, et quicunque erant sortis ecclesiasticæ, et multitudo monachorum, et cœtus honestarum mulierum, et ex magistratibus, quotquot erant pii ac religiosi. Atque sacras quidem ejus reliquias Joannis Baptistæ monasterium, quod etiam dicitur Danielis, suscipit : quod situm est prope divinum templum præclari martyris Mocii : quod ipsum quoque fuit opus illius manus, vel, ut verius dicam, propositi. Quo quidem in loco in hodiernum usque diem præclare et pie ejus memoria celebratur. Ædis autem magnæ Irenes, quam ipse fuerat fabricatus, maxime pia Verina (ea autem erat uxor Magni Leonis) curam suscipit. Quæ quidem, quæ ei ad ornamentum deerant, implet diligentissime, auroque tectum ornat magnifice. Hæc autem declarat, quæ illic est inscriptio. Templi vero encænia quotannis peragun-tur vicesimo Januarii. Quo tempore magnus quoque est concursus multitudinis, et frequens in ore omnium decantatur Marcianus, tanquam illius filias hæc duo templa videntes multitudine, et ejus memoriam per ea renovante : adeo ut nonnulli inter

A οὐδὲ τὰ περὶ τὸν μέγαν Ἰσίδωρον ἀμελῶς ἐτίθει ἀλλὰ τὸ τὰ ἱερὰ αὐτοῦ λείψανα συγκομίσαι, καὶ σεμνότατον οἷον αὐτῷ οἶκον ἀναστῆσαι πολλῆς ἠξίου σπουδῆς. Πάντα τε τόπον ἀναθεωρεῖν οὐκ ἐπαύετο, καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν τῆς οἰκοδομῆς ἔμελλεν ἔτι· τὰ δὲ λείψανα τούτου συναγαγών, καὶ ἐν σορῷ καταθεὶς, φυλλάττειν αὐτὰ, τό γε νῦν ἔχον, ἐν τῷ καινῷ ναῷ τῆς μάρτυρος ἔγνω. Ἐπεὶ μετὰ βραχύν τινα χρόνον μεταθήσειν αὐτὰ ἀπεχείρει, ἐνταῦθα γοῦν θαυμαστὸν οἷον ἀπήντα τι καὶ ἀπόῤῥητον. Οὔτε γὰρ αὐτὸς οὔτε ἄλλη πολυχειρία διασαλεύειν ἔτι τὴν θήκην δυνατὴ κατέστη· θεῖον οὖν τι τὸ πραγμα εἶναι ὑπολαβών, ἄλλως δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ μάρτυρος δι' ὀνειράτων αὐτῷ σημήναντος ὡς χαίρει τῷ τόπῳ, καὶ ἀβουλήτως ἔχει πρὸς τὴν τῶν λειψάνων μετάφοράν, οὕτω λοιπὸν πειθαρχήσας τῇ ὄψει, τουτονὶ τὸν προσνείμενον τῷ τῆς μάρτυρος Εἰρήνης ναῷ κατέσκευάσεν οἶκον. Ὅτι μέντοι κεχαρισμένος ὁ οἶκος οὗτος τῷ μάρτυρι, τοῦτο διὰ πολλῶν δείκνυσι τῶν σημείων διαδήλως ἐπιφαινόμενος, καὶ τὰ μεγάλα τῶν θαυμάτων συνεχῶς ἐργαζόμενος, καὶ δαιμόνων μὴν ἀπολύων τοὺς ὑπ' ἐκείνων κατεσχημένους, ναυαγοῦσι δὲ κύματα πραΰνων, καὶ ἀνέμων ἐπιμῶν ἀγριότητι, λοιπουμένους παρακαλῶν, καὶ τὰ τῆς λύπης περιαιρῶν αὐτοῖς αἴτια, τοῖς μὲν ἄλλως τε νοσοῦσιν ἢ δεομένοις τὰ χαλεπὰ παύων, καὶ τὰ χρηστὰ παρεχόμενος. Ταῦτα ὁ μέγας Μαρκιανὸς, καὶ τούτοις ὥσπερ ἑτέροις χρυσοῖς τείχεσι κόσμου καὶ ἀσφαλείας ἕνεκα τὴν πόλιν καταλαμπρύνας, καταλύει τὸν βίον ἐν γήρει βαθεῖ, πρὶν ἢ τὸν ἐγκαινισμὸν τελέσαι τῷ μεγίστῳ τῆς Εἰρήνης ταῷ· τοῦτο καθάπερ τι ἀλεξητήριον προσειπών· Ἀμφω ταῦτα εἰς χεῖρας τὰς σὰς παρατίθημι, Κύριε, ἥν τε ψυχὴν αὐτὸς ἔκτισας, καὶ ὃν ἐγὼ ναὸν τῷ σῷ βουλήματι κατεσκεύασα. καὶ ταυτα εἰπὼν ἐτελεύτα, Ἰανουαρίου τότε δεκάτην τοῦ μηνὸς ἄγοντος.

ΙϚ'. Συνέτρεχε δὲ πᾶσα ἡ πόλις, οἷα τὴν τοῦ λειψάνου προπομπὴν ποιησόμενοι· αὐτός τε ὁ τηνικαῦτα ἀρχιερεὺς, καὶ ὅτιπερ ἦν τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κλήρου, πλῆθός τι μοναχῶν, καὶ γυναικῶν σεμνῶν τάγματα, καὶ τῶν ἐν τέλει ὅσον σθεσθὲς καὶ φιλόθεον. Τὸ μὲν οὖν ἱερὸν αὐτοῦ λείψανον ἡ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου μονή, ἥτις ἄρα καὶ τοῦ Δανιὴλ λέγεται, δέχεται, ἐγγύς που τοῦ θείου ναοῦ τοῦ κάρτυρος Μωκίου διακειμένη, ἔργον καὶ αὐτὴ οὖσα τῆς ἐκείνου χειρὸς, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τῆς προθέσεως. Ἔνθα δὴ καὶ εἰς δεῦρο λαμπρῶς αὐτοῦ καὶ φιλοθέως ἡ μνήμη τελεῖται. Τοῦ δὲ δημιουργηθέντος αὐτῷ οἴκου τῆς μεγάλης Εἰρήνης, ἡ εὐσεβεστάτη Βηρίνα (γυνὴ δὲ αὕτη τοῦ μεγάλου Λέοντος ἦν) τὴν πρόνοιαν ἀνεδέχεται. Ἣ τά τε πρὸς κόσμον ἐλλιπῶς ἔχοντα σπουδαίως ἀποπληροῖ, καὶ τὴν ὀροφὴν χρυσίῳ φιλοτίμως κατακοσμεῖ· καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ταῦτα ἐκεῖσε δῆλα ποιεῖ. Τά τε μὴν ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ κατὰ τὴν εἰκάδα τοῦ Ἰανουαρίου δι' ἔτους τελεῖται· ὁπότε δὴ καὶ πολλὴ τοῦ πλήθους ἡ συνδρομὴ, καὶ πολὺς ὁ Μαρκιανὸς ἐν τοῖς ἁπάντων ᾄδεται στόμασιν, ὡσανεὶ παῖδας ἐκείνου τοὺς δύο ναοὺς τοῦ πλήθους ὁρώντων, καὶ τούτοις τὴν περὶ αὐτὸν μνήμην ἀνα-

νεούντων · ὥστε τινὰς καὶ χαριέντως πρὸς ἀλλήλους σὺν ἡδονῇ λέγειν · Ἰδοὺ καὶ ἄλλη θυγάτηρ αὕτη τοῦ μεγάλου Μαρκιανοῦ, τὸ κάλλος τε καὶ τὴν πολυτέλειαν ἀδελφὴ τῆς μεγαλης Ἀναστασίας. Ὅπερ μέντοι μόνως περὶ τοῦ ναοῦ τῆς θείας αὐτὸς ἐκεῖνος ἔφη Ἀνακτασίας, πῶς ἄν τις παραλιπεῖν ἀξιώσειε ; Τῶν γὰρ συνήθων αὐτῷ τινος τὸ πολὺ τῆς δαπάνης ἐν θαύματι ποιουμένου, ἐκεῖνον, Εἰ δὲ καὶ πρὸς γάμον, εἰπεῖν, θυγατέρα κατεγγυᾶν ἔμελλον, οὐκ ἂν τὰ πρὸς εὐπρέπειαν καὶ κόσμον αὐτῇ φιλοτίμως ὡς εἶχον παρασχεῖν εἰλόμην ; Νῦν δὲ πρὸς ναὸν Χριστοῦ νύμφης προθέμενοι δαπανᾶν, καὶ νύμφης οὕτω καλῆς, καὶ τὸ κῖμα ὑπὲρ αὐτοῦ προχέαι μὴ φεισαμένης, οὐ πολλῷ μᾶλλον καὶ προθυμότερον ἐμέλλομεν ἀναλίσκειν, καὶ κόσμου παντὸς καὶ ὥρας καὶ χαρίτων ἐλλείπειν οὐδέν ; Οὕτω φιλότιμος ἦν ἐν ἔργοις τοῖς τῷ Θεῷ φίλοις Μαρκιανὸς, καὶ δαπάνης οὐδεμιᾶς φειδόμενος.

ιζ'. Καὶ γὰρ οὐ τοσούτων μόνον νεουργὸς γέγονεν, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἄλλων ἱερῶν οἴκων, οὐ δημιουργὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ θεραπευτὴς ἐδείκνυτο · οἷα δὴ καὶ τοῦ μεγάλου μάρτυρος Θεοδώρου τοῦ ἐν Τᾳνάρῳ · καὶ Στρατονίκου μάρτυρος τοῦ ἐν τῷ Ῥηγίῳ. Καὶ τόγε θαυμαστότατον, ὅτιπερ οὕτως ἐν τοῖς ἱεροῖς οἴκοις την χεῖρα πολυαρκὴς ὢν, πολλῷ πλέον αὐτὴν ῥέουσαν ἐν ταῖς τῶν πενήτων παρεῖχεν ἐπιμελείαις. Περὶ οὗ καὶ νῦν διεξοδικώτερον ὁ λόγος διεξελθεῖν βούλεται, ὥστε δήλην γενέσθαι μὴ τὴν ἐκείνου μόνον περὶ τοὺς δεομένους φιλανθρωπίαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ φιλάνθρωπον, οἵων ἄρα τοὺς ἐραστὰς ἐκείνου τῶν χαρισμάτων καταξιοῖ. Νύκτωρ ὁ θαυμάσιος τάς τε πλατείας καὶ τοὺς τῆς πόλεως περιὼν στενωροὺς, ἐπιμελὲς ἐποιεῖτο, ποῦ ποτε ἄν καὶ εὕροι νεκρὸν ὑπό πολλῆς πενίας παρερριμμένον · καὶ ὡς ἂν ἴδοι τοιοῦτον, ὥσπερ μεγάλου τινὸς κέρδους ἐπιτυχὼν ἀσμένως ἑώρα · καὶ σπουδῇ λούσας καὶ ἀμφιέσας, καὶ τῶν ἄλλων δὴ τῶν νενομισμένων ἀξιώσας τιμῶν, εἶτα καὶ ὥσπερ καὶ ζῶντα τὸν νεκρὸν προσεφθέγγετο · Δεῦρο, λέγων, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἀγάπης κοινώνησον ἡμῖν, ἀδελφέ. Οὕτως εἰπὼν, ὑπακούοντα τὸν κείμενον εἶχεν · ἀνίστατο γὰρ (ὦ θαύματος, ἀπορρήτου ! καὶ Μαρκιανὸν ἡσπάζετο τὸν χρηστὸν τῆς προνοίας, ὥσπερ τῆς περὶ αὐτὸν, οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλὰ τὸν Χριστὸν μᾶλλον ὑποφαίνων ἀποδεχόμενον. Εἶθ' οὕτως ὁ νεκρὸς πάλιν νεκρὸς ἦν, καὶ τοιοῦτος ὑπὸ τῶν παριόντων ὁρώμενος. Τοῦτο δὲ γνώριμον μὲν καὶ ἄλλως γέγονεν, ἐκ δὲ τούτου φανερώτερον.

ιη'. Μέσων νυκτῶν, ὅτε καὶ μάλιστα μηδενὶ ὀφθῆναι ἔφετο, πρός τινα συνήθη τραπεζίτην τὸ χρυσίον καταλλάξων ἐφοίτα, καὶ κέρμα λαμβάνων πλειόνων χαλκῶν, ὡς ἂν ἔχοι τοῦτο διανεῖμαι τοῖς πενομένοις, εὐθὺς ἐπανήει. Ὁ γοῦν τραπεζίτης εἰς κέρδους πρόφασιν τὸ ἄωρον τῆς νυκτὸς λαμβάνων, ζυγοῖς ἀδίκοις τοὺς χρυσοῦς ἐταθμᾶτο, καὶ ἐκεῖνος οὐδὲν ἀντιλέγων οὔθ' ὅλως ἐξακριβούμενος, δῆλος ἦν τὸ πᾶν τῇ συνειδήσει τοῦ σταθμίζοντος ἐπιτρέπων. Ὡς δὲ πολλάκις τοῦτο γενόμενον, ὁ Μαρκιανὸς τὸν μὴ συνιέντα ὑποκρινόμενος, οὐδὲν

A se lepide dicant cum voluptate : Ecce hæc quoque est alia filia Magni Marciani, pulchritudine et magnificentia soror magnæ Anastasiæ. Quod certe ille quidem ipse solummodo de divina dixit Anastasia, quemadmodum censuerit quispiam esse prætermittendum? Nam cum quidam ex ejus familiaribus magnam miraretur impensam : Si desponsurus essem, inquit ille, meam filiam, non quæ ad ejus decorem pertinerent, et ornatum, statuerem mihi esse præbenda quam possem magnificentissimo? Nunc autem cum impensas statuerimus facere in templum sponsæ Christi, et sponsæ adeo pulchræ, et quæ pro ipso sanguinem non possit fundere : non longe amplius et alacrius sumus sumptus facturi, nullumque ornamentum speciemque et B elegantiam prætermissuri? Tam splendidus et magnificus erat Marcianus in iis, quæ Deo grata erant, operibus : neque ullis parcebat sumptibus.

XVII. Etenim non harum solum fuit conditor, sed multarum quoque aliarum ædium non tantum se præstitit opificem, verum etiam refectorem atque reparatorem. Ut magni quoque martyris Theodori, qui fuit in Tænaro : et Stratonici martyris, qui fuit Rhegii. Et quod est magis admirabile, cum in sacris ædibus ejus esset manus tam liberalis, ea erat multo magis profusa in cura gerenda pauperum. Quod quidem nunc vult cursim persequi oratio, adeo ut non solum manifesta fieret illius in egenos benignitas, sed hæc ipsa quoque beneficentia, qualibus donis dignaretur illius amatores. Noctu C vir ille admirabilis obiens plateas et civitatis angiportus, hujus quoque curam gerebat. Sicubi invenisset mortuum præ nimia paupertate abjectum, et cujus nemo curam gereret, et quem talem vidisset, tanquam magnum aliquod lucrum assecutus, eum libenter videbat : cumque eum diligenter lavisset et induisset, et alia justa pro more ei fecisset, deinde etiam mortuum tanquam vivum alloquebatur : Agedum, dicens, sis quoque nobiscum particeps ejus, quæ est in Christo, charitatis. Quæ cum sic diceret, habebat eum qui jacebat, audientem. Surgebat enim (o miraculum, quod verbis non potest explicari!), et bonum amplectebatur Marcianum, curam quæ ejus gerebatur, non illum, sed Christum potius ostendens suscipere. Deinde sic D mortuus, rursus erat mortuus : et talis videbatur ab iis, qui erant superstites. Hoc autem fuit alias quoque cognitum : sed ex hoc evasit manifestius.

XVIII. Media nocte, quando maxime putabat fore ut a nemine videretur, ventitabat ad quemdam argentarium sibi familiarem, ut aurum permutaret : et accipiens multum minutæ monetæ æneæ, ut haberet quod posset distribuere pauperibus, statim revertebatur. Argentarius autem adhibens noctem intempestivam ad lucri occasionem, iniqua trutina ponderabat aureos. Ille autem nihil contradicens, nec omnino accurate considerans, aperte ostendebat se omnia permittere conscientiæ ejus qui ponderabat. Cum autem hoc sæpe fieret, et Marcianus

simulans se non intelligere, nequaquam insimularet argentarium, eum magna subiit admiratio : et simul tempus considerans, nempe medium noctis, ad meliorem venit considerationem : cœpitque suspicari id quod erat veritati propius, et Marciani vitæ convenientius. Unum certe ex suis pueris jussit eum sequi egredientem, ut sciret, quidnam ab eo illa minuta fieret pecunia. Neque enim ab argentario cognoscebatur Marcianus, ut qui apte vultum celaret, quando ad ipsum ingrediebatur, ut illam minutam acciperet pecuniam. Atque puer quidem sequebatur. Postquam autem incidit vir divinus in quemdam pauperem mortuum in lecto jacentem, et acceptum ex quadam cauponis domuncula, lavit et induit : et cum surrexisset, est amplexus, et eo deinde reclinato, rursus abiit : puerum, cum hæc vidisset, horror invasit, et conversus, quam citissime fieri potuit, omnia declarat ei qui illum miserat. Illum autem subiit pœnitentia eorum, quæ fecerat : et quod se iniquissime in sanctum gesserat, deflebat, et pœnas sumebat de sua conscientia. Certe cum is rursus venisset, ut faceret similia, procidit ei ad pedes, et confessus est ea, quæ male fecerat : et quidquid per fraudem lucratus fuerat, enumeravit. Ita bona tacens actio plura potest facere, quam verborum multitudo : et quibus nihil prosunt reprehensiones et suasiones, iis opus laudabile procedens silentio, et latenter transmissum ad eorum conscientiam, meliores reddidit, et effecit, ut bonum sua sponte discerent. Divinus autem Marcianus cum dixisset se fuisse nulla affectum injuria, ab eo quod dabatur, et qui dabat se deinceps abstinuit : non tanquam improbum aliquem aversans : illi enim non solum ignovit, sed etiam professus est se eum habere amicissimum : sed toto pede fugiebat cramben, ex vana gloria proserpentem, et non volens sua alicui homini fieri manifesta, sed ea apud Deum solum reponens. Licet ergo ei qui velit, considerare, quidnam prius possit admirari, insignene miraculum, an beneficentiæ studium, an in universa machinatione ejus animi liberalitatem. Verum enimuero de illius beneficentia oratio aliud quoque bonum mihi revocat in memoriam.

XIX. Hæc virtus ei tantæ erat curæ, ut propter eam nec in meretricum quidem domos venire dedignaretur, neque eam rem esse turpem existimaret : sed ad illum ipsum, quem diligebat, Christum aspiciens tanquam ad exemplar, qui cum publicanis et peccatoribus propter eorum salutem sæpe habuit consuetudinem, et malis suaderet mulieribus, quæ erant salutaria : quibus nonnunquam inopia erat causa sui interitus, dum vellent, proh dolor! suo corpore quæstum facere. In eas ergo magis erat profusus, et dextera magis promptus optimus Marcianus : et maxime si contigisset festum agi die sequenti. Tunc enim erat paratus plura eis præbere, quam illæ erant acceptura ex abominanda nequitia : persuadebatque eis et uti lavacro, et se in sequentem diem servare impollutas, et ad ecclesiam deinde accedere, et

A εἰσκάλει τῷ τραπεζίτῃ, πολλὴ ἔκπληξις εἶχεν αὐτὸν, καὶ ἅμα τὴν ὥραν ἀνασκοπῶν ὅτι τῆς νυκτὸς τὸ μεσαίτατον, εἰς κρείττονα λογισμὸν ἐχώρει, καί τὰς ὑπολήψεις ἐγγιζούσας εἶχε τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῷ Μαρκιανοῦ βίῳ πρεπούσας. Ἀμέλει, καί τινα τῶν αὐτοῦ παίδων ἀκολουθεῖν ἐκέλευεν αὐτῷ ἐξιόντι, ὥστε μαθεῖν ποῦ ποτε ἄρα τὰ τοῦ κέρματος ἐκείνῳ χωροῦσιν. Οὐδαμῶς γὰρ ἐπίδηλος ὁ Μαρκιανὸς τῷ τραπεζίτῃ γενόμενος ἦν, ἐπιδεξίως τὴν ὄψιν ἐπικρυπτόμενος, ὅτε πρὸς αὐτὸν εἰσῄει τὸ κέρμα λαβεῖν. Ὁ μὲν οὖν παῖς ἠκολούθει. Ἐπεὶ δὲ καὶ νεκρῷ πένητι ἐντυχὼν ὁ θεῖος ἀνὴρ ἐπὶ κλίνης κειμένῳ, λαβὼν ἔκ τινος οἰκίσκου καπηλικοῦ ἔλουσέ τε καὶ ἠμφίασε, καὶ ἀναστάντα ἠσπάσατο, καὶ εἶτα ἀνακλίνας αὖθις ἀπῄει· ταῦτα τὸν παῖδα ἰδόντα φρίκη κατέσχε, καὶ στραφεὶς ὡς τάχος τῷ πέμψαντι πάντα διασαφεῖ. Τὸν δὲ μετάνοια τῶν γενομένων εἰσῄει, καὶ ἐφ' οἷς πρὸς τὸν ὅσιον ἀδικώτατα διετέθη μετακλιῶν ἦν, καὶ τιμωρίαν ἀπὸ τοῦ συνειδότος ἑαυτὸν εἰσπραττόμενος. Ἀμέλει, καὶ παραγενομένῳ πάλιν ἐφ' ᾧ τὰ ὅμοια πράξειε, προσέπιπτέ τε τοῖς ἐκείνου ποσί, διωμολόγει τὰ πραχθέντα κακῶς, καὶ πᾶν τὸ πλεονεκτηθὲν ἀπηρίθμει. Οὕτω πρᾶξις ἀγαθὴ σιωπῶσα μᾶλλον ἢ πλήθη ῥημάτων ἀνύειν δύναται, καὶ οὓς ἔλεγχοι καὶ παραινέσεις οὐδὲν ὤνησαν, τούτοις ἔργον ἐπαινετὸν ἡσύχως χωροῦν, καὶ ἀφανῶς αὐτῶν τῆς συνειδήσεως παραπτόμενον, ἐβελτίωσε καὶ αὐθαιρέτως μεταμαθεῖν τὸ ἀγαθὸν παρασκεύασε. Ὁ δὲ θεῖος Μαρκιανὸς μηδὲν ἠδικῆσθαι φήσας, τοῦ τε διδομένου καὶ αὐτοῦ τοῦ διδόντος τὸ λοιπὸν ἀπέσχετο· οὐχ ὡς ἄν τινα πονηρὸν ἐκτρεπόμενος (ἐκείνῳ γὰρ οὐ συγγνώμην ἁπλῶς ἔνειμεν, ἀλλὰ καὶ φίλτατον αὐτὸν διωμολόγησεν ἔχειν), ἀλλ' ὅλῳ ποδὶ φεύγων τὴν ἀπὸ τῆς ματαίας δόξης παρερπουσαν βλάβην, καὶ οὐκ ἐθέλων οὐδενὶ ἀνθρώπων τὰ ἑαυτοῦ δῆλα γίνεσθαι, ἀλλὰ τῷ Θεῷ ταῦτα μόνῳ ταμιευόμενος. Πάρεστι τοιγαροῦν τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν, τί τις πρότερον ἔχοι θαυμάζειν, τὴν τοῦ θαύματος ὑπερβολήν, ἢ τὴν περὶ τὴν εὐποιΐαν σπουδήν, τὴν τῆς δόξης ὑπεροψίαν, ἢ τὴν παντὸς τεχνάσματος τῆς γνώμης ἐλευθερίαν. Ἀλλ' οὗτος γοῦν ὁ τῆς εὐποιΐας ἐκείνου λόγος καὶ ἑτέρου ἤδη ἀναμιμνήσκει καλοῦ.

ΙΘ'. Τοσαύτη γὰρ τῷ ἀνδρὶ ἡ περὶ τήνδε τὴν ἀρετὴν ἐπιμέλεια, ὥστε χάριν αὐτῆς καὶ εἰς πορνικὰς οἰκίας φοιτᾷν μὴ ἀπαξιοῦν, μηδὲ τὸ χρῆμα ἔν τι τῶν ἀκόσμων ἡγεῖσθαι· ἀλλ' εἰς αὐτὸν ἐκεῖνον ὃν ἐφίλει Χριστὸν ὥσπερ εἰς ἀρχέτυπον ἀφορῶντα (ὃς καὶ τελώναις ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ ἁμαρτωλοῖς πολλάκις ὡμιληκὼς ἦν), καὶ αὐτὸν γυναιξὶ φαύλαις τὰ σωτήρια παραινεῖν, αἷς ἡ ἀπορία ὑπόθεσις ἦν, ὅτε τῆς ἑαυτῶν ἐτύγχανεν ἀπωλείας, ἀπὸ τοῦ ἰδίου, φεῦ! σώματος πορίζεσθαι βουλομέναις. Πρὸς ταύτας τοιγαροῦν καὶ μᾶλλον ὁ χρηστὸς τὰ πάντα Μαρκιανὸς πολλῷ ῥέων ἦν καὶ ἑτοιμότερος, καὶ μάλιστα εἰ τύχοι τῆς ἐπιούσης ἑορτὴν ἄγεσθαι. Τότε γὰρ καὶ πλείω παρέχειν ἢ ἐκεῖναι τῆς βδελυρίας ἔμελλον ἀποφέρειν ἑτοιμότατος ἦν, λουτρῷ τε χρήσασθαι καὶ ἀμιάντους φυλαχθῆναι τῇ ἑξῆς ἔπειθεν,

B

C

D

καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἔπειτα προσελθεῖν, καὶ τῶν προ- A
λαβόντων ἐπιμνησθείσας τὸν φόβον τῆς γεέν-
νης φρικτῆς ἑαυταῖς ἐπισείσαι, καὶ δάκρυσι τὸ
θεῖον ἐξιλεώσασθαι. Οὗ δὴ πολλάκις γινομένου,
ἔστιν ὧν καὶ συνήθεια τοῦ καλοῦ κατεκράτει, φό-
βος τε θεῖος αὐταῖς ἐπισκήψας παρεσκεύαζεν οὐ
παρνείοις μόνον, ἀλλὰ καὶ παντὶ κόσμῳ χαίρειν
εἰπούσας, εἰς μοναστήρια τε καὶ ἀσκητήρια εὐθύ-
μως φοιτᾷν· πολλαὶ δὲ τούτων καὶ εἰς Ἱεροσό-
λυμα βαδίζειν ἔγνωσαν, τὰς ἐνοδίους ἀπ' ἐκείνου
δαπάνας ἀρκούντως ἀπειληφυῖαι· αἳ καὶ βίον μά-
λιστα καθαρὸν καὶ ἀντίθετον ἐκ διαμέτρου τῷ προ-
λαβόντι ἐπιδειξάμεναι, οὐδὲ τῶν τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύ-
ματος χαρισμάτων κατέστησαν ἄμοιροι· ἀλλὰ αἱ
μὲν αὐτὸν προσευχῇ νόσους ἔλυσαν, αἱ δὲ καὶ δαί-
μονας ἐξ ἀνθρώπων, οὓς πρότερον ἐπιμελῶς ἐρ- B
ράπευσαν, ῥᾳδίως ἀπήλασαν. Ταῦτα ἐκεῖνος οὐχ ὡς
ἄν τις ἐποίει τῶν πλούτῳ πολλῷ περιαντλουμένων,
καὶ τὸ περιττῶς ἔχον ἀποκενῶν, ἀλλα διὰ τὴν
πολλὴν περὶ τοὺς δεομένους ροπήν, μηδὲ αὐτῶν,
φημί, τῶν ἀναγκαίων φειδόμενος. Ἀλλ' ἔστιν ὅτε
καὶ ἃ εἶχεν ἐν χερσὶν ἐκφορήσας πάντα καὶ μετα-
δοὺς ἑαυτῷ τὰς χρηστὰς ἐλπίδας καὶ τὸ εἰς χεῖρας
ἀφορᾷν μόνον τοῦ Θεοῦ κατελίμπανεν, ὥστε μετὰ
τῶν ἄλλων, ὧν εἶχε καλῶν, καὶ πρὸς ἀκτημοσύνης
λόγον, μηδενὶ τῶν πρωτείων παραγωρεῖν.

Κ'. Σημεῖον δὲ τοῦ λόγου. Λέγεται γὰρ ὡς ἐξ
ἑορτῆς ἁγίων ὑποστρέφων ποτὲ (καὶ γὰρ οὐδὲ
τῶν τοιούτων καὶ τοῦ ἐν μέσῳ πολλῶν αἰνεῖν τὸν
Κύριον θεοσεβείας χάριν ἀπελιμπάνετο, ἀλλὰ κατα C
πολλὴν ἐφοίτα τὴν προθυμίαν)· ἐπανιὼν τοιγαροῦν,
ἐπεὶ ὄμβρον καταῤῥαγῆναι συνέβη, διάβροχος γε-
γονὼς, καὶ εἰσελθὼν τὴν οἰκίαν, καὶ ἐγκλείσάμενος,
ἔπειτα ἀποδὺς τὸ ἱμάτιον ἐπὶ μετρίοις ἄνθραξιν ἀν-
εξήραινεν. Οὕτω δὲ συμπεσὸν, ὁ τότε θεοφιλέστα-
τος ἀρχιερεὺς μετάβλητον αὐτὸν ἐπρίετο. Οἱ δὲ
σταλέντες κεκλεισμένην εὑρόντες τὴν οἰκίαν, ἔκο-
πτόν τε τὴν θύραν, καὶ ἐξιέναι ἐκέλευον. Τὸν δὲ ἡ τοῦ
φανῆναι γυμνὸν αἰσχύνη εἴσω μένειν ἐποίει, τῷ
μηδὲ ἕτερον ἱμάτιον αὐτῷ προσεῖναι, ὥστε περι-
βαλόμενον προελθεῖν. Διὰ τοῦτο ἐπηγγείλατο μὲν
τὴν ἔλευσιν, ἔμελλε δὲ καὶ ἔτι. Εἷς τῶν παρόντων
περιεργότερόν τι ποιῶν, καὶ ὀπῇ τινι τὸν ὀφθαλ-
μὸν προσθεὶς καὶ τὸ γινόμενον θεασάμενος, αὐτός
τε θαύματος ἐπληροῦτο, καὶ τοὺς ἄλλους μάρτυσι D
χρήσασθαι τούτου τοῖς σφετέροις ὀφθαλμοῖς παρ-
εσκεύασεν. Ὡς οὖν ἐξέπληξε πάντας τὸ θεαθὲν ἐπ-
ανέσχαν, καὶ τῷ πατριάρχῃ πάντα μετὰ θαύματος
διεσάφουν. Τῷ δὲ, οὐχ ὅπως οὐδὲν θαυμάζειν, ἀλλὰ
καὶ μέμφεσθαι μᾶλλον αὐτοῖς ἐπῆλθεν, εἰ ἐκ μικρῶν
οὕτω Μαρκιανὸν μέγαν ἐγνώκασι κρίνειν, παρὸν
ἐκ πολλῶν ἑτέρων, καὶ οὐδενὶ ἄλλῳ κατορθῶσαι
ῥᾳδίων, θαυμαστὸν ἐκεῖνον λογίζεσθαι καὶ μακά-
ριον.

ΚΑ'. Ὅσης δὲ τῆς αἰδοῦς ὁ μέγας οὗτος ἀπήλαυε
παρὰ πάντων ὁμοίως, δήπου, βουλῆς, βασιλέως αὐ-
τοῦ, μαρτυρεῖ μὲν ἡ φήμη, μαρτυροῦσι δὲ καὶ
οἱ δυνατώτατοι τῶν τότε Ἄσπαρ καὶ Ἀρδαβούριος.

recordantes eorum quæ præcesserant, horribilis gehennæ metum sibi incutere, et Deum placare lacrymis. Quod quidem cum sæpe factum esset, nonnullas boni vincebat consuetudo, divinusque eis ingruens metus efficiebat, ut non solum stupris, sed omni etiam ornamento valedicentes, ad monasteria et asceteria, id est, loca in quibus se exercerent, prompto et alacri venirent animo. Multæ quoque ex iis statuerunt ire Hierosolymam, cum ab illo accepissent sumptus, qui sufficerent ad viaticum. Quæ cum vitam maxime puram et priori ex diametro oppositam ostendissent, ne boni quidem spiritus donorum fuere expertes: sed aliæ quidem ex ipsis morbos solverunt oratione, aliæ autem dæmones quoque, quos prius diligenter coluerant, facile ejecerunt ex hominibus. Hæc ille, non ut faceret aliquis ex iis qui magnis affluunt opibus, id quod redundat exinaniens, sed propter magnum quod egentibus afferebat auxilium, ne ipsis quidem parcens necessariis. Sed nonnunquam cum omnia etiam extulisset et erogasset, quæ habebat in manibus, sibi solam spem bonam et ad Dei solum manus aspicere, relinquebat: adeo ut cum aliis, quæ habebat bonis, etiam quod ad nihil possidentem attinet, primas partes nulli cederet.

XX. Hujus autem quod dico, signum est. Dicitur enim quod a festo Sanctorum revertens aliquando: nam nec iis, nec Domini, quæ fit in medio multorum, laudationi deerat, divini cultus et religionis gratia. Revertens ergo, quoniam pluviam erumpere contigerat, madefactus et domum ingressus, cum se inclusisset et vestem exuisset, paucis exsiccabat carbonibus. Accidit autem, ut Dei amantissimus pontifex tunc eum accerseret. Qui autem missi fuerant, cum domum invenissent clausam, pulsabant ostium, et jubebant egredi. Illum vero pudor, ne nudus videretur, cogebat intus manere, quoniam ne alia quidem ei vestis aderat, ut posset indutus progredi. Et ideo renuntiavit quidem se venturum, sed tamen adhuc differebat, donec unus ex iis qui aderant, se gerens paulo curiosius, cum uni foramini oculum admovisset, et contemplatus esset id quod fiebat, et ipse repletus fuit admiratione, et effecit ut aliis uteretur hujus rei testibus, dum suis cernerent oculis. Postquam itaque id quod visum fuerat, omnes obstupefecisset, reversi sunt, et patriarchæ cum admiratione omnia aperuere. Illi autem non modo venit in mentem admirari, sed potius eos increpare, quod ex adeo parvis statuerint magnum indicare Marcianum, cum liceret ex multis aliis, et quæ nullus posset alius facile efficere, illum existimare admirandum et beatum.

XIX. Quanto autem fuerit ex æquo omnium in hunc magnum reverentia, populi, inquam, et senatus, et ipsius imperatoris, testatur quidem fama: testantur autem etiam, qui tunc fuere potentissimi,

Aspar et Adabarius. Qui etsi essent mala opinione præditi, et iis qui recte sentiebant, inimicissimi, divinum tamen Marcianum ne facile quidem intueri poterant, insignem ejus virtutem reverentes : et ideo illi magnum honorem tribuebant, et templum magnæ Anastasiæ, quod ab illo fuerat conditum, pretiosis vasis ex auro et argento factis decoraverunt. Ille autem donum remunerans, decrevit ut diebus solemnibus, patria eorum lingua (Gothi enim erant) divinitus inspiratæ Scripturæ in eo templo legerentur. Sed Byzantinis quidem erat Martianus adeo venerandus. Vocabat autem fama eas quoque, quæ procul sitæ erant, civitates, et undique confluebant : alii quidem, percepturi peccatorum curationem, alii vero morborum : ut nec deerant quidem qui a Roma veteri veniebant. Inter quos alio quoque, quod factum est dignum memoratu, non par esse arbitror fraudare vestras aures.

Οἳ καίτοι κακόδοξοι ὄντες, καὶ, τοῖς ὀρθῶς ἔχουσι δόξης διαφερόντως πολέμιοι, ὅμως Μαρκιανὸν τὸν θεῖον οὐδὲ προσβλέπειν εὐχερῶς ἠδύναντο, τὸ περιὸν αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς δυσωπούμενοι· καὶ διὰ τοῦτο πολλήν τε ἐκείνῳ τὴν τιμὴν ἀπένεμον, καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντα ναὸν τῆς μεγάλης Ἀναστασίας σκεύεσι πολυτελέσι χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένοις ἐφαίδρυνον. Κἄκεῖνος τῆς δωρεᾶς αὐτοὺς ἀμειβόμενος, διετυπώσατο κατὰ τὰς ἐπισήμους τῶν ἡμερῶν τῇ πατρίῳ αὐτῶν γλώττῃ (Γότθοι γὰρ ἦσαν) τὰς θεοπνεύστους Γραφὰς ἐν τῷ ἱερῷ τῷδε ἀναγινώσκεσθαι, ἀλλὰ Βυζαντίοις μὲν οὕτως αἰδέσιμος ἦν ὁ ἀνήρ. Ἐκάλει δὲ ἡ φήμη καὶ τὰς μακρὰν ᾠκισμένας τῶν πόλεων, καὶ πανταχόθεν συνέῤῥεον· οἱ μὲν ἁμαρτημάτων, οἱ δὲ καὶ νοσημάτων τὴν θεραπείαν ἂν τρυγήσοντες· καὶ οὐδὲ τῆς πρεσβυτέρας ἀπελιμπάνοντο Ῥώμης, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ προσῆεσαν. Ἐν οἷς καὶ μνήμης ἄξιόν τι γενόμενον, οὐ τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς οἶμαι ζημιῶσαι καλόν.

XXI. Quædam enim mulier laborans diuturno fluxu sanguinis adeo graviter, ut omnis medicinæ, quod ad eam attinebat, vanum existimaretur studium et supervacaneum. Ea, Roma relicta (eam enim vocabant divina signa Marciani, quæ canebantur ab omnibus), pervenit Constantinopolim. Neque vero eam tantum iter confecisse pœnituit, ut quæ tanta vexatione nihil dignum obtinuerit : sed simul ut ad justum accessit Marcianum, et morbum significavit, curata est mulier. Talis enim fuit hic vir divinus, ut nec tactu quidem sæpe, sed sola precatione et nudo aspectu liberaret eos qui accedebant, et ei exhibebant negotium. Tantus quidem fuit Marcianus miraculis. Talis autem iis quoque, quæ recte et ex virtute gesta sunt, convenienter divinæ promissioni, quæ dicit : *Eos qui me glorificant, glorificabo*[5]. Cujus intercessionibus nobis concedatur, illius esse bonorum participes, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potentia nunc et in sæcula sæculorum, Amen.

Κβ'. Γυνὴ γάρ τις αἱμορῥοΐᾳ πιεζομένη χρονίᾳ οὕτω χαλεπῶς, ὡς πᾶσαν ἰατρικὴν τέχνην ὅσον ἐπ' αὐτῇ σπουδὴν ματαίαν καὶ περιττὴν νομισθῆναι, αὐτὴ τὴν Ῥώμην καταλιποῦσα (καὶ γὰρ ἐκάλουν αὐτὴν αἱ θεσπιμεῖαι Μαρκιανοῦ ᾀδόμεναι παρὰ πάντων) εἰς τὴν Κωνσταντίνου κατελάβε. Καὶ οὐδὲν ἐμέμψατο ἑαυτῇ τῆς ὁδοιπορίας, ὡς μὴ ἄξιόν τι κακοπαθείας τοσαύτης ἀπονα μένη· ἀλλ' ἅμα τε προσῆλθε τῷ δικαίῳ, καὶ τὴν νόσον ἐγνώρισεν, ἥ τε πηγὴ τοῦ αἵματος ἔληγε, καὶ ἡ γυνὴ τῆς θεραπείας ἀπέλαυε. Τοιοῦτος γὰρ ὁ θεῖος ἀνήρ, ὡς μηδὲ ἁφῇ πολλάκις, ἀλλὰ εὐχῇ μόνῃ καὶ ψιλῷ βλέμματι τοὺς προσιόντας ἀπαλλάττων τῶν ἐνοχλούντων. Τοσοῦτος μὲν ὁ Μαρκιανὸς τοῖς θαύμασι, τοσοῦτος δὲ καὶ τοῖς ἐν ἀρετῇ κατορθώμασι, κατὰ τὴν, Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, θεολόγον ἐπαγγελίαν. Οὗ καὶ ἡμᾶς γένοιτο ταῖς πρεσβείαις τῶν ἐκείνου συμμετασχεῖν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[5] I Reg. II, 30.

DE S. THEODOSIO CŒNOBIARCHA

JUXTA HIEROSOLYMAM IN JUDÆA.

(Anno 529 apud Bolland. 11 Jan.)

§ I. *S. Theodosii natalis, sacri honores.*

Quatuor uno sæculo Ecclesiam illustravere Theodosii, imperatores duo, duo archimandritæ; illi prudentia, pietate, catholicæ studio religionis, senior etiam bellica virtute; hi vitæ sanctimonia, gloriaque miraculorum. Horum utrique publica decreta uno eodemque die sacrorum veneratio est, priori fere ab solis Græcis, ut supra diximus, alteri etiam a Latinis. Ille Antiochenus fuit, conditque in Cilicia celebre, etiam apud posteros, cœnobium, in Scopulo appellatum : hic Cappadox in Palæstina monasterium construxit, de quo post paulo : junior hic fuit, aliquot post alterius obitum annis natus, ut qui sacram populo Scripturam explicaret, cum Theodosius II imperator e vivis excessit an. 450. Longe alius ab his Theodosius ex monacho pseudoepiscopus Hierosolymitanus Eutychianus, qui Marciani imperatoris vivit ætate, ut infra in Vita S. Euthymii 20 Januarii dicetur.

2. Natalem igitur S. Theodosii cœnobiarchæ hoc die ita celebrant Græci in Menologio a Canisio edito : *Commemoratio S. P. N. Theodosii cœnobiarchæ, ex oppido Marissi Cappadociæ.* Refertur et in horologio, ac Menologiis Maximi episc. Cytheræi, atque Christophori proconsulis Mitylenæi : in Kalendario quoque Græcorum a Genebrardo edito, et eisdem verbis a Molano in addit. ad Usuard. « Die undecima sancti Patris Theodosii Cœnobiarchæ. » *Martyrologium Romanum.* « In Cappadocia, in vico Magariasso, S. Theodosii Cœnobiarchæ, qui multa pro fide catholica passus est. » Galesinius, secutus Græcorum Euchologion, eum 10 Januarii refert : « In Græcia S. Theodosii Cœnobiarchæ. Is incredibili abstinentia fuit, ut per triginta ipsos annos panem non gustarit, palmæ fructu et paucis siliquis victitans : sicque corpori cum cibum detraheret, animam diu noctuque pavit assidua cœlestium rerum contemplatione. » Galesinium sequitur Martyrologium Germanicum.

3. De eo isthæc prædicant Menæa. « Venerandus hic S. P. N. Theodosius in Mogariso Cappadociæ pago, Christianis et religiosis admodum parentibus, Proæresio et Eulogia natus; vitam complexus monasticam, sacram induit religionis vestem : Hierosolymamque profectus, inde Antiochiam adiit, ubi Symeonem eximium illum Stylitam convenit, a quo futura illius vitæ sanctimonia illi prædicta, ut qui magni gregis ovium ratione pollentium futurus esset pastor. Deinde apud Longinum laudatissimum quemdam virum rebus divinis in solitudine eruditus, ad eam pervenit abstinentiam, ut in hebdomada nonnisi semel cibo corpus reficeret, tandemque totis triginta annis panem non gustaret : pariterque in aliis virtutum studiis tantum promovit, ut in summum pietatis culmem enisus, illustria ederet miracula. Basilium quemdam monachum defunctum, et in tumbam depositum, vidit unus ille cum altero quodam monacho fratribus astantem, et psalmis accinentem. Carbones, nullo subjecto igne, ubi monasterium erat conditurus, accendit. Feminam ad se adeuntem sanguinis profluvio liberavit. Ex uno frumenti grano per preces integra granaria replevit. Puerum in altam putei delapsum voraginem, inaspectabili præsentia extraxit. Fetuum abortiones repressit, qui dum in vitam immaturi prodibant, per mortem ex vita exturbabantur. Quare horum matrem ob hanc affectionem perinde ac si sterilis fuisset fecundam reddidit. Ingens locustarum agmen verbo increpitans abegit. Kericum Orientis comitem veste sua cilicina, qua pro thorace illum induerat, invulnerabilem præstitit. Sata terræ ardore læsa, impetrato per preces imbre recreavit. Prædixit ingentem per terræ motum Antiochiæ ruinam. Multos, qui naufragium fecerant, cum fluctibus colluctantes, periculo spectabilis eripuit. Multis auctor vitæ religiosæ factus, ad Dominum e vita excessit. Dies illi solemnis in veneranda B. Petri Apostoli æde peragitur. » Hactenus Menæa. Quæ hic dicitur femina sanguinis profluvio liberata, in vita, n. 58, refertur cancro in mamilla laborasse. Eadem, omissis tamen plerisque miraculis, leguntur in Anthologio Græcorum, a Clemente VIII approbato.

§ II. *Vitæ S. Theodosii scriptores.*

Vitam S. Theodosii ex Metaphraste edidit Lipomanus tom. V, atque ex eo Surius. Plurima ex ea Baronius t. VI et VII suorum Annalium intexuit. Nos eamdem damus cum ms. Græco bibliothecæ Vaticanæ collatam, et pluribus locis emendatam. Eadem exstat, sed contracta, Latine in Vitis Francisci Haræi et Lippeloi, ac fastis Marianis ; Italice edita a Gabriele Flamma ; Hispanice a Ribadineira nostro, etc.

5. Acta vero hæc asserit Baronius in notis ad Martyrol. « omni acceptatione dignissima, » et t. VI *Annal.* an. Ch. 511. n. 20 : « Quam exactissime descripta, etsi ab incerto, certo tamen temporis ejusdem auctore, ut nihil sit quod jure revocari possit in dubium, utpote veritate omni ex parte constantia. » Coævum auctorem fuisse probant quæ de Anastasio imperatore scribit, n. 45. « Tulit aliquando nostrum quoque tempus imperatorem, qui quidem prius fuerat (quantum apparebat) paradisus voluptatis, postremo autem rebus fuit cognitus campus destructionis, et unus scilicet ex his pastoribus qui gregis oves dispergunt, et perdunt, et eas turbida potant subversione, et, ut reliqua illius prætermittam, hoc quidem accipiet quod post nos sequetur tempus. »

6. Auctorem hunc conjicit Baronius fuisse Cyrillum monachum, a quo Acta SS. Euthymii, Sabæ, et Joannis Silentiarii descripta sunt. Ita an. Ch. 491, num. 14, scribit : « Sed et ejusdem auctoris creduntur esse Vitæ Theodosii Cœnobiarchæ, nec non Quiriaci anachoretæ, qui iisdem temporibus claruere viri sanctissimi : sed quod illæ careant auctoris inscriptione, feruntur nomine ejus, qui postremo edidit Metaphrastes, cum tamen ipse ea antiquitus scripta tantum exscripserit. » Et anno 511, n. 21 : « Auctor etsi nomine habeatur incognitus, Cyrillum hunc ipsum existimo, qui sicuti sanctorum Sabæ et Euthymii atque Joannis Silentiarii et aliorum vitas scriptis est prosecutus, ita haud par est credere, quem habebat præ oculis, Theodosium præteriisse, prætermisisseque res ab eo præclare gestas, minime præ sui dignitate obruendas silentio, posteris tradere. Conjicio quidem ab imprudente aliquo obliteratum Cyrilli auctoris nomen, qui referens illud ad Cyrillum Hierosolymitanum episcopum, qui claruit sub Constantio imperatore, falso putarit tribui Cyrillo historiam, qua res gestæ sub Leone, Zenone et Anastasio Augustis tractantur, ignorans ipsum de quo est sermo, nobilem historicum Cyrillum, atque Palæstinum, hoc vixisse tempore. »

7. Hæc Baronii conjectura. Cyrillus juvenis ad

modum eo tempore fuit, quo S. Sabas ex suscepta ad Justinianum imperatorem legatione an. 530, reversus est, haud diu dein superstes. Eum tunc Scythopoli adiverunt Cyrilli parentes, atque ipsi puero impetrarunt benedictionem. Ita de se ipse Cyrillus in Vita S. Sabæ : « Cum me magnus Sabas aspexisset, et salutasset, et sua dignatus esset benedictione; Hic exhinc, inquit patri, est meus discipulus. Doceatur ergo Psalterium : eo enim opus habeo. » In Vita S. Quiriaci 29 Septembris, dicitur fuisse « ex monasterio Magni Euthymii, et a magni Euthymii laura ad B. Sabæ lauram accessisse, ut videret Silentiarium Joannem episcopum, cui fit minister litterarum ad B. Quiriacum, et ab hoc didicisse res gestas SS. Euthymii et Sabæ, quas conscripsit. » Plura 20 Januarii ad vitam S. Euthymii. Hæc sufficiant ut professio ejus, et ætas agnoscatur.

8. Alium tamen ab hoc arbitramur vitæ S. Theodosii auctorem; vel ideo, quod nusquam in ea mentio fiat aut S. Euthymii, aut certe S. Sabæ, inter quem tamen et S. Theodosium constat summam amicitiam atque familiaritatem intercessisse, ut infra, § 5, patebit. Deinde multus est Cyrillus in describendis circumstantiis loci, temporis, sociorum, etc., quas alter vix attingit. Denique seipsum alibi citat, et vitas a se descriptas : at ne quidem in S. Sabæ actis, ubi toties meminit S. Theodosii, vel leviter indicat a se ejus esse vitam compositam.

9. Dicuntur infra, n 40, multi eruditione insignes S. Theodosii institutum amplexi, et n. 39, multi ex hac eruditione prodiisse, Ecclesiæ episcopi et pastores, et variorum monasteriorum antistites. Quidni aliquis horum præclaras magistri sui optimique parentis virtutes descripserit ? Quod haud diu post ejus obitum, sub successore fortassis, factum indicat citatus locus, in quo et qui S. Theodosii, et qui ejus successoris eruditi sunt disciplina, enumerantur. Fuit inter Theodosii discipulos Julianus, quem magnus Theodosius, ut n. 71 legitur, « semper habebat socium vitæ ex Christo agendæ, volebatque cum eo philosopharii, et esse eum sibi socium solitudinis. » Ex ejus relatione, aut forte etiam commentariis, haud pauca hausisse hunc auctorem, conjicere licet ex iis quæ, c. 16, n. 71, dicuntur. Fuit vero Julianus vir magnus, dignusque tanto magistro discipulus, ipso etiam tum vivente factus episcopus Bostrensis, coactusque quod Severo Antiocheno hæretico consentire nollet, fugam ultro arripere, ut Evagrius, l. III, c. 33. Isque ipse est, cujus vitam, seu potius miraculum calicis venenati, signo crucis ante edito, innoxie epoti, narrat, c. 94 *Prati spiritualis* Joannes Moschus; qui et ipse, ut in præfatione operis refertur, « principio quidem sæculo renuntiavit in monasterio S. P. N. Theodosii abbatis et archimandritæ omnium, quæ sunt Hierosolymis cœnobiorum, sive monasteriorum, » ad cujus cœmiterium reliquiæ ejus Roma, ubi obierat, delatæ requiescunt. « Est autem, » ut ibidem additur, « locus cœmiterii spelunca, in qua, cum a Magis illusus esset Herodes, juxta Evangelii oraculum, illi inde solventes, cum in patriam redirent, manserunt. In hac spelunca sanctus Pater noster Theodosius cum religiosæ vitæ certamina confecisset, gratia donatus est dæmones ejiciendi : neque tantum in hac temporaria brevique vita, sed etiam post obitum illos ejicit ad hunc usque diem, ad gloriam et laudem Christi veri Dei, et Salvatoris nostri, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. » Hæc in Elogio auctoris, ex mss. Græcis in posteriori editione a Rosweydo nostro præfixo, quod ab obitu ipsius Moschi ab aliquo ejusdem cœnobii monacho concinnatum suspicamur. Multa ex eo in Bibliotheca Photii, tmemate 199 citantur. Quæ porro hic de Magis, sepultura et potestate. S. Theodosii in dæmones referuntur, eadem leguntur in Vita n. 9, 10, etc., quam pridem antea conscriptam fuisse vel inde conjicere fas est, quia alioqui ejus virtutes non idem commemorasset Moschus, nisi in omnium jam fuisset manibus scriptus de iis libellus.

§ III. *Ætas ejus. Tempus obitus.*

10. Ut Cyrillus in temporis ratione adnotanda diligens fuit atque accuratus, ita hic auctor eam fere neglexit, unum hoc dixisse contentus n. 84, S. Theodosium obiisse, cum annos vixisset centum et quinque et paulo amplius Ex quo, si annus aut nativitatis aut obitus sit compertus, reliqua facile deducentur. Tempus obitus (nam quæ senex potissimum gessit, ea diligentius descripta sunt) prius inquirendum. Supervixit S. Theodosius Anastasio imperatori (n. 55) exstincto an. Ch. 518. Prædixit terræmotum Antiochiæ (n. 76) aliquot diebus priusquam fieret, an. Ch. 526. Sepulturæ ejus (n. 87) interfuit Petrus III hujus nominis Hierosolymorum patriarcha, qui Joanni II, an. 524, 22 April. ind. 2, mortuo successit, supremum diem clausit an. 546. Hæc ex Vita Nicephorus Callistus l. XVII *Hist. eccl.* c. 24, ita scribit : « Justiniano adhuc imperium administrante, et magnus ille Sabbas et præclarus Theodosius, eremi præsides, superstites erant. Verum prior Theodosius ad Deum transiit. Sabbas autem nonagesimum tunc agens annum ab Æliensi antistite legatus iterum Constantinopolim ad Justinianum in tenui atque imbecilli admodum senecta fluctuans, profectus est. Samaritani namque, Juliano quodam rege sibi creato, plurimas Christianis superbe injurias tulerant, » etc. quæ Nicephorus e Vita S. Sabæ desumpsit, ubi ea sic refert Cyrillus : « Cum jam autem imperium assumpsisset Justinianus, et rerum suscepisset administrationem, agebat quidem B. Sabas 91 annum, finem vero vitæ acceperat divinus Theodosius. Qui in Palæstina quidem erat populus Samaritanorum, cum Julianum quemdam, qui ipse quoque erat Samaritanus, sibi regem creassent, multas injurias faciebant Christianis, » etc.

Petavius noster l. XIII *De doctrina temporum*, scribit an. Ch. 529, Junio mense, a Samaritanis et Judæis rebellantibus hunc Julianum regem constitutum, et deinde a copiis Justiniani cum suis rebellibus interemptum. Anno sequenti 530 refert legationem S. Sabæ ad Justitianum, quo tempore S. Sabas agebat annum ætatis 91, utpote natus sub consulatu 17 Theodosii, id est anno Chr. 439, ut ex Cyrilli assertione apparet initio Vitæ S. Sabæ. Obierit ergo S. Theodosius hoc 11 Januarii, anno Ch. 529, ante inchoatam Samaritanorum seditionem, secundo anno imperii Justiniani, qui Justino avunculo anno 527 Augusti 1 aut 2 (variant auctores) defuncto, successerat ipsis ante Kalendis Aprilis feria 5 in Cœna Domini, ab eo imperator creatus. Quo imperante supervixerit S. Theodosius anno uno, mensibus quinque, aut novem. Quo tempore Kericus victoriam de Persis reportavit, indutus S. Theodosii cilicio, ejusque admonitione ante confirmatus, ut n. 73 et 74 dicitur. His ita constitutis, natus fuerit S. Theodosius an. Ch. 423. Discesserit e patria, post sacram Scripturam populo diu prælectam, n. 4, anno ætatis 28, Christi 451, dum Chalcedonensis synodus congregabatur. »

11. Baronius tom. VII *Annal. Eccl.* an. Ch. 532, n. 21, censet « Theodosium longe post S. Sabam diem extremum clausisse, et vixisse adhuc temporibus Agapeti Romani Pontificis; itaque plane corrigendum, quod additum est in actis Sabæ, Theodosium ante eum diem obiisse. » Hæc Baronius. Sed quomodo id Actis additum probat? Ipse t. VI, an. Chr. 475, n. 43, hunc « Cyrillum diligentem et veritatis cultorem illorum temporum florentem historicum dixerat, » et an. Ch. 491, n. 5, historiam ejus « scitu dignam, et Annalibus ecclesiasticis congruam vocarat; cum præsertim, inquit, a Cyrillo monacho discipulo admirandi illius Euthymii, qui his vivebat temporibus, scripta fuerit. Liceat absque invidia dicere, me neminem reperisse post SS. Athanasium atque Hieronymum, qui majori fide scripserit sanctissimorum virorum res gestas, d gerens eas atque distinguens accurate per tempora, ac ipse Cyrillus, dum quæ ipse vidit, vel sanctorum omni probitate præstantium virorum relatione didicit, absque levi suspicione mendacii sinceram veritatem veluti sacrosanctum depositum posteris tradidit, nempe acta Euthymii, itemque Sabæ atque Joannis Silentiarii. » Cur non igitur illæsam atque intactam hanc tanti scriptoris historiam suscipimus, a Patribus quoque synodi Nicænæ II actione prima, honorifice citatam. »

12 Causam corrigendi hæc Acta deducit, t. VII, anno Chr. 536; num. 1, ubi relato ex synodo Constantinopolitana sub Menna acta, libello monachorum, oblato Agapeto papæ contra Anthimum, Severum et cæteros hæreticos, subjungit : « Inter alios affuit legatio a magno illo Theodosio Cœnobiarcha, de quo plura superius laude dignissima pro fide perfuncta enarrata sunt. Hesychius enim presbyter ejus monasterii, Theodosii legatus subscriptus eidem libello legitur. Vivebat adhuc quidem Theodosius ipse, de quo ista in ejus vita, post alia suscepta pro fide orthodoxa certamina, leguntur : Cum de eo (Theodosio scilicet) intellexisset et qui veteris Romæ sedem pulchre tenebat (is autem erat Agapitus) et qui Antiochenam sedem regebat Ephraim, sive Ephræm; ipse quoque populis rectam fidem prædicabant. In quibus multa sunt ad laudem hujus beati composita, quæ non minorem gloriam afferunt iis qui scripserunt, quam ei qui laudabatur, quod non ad gratiam, sed plane ad veritatem fieret laudatio. » Ita Baronius. Verum neque Agapetus papa, neque Ephraim patriarcha, dicuntur vivum laudasse S. Theodosium; sed cum certamen ejus, cum Anastasio imper, pro fide orthodoxa jampridem initum, huic laudationi ibidem n. 55, conjungatur, videtur oblatus ab ejus successoribus libellus occasionem præbuisse laudandi non ita pridem defunctum Theodosium, piissimum eorum parentem et monasterii fundatorem. Creatus est Agapetus 11 Junii anni 535, decessit anno sequenti.

13. Deinde difficile probatu est Hesychium hunc (qui Isychus, Isichius dicitur) missum fuisse a B. Theodosio tum superstite; et non potius a Sophronio ejus successore. Ita enim actione I ejusdem synodi, in libello a morte Agapeti ab iisdem monachis oblato subscribitur : « Hesychius divina miseratione presbyter et monachus monasterii beati abbatis Theodosii, locum tenens Sophronii presbyteri et archimandritæ ipsius monasterii et primi totius eremi Hierosolymorum, cum omnibus his, qui mecum missi sunt, archimandritis Hierosolymitanis ad hanc regiam urbem, qui faciunt pro omnibus archimandritis et monachis, qui habitam ipsam eremum et tres Palæstinas, qui una mecum supplicarunt; subscripsi de consensu omnium et porrexi. » Imo hic Hesychius; qui cum Polyeucto diacono et Juliano monacho, utroque ejusdem monasterii B. Theodosii alumno, interfuit illi synodo, modo dicitur Ambasiator, ut act. 2 et et 4, modo Prior, ut act 5, modo etiam archimandrita, ut act. 1 et 5, vel quia alterius cœnobili, illi Theodosiano subjecti, præfectus jam fuerit, vel quod mortuo Sophronio successerit, additusque in exemplaribus sit archimandritæ titulus a librariis. Præfuit huic monasterio Gregorius archimandrita tempore Tiberii imperatoris circa an. Ch. 580, cujus meminit Joannes Moschus, cap. 92, 93 et 94 *Prati spiritualis*. In elogio Joannis Moschi, cum corpus ejus anno 619 vel 620 ineunte (ut colligitur ex initio indictionis 8), referretur Roma ad hoc monasterium, nominantur antistes ejus Georgius, Gregorii forte illius successor.

14. Hæc de ætate S. Theodosii, quasi velitando, subtimide quia contra magni Annalium ecclesiasticorum auctoris sententiam, nusquam tamen nisi in solido firmum figentes vestigium, disputaveramus;

cum novum oblatum est nobis, quo conjecturam, nostram stabiliremus, argumentum, idque ejusmodi, ut convelli non posse existimemus. Nam quæa Metaphraste edita est S. Sabæ vita, hactenus hic citata a nobis, iterumque infra citanda, quia in omnium est manibus ; eam e vetusto codice, ante annum Christi 1034, exarato, nacti sumus Latine versam ante ipsius Metaphrastæ ætatem: e qua cum illud animadvertimus, eam que vulgata est esse a Metaphraste paulum hinc inde amplificatam, tum S. Theodosii obitus annum diemque didicimus. Ita enim habet: « Incipiente autem nonagesimo primo ætatis anno Patris nostri Sabæ, beatus supradictus Theodosius jam senex et plenus dierum, vitam hanc terrenam deserens, ad cœlum transivit, Mense Januario, die undecima, indictione septima. Cui in monasterii regimine Sofronius successit, in monachisis actionibus satis perfectus. Post defunctionem autem abbatis Theodosii irruentes Samaritani, totam gentem Palæstinæ concitaverunt, multa illicita operantes, ecclesiasque deprædantes atque incendentes, Christianos absque ulla misericordia occidentes, omnem regionem igni tradebant. Venientes autem ad Neapolim, nimisque superbientes, imperatorem sibi constituerunt Julianum quemdam ; invadentesque civitatem, episcopum interfecerunt, virum sanctitate plenum, Mamon nomine. Similiter et quosdam presbyteros apprehensos, diversis suppliciis lanialos, igni tradebant; viasque, quæ regiæ vocabantur, Christianis invias exhibuerunt. »

§ IV. *Situs monasterii S. Theodosii.*

15. Quod supra § I, n. 2 et 3 in Martyrologiis nominatur, veluti S. Theodosii sedes, Cappadocia Græcia, vicusque Magariassus (qui in Anthologio Μωγαρισσός, in vita bibliothecæ Vaticanæ Μογαρισσός, in Menologio *Marissus*) non itaid accipiendum est, quasi isthic aut obierit, aut præcipuam vitæ partem exegerit; sed quod circiter an. Chr. 423, ut diximus, in lucem isthic editus, educatusque ad annum ætatis 28 vixerit, et sacram populo exposuerit Scripturam.

16. Inde anno Christi 451, cum concilium œcumenicum IV Chalcedone celebraretur, profectus Hierosolymam, aliquot isthic annos moratus est, et spiritum hausit vitæ solitariæ. Abiit itaque in solitudinem aliquam vicinam, quam « eremum sanctæ Christi Domini nostri civitatis » appellat Joannes Moschus in *Prato spirituali*, c. 82 et 105. Hic incoluit speluncam eam, ad quam traduntur Magi adorato in Bethleem Christo divertisse, cum ab angelo jussi essent per aliam viam in suas redire provincias. In hanc speluncam descensum per decem et octo gradus patuisse docet Moschus, c. 105.

17. Fama sanctitatis ejus deinde exciti alii, se ejus disciplinæ subjecerunt ; et præclari ibidem ædificandi cœnobii occasionem præbuerunt. Locum, ubi id statuere monasterium deberet, divinitus sibi monstrari precatus, instinctu divino thuribulum carbonibus implet, absque igne suffitum imponit per solitudines Judaicas quaquaversum defert : ad ripas maris Mortui transit : conatu necdum succedente redit ad speluncam : accedit et ecce fumum ex carbonibus videt adscendentem : jacit fundamenta, templum que ac monasterium ædificat, quod deinde dilatatis pomœriis amplissimum fecit exstructis in eo quatuor templis, ut n. 37 dicitur. Prima et præcipua pars ejus ad speluncam *Cathisma* dicitur in Vita S. Sabæ his verbis: « Theodosius jam recesserat ab ecclesia quæ dicitur Cathismatis, et in parte lauræ quæ vergit ad occidentem, constituerat monasterium, quod vitæ communiter degendæ conveniebat, distans a Laura (S. Sabæ) triginta quinque stadiis, » id est fere sesquimilliari Belgico, seu quatuor millibus passuum.

18. *Lauram* hoc fere tempore vocabant monachorum mansiones seu cellas, quas additis propriis nominibus discernebant, ut lauram S Euthymii, S. Sabæ, Pharan, etc. Origo ejus videtur repetenda a fluvio *laura*, qui regioni vicinæ, quam præterfluit, et monasteriis in ea ædificatis nomen dedit. De hac laura ita scribitur in vita S. Quiriaci, 29 Septembris : « Divinus rursus Quiriacus venit in eam partem solitudinis, in qua nullus anachoreta nec manserat, nec unquam transierat. Nominabatur autem locus ab accolis Susacim, et in eo et novæ lauræ et Sucæ fluvii ambo conveniunt, eorum quos scimus maximi et profundissimi. Feruntur autem ii esse de quibus Christo dictum a Davide : *Tu sicc casti fluvios Ethan.* Psal. LXXVII, 15. »

19. S. Isidorus Pelusiota de hoc loco consultus ab Epiphanio diacono, ita respondet, l. II, epist. 66 : « Ethan locus erat in Palæstina fluviis irrignus, atque arboribus et fructibus abundans, et ob ingentium animantium ac piscium copiam ad venandum accommodus, » etc. Allegat deinde auctoritatem Josephi, cujus hæc verba sunt, l. XVIII *Antiq. Judaic.* c. 2 : « Aberat autem ab Hierosolymis duorum schænorum spatio prædium quoddam, nomine Ettan, hortis et inductis fontibus amœnum simul et opulentum : in hoc exitus faciebat libens (seu exire delectabatur) Salomon. » Est autem Schœnus, σχοῖνος, mensura terræ Ægyptiaca, continens sexaginta stadia, Herodoto auctore, l. II, c. 6; licet Plinius, l. XII, c. 14, quadraginta stadia dicat; ubi tamen notarum errorem suspicatur Budæus in Annotat. priorib. in π. Distabat ergo hic locus Hierosolymis, juxta Herodoti calculum, septem millibus et quingentis passibus seu duarum horarum ac dimidiæ itinere. Consonat *Peregrinatio Hierosolymitana* Christophori Radzivilii, qui egressus extra portam Piscium, emensis tribus milliaribus magnis, pervenit ad monasterium S. Sabæ, quod etiamnum exstat ; e quo circa mediam noctem egressus, itinere nocturno confecit tria passuum millia, et in aurora mare Asphalticum conspexit, ad cujus littus hora diei secunda pervenit. Consulendus Adrichomius, qui id collocat ad An-

strum Herodii, inter Herodium et Thecuam. Ab hoc distabat monasterium S. Theodosii sesquimilliari versus occidentem, Hierosolymæ propinquius; ut exigit visio in eo facta S. Sabæ, « ostendens Torrentem, qui a Siloe defluit ad austrum, et denuntians ut habitaret Torrentis speluncam, quæ vergit ad orientem. » Hic Siloe, seu piscina natatoria, respectu Hierosolymæ ad austrum, illabitur in Cedron, vulgo Torrentem; qui fluviolis ac fontibus auctus per plana deserti versus orientem in mare Mortuum influens, absorbetur. Huic Torrenti immiscentur citati fluvii Laura et Suca, ad hujus vero confluentes Susacim S. Quiriaci, nonaginta a Laura S. Sabæ stadii situm erat. Hæc de loco et lauræ S. Sabæ et monasterii S. Theodosii.

20. In hoc celeberrimi Theodosii doctrinæ fructum percepisse dicitur (in vita S. Sabæ) beata imperatrix Eudocia, Theodosii II defuncti uxor, cum hæresim Eutychianam, quam a pseudomonacho Theodosio hauserat, abjurasset, et remissa a Symeone Stylita ad S. Euthymium, una S. Theodosium inviseret; obiit illa an. Ch. 460. De ea actum in Notis ad vitam S. Simeonis Stylitæ auctore Metaphraste, 5 Jan. c. 12 lit. *h*. et pluribus agetur in Vita S. Euthymii, 20 Januar. Hoc S. Theodosii monasterium, ab obitu ejus semper denominatum, præclaros habuit fidei orthodoxæ propugnatores, quibus præ reliquis Palestinæ monasteriis præeminentia summa apud imperatores et in conciliis fuit. Sæpius eorum virtutes deprædicat Joannes Moschus in *Prato spirituali*, potissimum c. 3, 22, 23, 92, et duodecim sequentibus, et 109, quorum nonnulla perperam titulum monasterii S. Theodosii *in Scopulo Ciliciæ* præferunt, ut capita 95 et 99, quod mirum a nemine hactenus fuisse animadversum.

§ V. *SS. Sabæ et Theodosii familiaritas.*

21. Auctor vitæ S. Theodosii ne vel nomen quidem S. Sabæ exprimit. In hujus Vita pluribus utriusque amicitiam collaudat Cyrillus. « Accedit ad Sabam, inquit, quidam monachus, nomine Anthus, vir amicus virtutis, qui ipsi quoque longo tempore versatus fuerat cum magno Theodosio..... » Hic in Vita Latina Florus appellatur : « Tunc primum divinitus hic Sabas evadit notus B Theodosio, cum eis ad hanc cognitionem Anthus pulchre intercessisset. Deinde autem etiam solitudinem facit Sabas, et lauram in ea constituit. » Annus is erat Christi 477.

22. « Divinus Sabas (pergit ibidem Cyrillus) si quem ex iis qui mundo renuntiabant videret ejusmodi, cui scilicet facies nondum esset tecta pilis, eum mittebat ad Theodosium, qui eos qui mittebantur libenter admodum excipiens, omnibus modis studebat eorum curam gerere, ei qui miserat gratificans: erant enim magno inter se amore conjuncti divinus Sabas et hic B. Theodosius : et uterque alterius voluntatem præferebat voluntati suæ, A imo vero voluntatem alterius putabat esse suam : cum Christi amor sic eos conjunxisset, et ut idem sentirent eis persuasisset. Hoc autem erat omnium sermone celebratum, et aliud per apostolicum ab Hierosolymitanis judicabantur atque nominabantur. Eis ab archiepiscopo, a Salustio, inquam, qui erat in Christo consummandus, mandata fuit præfectura universi cœtus monachorum, non quod ipsi eam rem concupissent, sed potius electi fuissent a monachis, et præmium virtutis eam accepissent præfecturam. Quonam modo autem ad hanc administrationem pervenerint, dicam paucis.

23. « Cum Elpidius et Elias, successores magni Pasarionis, e vita excessissent, consequenter ad Lazarum transit administratio. Sic etiam ad Gerontium. B Qui cum decessisset, Anastasio cura fratrum committitur. Cum hi ergo, Lazarus, inquam, et Anastasius, præessent administrationi, res monachorum erant admodum turbulentæ, et maximis agitabantur fluctibus. Cum bi ergo, quos diximus, Lazarus, inquam, et Anastasius, monasticæ perfectionis parvam aut nullam curam gererent, ad quasdam autem mundanas curas et pecuniæ emolumenta tota mente et anima conversi essent; maxime cum Anastasius tunc post Zenonem suscepisset imperium, et schismata cum summa impudentia et licentia loquerentur adversus Ecclesiam. Cum tunc ergo divinus Salustius (erat autem is Patriarcha Hierosolymitamus), statuisset liberare fratres ab illa tempestate, primum quidem constituit, ut, qui jam a me dictus est C Marcianus eis præesset, et eorum susciperet rectionem. Cum autem intercessisset aliquantum temporis, ægrotabat quidem divinus Salustius, et corpore erat male affectus : ad eum vero conveniunt omnes qui erant in solitudine : ipse autem communi suffragio eorum qui simul convenerant, statuit ut monasteriis, quæ erant circa sanctam civitatem, præessent Sabas et Theodosius, ii, quos præsens vobis ostendit narratio. Ab illo ergo tempore Theodosius quidem iis, qui communiter vivebant : Sabas autem iis, qui cum nemine congrediebantur, et erant omnino separati, præerant. » Subjungitur obitus Salustii ut is ei morbus videatur fuisse letalis. Decessit anno Christi 513.

24. « Cum Sabas a Joanne Hierosolymitano pon- D tifice vocatus esset ad convivium, quoniam una etiam aderat Antonius episcopus Ascalonitanus, qui erat frater archiepiscopi, cum illi Sabam medium intercepissent, illi amice propinabant, et pro viribus eum invitabant et accipiebant. Sed neque rursus sancto erant manus otiosæ : sed, ut par erat, remota omni fictione et simulatione, vescebatur appositis. Aderat autem divinus quoque Theodosius qui erat ei valde amicus et familiaris, ut jam a me sæpe dictum est : qui cum veluti quoddam condimentum, vellet mensæ speciosam aliquam et gratam injicere orationem, urbane admodum et lepide inferens dixit, divinum Sabam ita esurire

ut ne vos quidem ambo, aiebat, qui sufficitis ad totam simul alendam Palæstinam, possitis ejus ventrem alere ad satietatem. Tale et tam validum ac robustum corpus B. Sabæ generosæ contigerat animæ. Erat autem summa modestia præditus, et moribus lenis ac facilis. Et ad eum quidem conveniendum facilis patebat aditus : erat vero in sermone jucundus et moribus quidem simplicissimus, prudentia autem constantissimus, charitatem non fictam et sinceram apud omnes conservans. Erat vero valde affectus in Theodosium, adeo ut quotidie ad se invicem ventitarent, et inter se de virtute conferrent, et essent ambo instar luminarium omnibus, qui vitam amplectebantur monasticam. Sed ille quidem eorum, qui vitam exercebant communem; hic autem, Sabas, inquam, eorum qui a congressione separatam et quietam susceperat præfecturam. Dicitur certe B. Sabam urbane sæpe dixisse divino Theodosio, illum quidem puerorum, se autem esse præfectum præfectorum : Ὡς ἐκεῖνος μὲν παίδων, αὐτὸς δὲ ἡγουμένων ἡγούμενος εἴη. Quod nempe solos adultos, ille etiam imberbes et eunuchos admitteret, ut de his infra dicitur.

« 25. Non minor animorum conjunctio in fide Catholica contra hæreticorum vim propugnanda emicuit. Ita cum prædictus Joannes in sedem Hierosolymitanam, pulso Elia, esset ab Olympio Cæsariensi intrusus, quod Severi suscepturus communionem videretur, anathemati vero subjecturus synodum Chalcedonensem, tum B. Sabas, cui sanctum Theodosium socium fuisse mox patet, assumpto sacro monachorum exercitu, « in Joannem indicens, novum patriarcham testificatur, et denuntiat, ne Severum admittat in communionem, sed tueatur potius synodum Chalcedonensem, et pro ea ad sanguinem usque periclitetur. Quod quidem facit ille, reveritus Patrum protestationem, omnino oblitus conventorum cum Olympio. » Deinde a submisso Anastasio duce varie exagitatus, in templo S. Stephani caute, præter ducis præsentis opinionem, fidem catholicam profitetur. « Protinus ergo ascendit suggestum Joannes utraque manu tenens Sabam et Theodosium pietatis propugnatores. Cum se autem sustinuisset aliquantulum, visus est sensim susurrantem audire multitudinem, et dicentem, oportere ferire anathemate eos qui non recte sentiunt. Hoc ergo ille cum tanquam divinum aliquod signum accepisset, et cor habuisset repletum audacia, unam emittit vocem cum multitudine : si quis ea sentiat, quæ Eutyches, Nestorius, Severus, et Soterichus Cæsareæ Cappadociæ episcopus, sit anathema. Tunc sentit Dux fraudem, et veritus populi consensum unanimem, satis habuit si se subducens silentio fugeret, et abiit Cæsaream. »

26. Eadem referuntur actione 1 synodi VII, œcumenice, seu Nicænæ II, ubi sanctus Thodosius præponitur: Ἔχομεν Ἰωάννης μεθ' ἑαυτοῦ Θεοδόσιον καὶ Σάββαν, τοὺς τῶν μοναχῶν κορυφαίους καὶ ἡγεμόνας. At Vita Sabæ Latina, post anathematismos a Joanne patriarcha pronuntiatos, subdit : « Hæc dicentes, descenderunt. Iterumque abbas Theodosius, ad populum conversus, magna cum voce sic effatus est : Qui, inquit, quatuor synodos non suscipit, sicut et quatuor Evangelia, sit anathema. His ita peractis dux multitudinem monachorum valde pavescens fugit in Cæsaream. Consul autem (Zacharias, nepos imperatoris) multis juramentis se constringens ita ad venerandos Patres locutus est, dicens : Quia veni huc, non ut consentire Severo velim, sed ut vestram promereri possim societatem. Hoc dicto obtulit centum libras auri sanctæ Resurrectioni, sanctoque Calvariæ centum, et sanctæ Cruci centum. Insuper autem et centum venerabili Theodosio, sanctoque Patri nostro Sabæ alias aari libras centum, ad distribuendum his qui per regionem erant monachis, dedit. Imperator autem Anastasius dum audisset quæ facta fuerant Hierosolymis, cogitavit et consilium iniit, ut archiepiscopum Joannem et Theodosium, Sabamque exsilio condemnaret. »

27. Demum utriusque amicitiam et monasteriorum propinquitatem indicant varii ab uno ad aliud transmissi monachi. Ita quidam, Jacobus nomine, ob sui ex præpostero zelo castrationem a Saba et monasterio expulsus, S. Theodosio intercedente, receptus est, ad quem cum jussus fuisset descendere, eumque salutasset, pie obdormivit. Aphrodisium etiam quemdam, a sancto Theodosio, quod mulum pugno interemisset, expulsum, in monasterium suum excepit sanctus Sabas, eique concessit ante mortem descendere ad sanctum Theodosium ut ab eo remissionem consequeretur. Ad hæc S. Sabas, cum ex suis monachis duos, qui in Turre monasteriorum ab Eudocia imperatrice ædificata habitabant, in Nestorianam hæresim prolapsos intelligeret, eis locum in conventu sancti Theodosii impetrat, et quem Turris curationi præficeret, Joannem Bysantinum, moribus et doctrina excellentem.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ
ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ
ΤΟΥ ΚΟΙΝΟΒΙΑΡΧΟΥ.

VITA ET CONVERSATIO
S. P. N. THEODOSII COENOBIARCHÆ.

(Græce nunc primum prodit ex codice ms. Reg. n. 1536, sæc. XI. EDIT. PATR.)

CAPUT I.

S. Theodosii ortus, educatio, peregrinatio ad S. Symeonem Stylitam.

α'. Ἥδιστον μεν ἔαρ ἐν ὥραις, κάλλιστος δὲ ἐν ἀστρασιν ἥλιος, ἄριστος δὲ καὶ ἐν βίοις ὁ τοῦ μεγάλου βίος Θεοδοσίου· Θεοδοσίου, φημί, τοῦ τὴν κλῆσιν οὐ κλῆσιν δείξαντος μόνον, ἀλλ' εἰς πραγμάτων αὐτὴν ἐξενεγκόντος ἀλήθειαν, Θεοῦ δὲ δόσις ἀνθρώποις ἀληθῶς ὀφθέντος, καὶ βίῳ παντὶ φιλαρέτῳ κοινὸν ἀρχέτυπον· παρ' ὃ δὴ καὶ μᾶλλον ἢ διὰ τὸ κοινοβίου ἄρξαι κοινοβιάρχης ἂν εἴη καλεῖσθαι δίκαιος. Τὸ μὲν γὰρ ἴδιον αὐτοῦ μᾶλλον, τὸ δὲ καὶ πολλῶν ἑτέρων· καὶ τὸ μὲν μακάριον δείκνυσι τῆς ἀρχῆς, ὥσπερ ἅμα καὶ ἀτεχνῶς γέγονε, τὸ δὲ ἄδηλον ἔχει τῶν τέλους καὶ οὔπω φανερὰν τὴν ἀπόφασιν. Οὗτος οὖν τίς τε ἦν κατ' ἀρχὰς, καὶ τίτων ἔφυ γονέων, ὅθεν τε ὥρμητο καὶ ὅπως εἰς τοὺς πνευματικοὺς ἀποδυσάμενος ἦλθεν ἀγῶνας, χρὴν πρότερον διελθεῖν, ἔπειτα καὶ περὶ τῆς τούτου μονῆς, ταύτης δὴ τῆς ὑπὸ πάσης γλώσσης κοινῇ περιᾳδομένης περὶ τῶν ἄλλων ἐκείνου φρᾶσαι τα κατὰ δύναμιν μήτε τῇ ἀμετρίᾳ τοῦ λόγου τὴν ἀκοὴν βαρύνοντα, μήτε τῇ συντομίᾳ πάλιν ἐν τοῖς καιρίοις τὰς φιλοκάλλους ζημιοῦντα ψυχάς.

A 1. Inter tempora quidem ver est jucundissimum, inter stellas autem sol est pulcherrimus : inter vitas autem optima quoque est Vita magni Theodosii ; Theodosii, inquam, qui nomen non solum esse nomen ostendit, sed id ad rerum perduxit veritatem; ut qui vere conspectus sit hominibus θεοῦ δόσις, id est, donum Dei, et universæ vitæ, quæ virtutis amore tenetur, exemplar commune : qua quidem de causa eum justius fuerit nuncupare cœnobiarcham, quam quod cœnobio præfuerit. Nam hoc quidem est magis ejus proprium; alterum vero, multorum quoque aliorum : et hoc quidem ostendit imperii beatitudinem, sicut re vera fuit ; alierum autem finem habet incertum, et nondum manifestum eventum. Is autem quisnam fuerit ab initio, B et ex quibusnam ortus sit parentibus, et quemadmodum ad spiritualia aggressus sit certamina, prius oportet persequi: deinde vero dicere de ejus monasterio, quod ab omni lingua communiter decantatur, et de aliis rebus illius dicere pro viribus, nec aures gravando immoderata oratione, neque rursus nimia brevitate in iis quæ sunt opportuna, dando damnum egregiis animis.

β'. Κώμη τις ἤνεγκε τὸν Μακάριον, ὄνομα Μαγαριττὸς, κατὰ τὴν Καππαδοκῶν χώραν κειμένη· ἣ τότε μὲν τοῖς πολλοῖς ἄγνωστός τε καὶ ἄτιμος ἦν, νυνὶ δὲ καὶ πᾶσι σχεδὸν δι' αὐτὸν γνώριμος. Ἔδει γὰρ καὶ πατρίδι καὶ τοῖς πατράσιν μᾶλλον αὐτὸν γενέσθαι λαμπρότητος ἀφορμὴν, ἢ ἐκεῖνα Θεοδοσίου κόσμον τινὰ καὶ δόξαν περιθεῖναι τῷ βίῳ. Γεννήτορες δὲ αὐτῷ καὶ τὸ σέβας εὐσεβεῖς, καὶ τὸν τρόπον θεοφιλεῖς, ἀπ' αὐτῶν τε ἤδη τῶν ὀνομάτων τῷ ἀγαθῷ βίῳ καὶ τοῖς εὐγενέσι τρόποις ἄριστα συμφθεγγόμενοι· ἐκαλεῖτο γὰρ ὁ μὲν Προαιρέσιος, Εὐλογία δὲ ἡ γεννησαμένη. Ἣ καὶ μετὰ ταῦτα τὸν μοναδικὸν βίον ἀσπασαμένη, ἅτε τὰς ἀφορμὰς τοῦ ἀγαθοῦ τοῦδε σκοποῦ, ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ βίου τοῦ φιλτάτου παιδὸς C 2. Beatum Theodosium tulit quidnam vicus, nomine Magariassus (1), situs in regione Cappadocum : qui tunc quidem erat multis ignotus et obscurus ; nunc autem fere omnibus propter ipsum cognitus. Oportebat enim eum esse potius causam splendoris patriæ et parentibus, quam illa vitæ Theodosii decus afferre et gloriam. Erant autem ei parentes et vero Dei cultu religiosi, moribusque pii et Deo grati : qui vel ex ipsis nominibus bona in vitam et mores ingenuos optime significabant. Vocabatur enim pater quidem Proæresius, Eulogia autem, quæ eum genuerat. Quæ quidem postea quoque vitam amplexa monasticam, ut quæ boni hujus instituti occasionem invenisset ex bona vita filii

(1) In Ms. exemplari Græco Μογαριασσὸς ; aliter Menæa, Anthelogion et Menologium, citata in prolegomenis n. 2, 3 et 15.

carissimi, eum patrem habuit spiritualem, cujus ipsa fuerat mater secundum carnem : pro carnali generatione recte accipiens spiritualem, regenerationem. Et si difficile est filio, dignas gratias referre parentibus, qui ut sit sunt auctores ; cur non hic quoque est superior, qui fuit causa matri, ut bene esset ?

A εὑρομένη, τοῦτον ἔσχε πατέρα πνευματικόν, οὗ μήτηρ αὐτὴ τὸ κατὰ σάρκα γέγονεν, ἀντιλαβοῦσα καλῶς γεννήσεως σαρκικῆς πνευματικὴν ἀναγέννησιν. Καὶ εἰ γονεῦσιν ἀξίας ἀποδοῦναι χάριτας υἱῷ χαλεπὸν τοῖς τοῦ εἶναι αἰτίοις, πῶς οὐχὶ μᾶλλον οὗτος καὶ ὑπερέβαλεν, αἴτιος τοῦ εὖ εἶναι μητρὶ γενόμενος ;

3. Ex his ergo ille ortus, generosa et beata planta, pie ac religiose nutritur et augetur, simul incorporea et spiritali ætate, et quomodo omnino oportebat eum, qui ex talibus quidem esset natus, et talis quoque esset evasurus. Cum autem eam jam attingeret ætatem, quæ providet et discernit, statim ostendit, ad quænam esset ejus propensus animus, non amans pecunias, non corpora, quæ quidem sunt exsultationes et germina non generosæ et non recte B eductæ juventutis; tanquam equini pulli qui freno minime assuevit, et terræ, cui non obtigere manus et labores agricolæ : sed vitæ philosophicæ amore parturiens, et loca sancta videre cupiens, in quibus omnium opifex et Deus, toti mundo salutares sustinuit passiones, has ipsas Christi utique reveritus passiones, si illas ipse tam parvi faceret, ut propter corporis laborem cedens otio ac socordiæ, ad sancta illa loca non veniret: præterea autem volens etiam accipere solitudinem, adjutricem egregiam ad philosophiam, et amplecti vitam plane solitariam et quietam. Non enim cupiebat nomen, quod eam, quæ est in rebus, mentitur veritatem. Quænam autem fuerit ei occasio hujus peregrationis, vult jam persequi oratio.

γ'. Ἐκ τοιούτων οὖν προελθὼν ἐκεῖνος, καὶ εὐγενὲς φυτὸν καὶ μακάριον, τρέφεταί τε φιλευσεβῶς καὶ αὔξεται τὴν σωματικὴν ἅμα καὶ τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν, καὶ ὥσπερ ἔδει πάντως τὸν τοιοῦτον μὲν φύντα, τοιοῦτον δὲ ἄρα καὶ ἀποβήσεσθαι μέλλοντα. Ἤδη δὲ φρονούσης ἁπτόμενος ἡλικίας, εὐθὺς δῆλος κατέστη, ποῦ καὶ τίσιν ἐκεῖνος τὴν τῆς ψυχῆς ροπὴν δίδωσιν, οὐ χρημάτων ἐραστής, οὐ σωμάτων ἃ μὴ εὐγενοῦς ἐστιν, μηδὲ καλῶς ἀναγομένης νεάτητος σκιρτήματα καὶ βλαστήματα, ὥσπερ πώλου μὴ πρὸς χαλινὸν ἀσκηθέντος, καὶ γῆς γεωργικῶν χειρῶν καὶ πόνων οὐ τυγχανούσης· ἀλλὰ ἔρωτα φιλοσόφου ζωῆς ὠδυνήσας, καὶ τόπους ἁγίους ἐπιθυμήσας ἰδεῖν, ἐν οἷς ὁ πάντων δημιουργὸς καὶ Θεὸς τὰ παντὸς κόσμου σωτήρια ὑπέμεινε πάθη, αὐτὰ δὴ ταῦτα τὰ Χριστοῦ πάθη δυσωπηθείς, εἴπερ αὐτὸς ἐκεῖνα περὶ ἐλαχίστου θείη πόνου σωματικοῦ, ὥστε μὴ τόπους ἐκείνους τοὺς ἁγίους καταλαβεῖν, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐρημίαν καλὴν συνεργὸν εἰς φιλοσοφίαν λαβεῖν βουλόμενος, καὶ τὸν ἀκριβῶς μοναδικὸν καὶ ἡσύχιον ἀσπασάσθαι βίον. Οὐδὲ γὰρ ἐπεθύμει ὀνόματος τὴν ἐν τοῖς πράγμασιν ἀλήθειαν ψευδομένου· πόθεν δὲ τῆς ἀποδημίας ταύτης ἔσχε τὰς ἀφορμὰς ὁ λόγος ἤδη διελθεῖν βούλεται.

4. Dexter erat ad divinas legendas scripturas præclarus Theodosius, si ullus alius. Libenter enim audiebatur, non solum quod hac in re pulchre esset eruditus, sed etiam, quod acre injiceret omnibus desiderium, et ex morum moderatione et verecundia, qua nihil aliud magis decet juvenes. Propterea ergo ei mandatum fuerat, ut sacros libros legeret populo. Quos quidem concinne et diligenter legens, eum aliquando quidem Deum Abrahamo præcipientem audiret, ut exiret e terra et cognatione [1]; aliquando autem et patriæ derelictionem et domus et parentum et fratrum, quæ fit propter ipsum, ut sacra loquuntur Evangelia [2] iis qui sic fecerunt, esse causam vitæ æternæ ; hæc legens, et ea quæ sunt his similia, et in mentis sinus immitD tens, ita ut par erat, accendebatur animo, et sequendi Christum magno tenebatur desiderio, per viam augustam et asperam. Cumque has assidue versaret animo cogitationes, preces fundit, quæ vitæ pulcherrimæ fuere præmium. Deduc me, Domine, dicens, in via tua, et ambulabo in veritate tua. Deinde diligenti studio init viam, quæ ducit Hierosolyma, illo quidem tempore, quo Marcianus (2) imperator erat in vitæ occasu ; Chalce

δ'. Δεξιὸς πρὸς ἀνάγνωσιν τῶν θείων Γραφῶν, εἴπερ τις ἕτερος, ὁ καλὸς ἐδείκνυτο Θεοδόσιος· ἠκούετο γὰρ ἡδέως οὐ τῷ πεπαιδεῦσθαι μόνον τοῦτο καλῶς, ἀλλὰ καὶ τῷ ὁρμὴν αὐτοῦ πόθον ἅπασιν ἐμβάλλειν, ἀπό τε τῆς τῶν ἠθῶν εὐκοσμίας, καὶ τῆς ὡς οὐδὲν ἄλλο τοῖς νέοις ἐπιπρεπούσης αἰδοῦς. Διὰ ταῦτα γοῦν καὶ τὰς ἱερὰς ὑπανεγινώσκειν βίβλους τῷ λαῷ διετέταντο· ἧς ἐκεῖνος καὶ μετιὼν ἐμμελῶς, καὶ ποτὲ μὲν τοῦ Θεοῦ ἀκούων τῆς ἐκ τῆς γῆς τε καὶ συγγενείας ἐξέλευσιν τῷ Ἀβραὰμ ἐπιτάττοντος, ποτὲ δὲ καὶ πατρίδος κατάλειψιν, καὶ οἰκίας, καὶ γεννητόρων, καὶ ἀδελφῶν, ὡς τὰ ἱερὰ φησιν εὐαγγέλια, δι' αὐτὸν γενομένην, αἰτίαν τοῦ οὕτω πράξαι ζωῆς καθίστασθαι αἰωνίου· ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὁμοίως ἔχοντα μετιὼν, καὶ τοῖς τῆς διανοίας κόλποις ἐμβάλλων εἰκότως διεθερμαίνετο τὴν ψυχήν, καὶ πολὺν ἔρωτα εἶχεν ἀπολουθῆσαι Χριτῷ διὰ τῆς στενῆς ὁδοῦ καὶ τραχείας. Καὶ τούτου· συνεχῶς στρέφων τοὺς λογισμοὺς εὐχὴν ποιεῖται τῆς καλλίστης ὁδοῦ προοίμιον· Ὁδήγησόν με, Κύριε, λέγων ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. Καὶ εἶτα τῆς πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα φερούσης ἐπιμελῶς ἅπτεται, κατ' ἐκεῖνον δὴ τὸν καιρὸν καθ' ὃν Μαρκιανὸς ὁ βασιλεὺς ἤδη περὶ τὰς τοῦ βίου δυσμὰς ἦν, ἡ δὲ ἐν Χαλκηδόνι

[1] Genes. xii, 1. [2] Matth. xix, 29.

(2) Cœpit Marcianus imperare an. Ch. 450 ; obiit exeunte Januario anni 457.

σύνοδος (τετάρτην δὲ αὐτὴν καὶ ἁγίαν εἶναι γινώσκομεν) κατὰ Νεστορίου καὶ τῶν ἄλλων αἱρετιζόντων συνεκροτεῖτο.

donensis (3) autem synodus (eam autem esse quantam et santam cognoscimus) congregabatur adversus Nestorium (4) et alios hæreticos.

ε'. Ἤδη δὲ κατὰ τὴν Ἀντιόχου γινόμενος ὁ πανταχόθεν χρηστὸς Θεοδόσιος, οὐκ ἔγνω δεῖν παρελθεῖν, εἰ μὴ καὶ πρὸς Συμεώνην τὸν πάνυ, Συμεώνην, φημὶ, τὸν τοῦ στύλου, πρῶτον ἀφίκηται, ὄψιν τε τὴν ἐκείνου θεάσηται, καὶ λόγων ἀκούσῃ, καὶ ταῦτα παραψυχὴν ὥσπερ ποιήσηται κόπων ἐνοδίων, εὐχῆς τε καὶ εὐλογίας τῆς αὐτοῦ μετάσχοι, ἅμα τήν τε νοουμένην αὐτῷ τῆς ἀρετῆς ὁδὸν, καὶ τὴν ὁρωμένην εὐμαριζούσης. Πρὸς τοῦτον οὖν ἀπιὼν σύμβουλον εὐθὺς οὐ φαῦλον οὐδὲ τὸ τυχὸν πρὸς τὸν Θεὸν ἐκείνου δέχεται παῤῥησίας καὶ οἰκειώσεως, πρὶν τῷ ἱερῷ στύλῳ προσελθεῖν καὶ δοῦναι φωνὴν, αὐτὸς ἀκούσας ἄνωθεν ἐκείνου βοῶντος καὶ καλοῦντος αὐτὸν ἐξ ὀνόματος. Εἶγε δὲ ἡ φωνὴ οὕτως· Καλῶς ἦλθες, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, Θεοδόσιε. Ἐκπλαγεὶς οὖν ἐκεῖνος γόνυ τε αὐτοκλίνει, καὶ τῇ γῇ τὸ πρόσωπον δίδωσι, φιλοτιμωτέραν κλῆσιν ταπεινωτέρῳ σχήματι ἀμειβόμενος. Εἶτα καὶ πρὸς αὐτὸν ἄνεισι χαίρων, ἐκείνου κελεύσαντος, καὶ ἀσπαζόμενον κατησπάσατο· μέγα καὶ τοῦτο ποιούμενος τὸ σεπτοῖς τοιούτοις προσβαλεῖν μέλεσιν, καὶ ἀσπασμὸν ἐκείνου ὥσπερ τινὰ θείαν σφραγῖδα δεχόμενος βεβαιοῦσαν αὐτῷ τὰ πρὸς ἀρετὴν διαβήματα. Πάντα οὖν ἐκεῖνος θεοπτικώτατα προσηγόρευσεν, οἷόν τε τῆς ὁδοῦ ταύτης τὸ πέρας εὑρήσει, καὶ ὅστις μετὰ ταῦτα τῆς ποίμνης ἄρξει, καὶ ὡς πολλὰ τῶν λογικῶν θρεμμάτων τοῦ νοητοῦ διαρπάσει λύκου, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα μετ' ὀλίγον καθὲν τὸ τέλος ἐλάμβανεν, ἃ καὶ κατὰ καιρὸν ἕκαστον προϊὼν ὁ λόγος ἐρεῖ.

5. Cum autem jam venisset Antiochiam omni ex parte bonus Theodosius, non statuit oportere eam transire, nisi ad insignem Symeonem (5), Symeonem, inquam, Styliten, id est, in columna stantem, prius veniret, et ejus vultum contemplaretur, et sermones audiret, et ex his veluti viæ solatium caperet, orationisque, et benedictionis ejus esset particeps, quæ simul et virtutis viam, quam habebat in animo, et eam, quæ cernebatur, levem facilemque redderet. Cum ad eum autem abiret, statim non contemnendum leve signum accipit illius apud Deum fiduciæ et familiaritatis, priusquam et sacram accederet columnam et vocem emitteret, ipse desuper illum audiens clamantem, et ipsum nominatim vocantem. Vox autem ita habebat : Bene venisti homo Dei, Theodosi. Ille autem obstupefactus, et ei genu inclinat, et vultum humi prosternit, gloriosiorem appellationem specie humiliore respondens. Deinde ad ipsum lætus ascendit, cum ille jussisset, et amplectentem est complexus; hoc quoque magni faciens, membra attingere venerabilia, et illius complexum suscipiens tanquam divinum aliquod signaculum, confirmans ei gressus ad virtutem. Ille autem ei omnia divinissime prædixit, et qualemnam sit hujus viæ finem inventurus, et cuinam sit gregi postea præfuturus, et quod multas pecudes ratione præditas abrepturus sit a lupo, qui percipitur intelligentia; et alia, quæ paulo post finem singula accepere, quæ etiam per unumquodque tempus procedens dicet oratio.

CAPUT II.

Hierosolymis habitatio. Secessus.

ς'. Τούτοις οὖν ἔτι καὶ μᾶλλον ἐπιῤῥωσθεὶς τὴν διάνοιαν, εὐχάς τε τοῦ θαυμαστοῦ Συμεὼν ὥς τινας διάνοιαν, καὶ φρουροὺς δεξάμενος, εὐθυμότερον ἢ τὸ πρόσθεν ὁδοῦ εἶχετο, καὶ τὴν ἁγίαν κατελάμβανε πόλιν, Ἰουβεναλίου τότε τὴν ἀρχιερωσύνην Ἱεροσολύμων πεπιστευμένου. Πάντα δὲ τὸν θεῖον ἐκεῖνον χῶρον περιελθὼν, καὶ ἁγίως τὰ ἅγια προσκυνήσας, λογισμὸν ἑαυτῷ στρέφων ἦν, πῶς ἄρα τοῦ φιλοσοφεῖν ἄρξαιτο, καὶ πυτέραν τῶν ἀγωγῶν ἕλοιτο· τὴν ἐσχάτως μοναδικὴν καὶ ἄμικτον, ἢ τὴν μεθ' ἑτέρων εὐλαβῶν καὶ τοῦ ἴσου σκοποῦ μεταποιουμένων. Ἀλλὰ τὸ μὲν κατὰ μόνας ἡσυχάσαι τό γε νῦν ἔχον οὐκ ἐδοκίμαζε, καὶ ἀσφαλὲς κρίνων ἀπείρῳ γε ὄντι τοῖς τῆς πονηρίας καθ' ἑαυτὸν ὅλως διαπαλαίων πνεύμασιν. Εἰ γὰρ τῶν ἐν κόσμῳ στρατευομένων οὐδεὶς οὕτω, φησι, τὸ θράσος ἄμαχος καὶ τὴν ἄνοιαν

6. His ergo adhuc magis animo confirmatus, cum preces admirabilis Simeonis tanquam duces quasdam et custodes accepisset, alacrius quam prius iter persequebatur, et pervenit ad sanctam civitatem, cum Juvenali (6) tunc esset commissus archiepiscopatus Hierosolymorum. Cum autem totum illum divinum locum obiisset, et sancta sancte adorasset, apud se in animo versabat, quomodo inciperet philosophari, et utrum ex duobus vitæ institutis eligeret ; idne, quod est plane solitarium, et quod non habet aliquam cum ullo consuetudinem; an quod agitur cum aliis piis, et qui eumdem scopum persequuntur. Cæterum separatim silere, et quietem agere, non probavit in præsentia, id nequaquam tutum esse judicans ei, qui nondum esset expertus per se luctari cum spiritibus nequitiæ. Si

(3) Cœpta est 8 Octob., absoluta post 13 sessiones, 1 Novemb. anni Christi 451.

(4) Ita etiam Græcum ms Νεττόριον, improprie. Damnati in ea sunt Eutyches Constantinopolitanus archimandrita, qui naturarum in Christo discrimen tollebat, ejusque fautor Dioscorus patriarcha Alexandrinus. Nestorius vero sub Theodosio juniore an. Chr. 431, in synodo Ephesina œcumenica III, damnatus, quod Christum assereret duplici constare persona, ac B. Mariam haud esse Θεοτόκον.

(5) De eo fuse actum 5 Januarii *(supra col. 329)*, ubi in Vita ex Metaphraste n. 39, hæc eadem narrantur.

(6) Juvenalis episcopus ordinatur mortuo Praylio, an. Chr. 429, interfuit synodis œcumenicis Ephesinæ et Chalcedonensi ; moritur an. 457.

enim ex iis qui in mundo militant, nemo, inquit, est tam invicta audacia, et tam insigni stultitia, ut si sit plane rudis et in re militari omnino inexercitatus, a linea in medios statim hostes irruat; quomodo ego, cui manus non sunt eruditæ ad prælium, nec digiti ad bellum, neque superna sum accinctus potentia : idque cum sit conflictus longe periculosior et incertior, adversus principatus, adversus potestates, adversus mundi principes tenebrarum hujus sæculi, adversus spiritualia nequitiæ, possem in acie consistere? Restat ergo, ut postquam ego a sanctis Patribus didicero, qui se in his prius recte exercuerunt, et satis ab eis fuero institutus ad decertandum contra hostes, qui percipiuntur intelligentia, deinde in tempore percipiam fructus, qui colliguntur ex quiete et silentio.

περιττὸς, ὃς παντάπασιν ἀκριβὴς ὢν καὶ ἀνάστητος τὰ πολέμια, εὐθὺς ἀπὸ γραμμῆς εἰς μέσους δὴ τοὺς πολεμίους ἑαυτὸν εἰσωθήσειέ, πῶς ἂν ἐγὼ μήπω τὰς χεῖρας διδαχθεὶς εἰς παράταξιν, μηδὲ τοὺς δακτύλους εἰς πόλεμον, μηδὲ τὴν ἄνωθεν περιεζωσμένος δύναμιν, καὶ ταῦτα τῆς συμπλοκῆς ταύτης καταπολὺ μαλλον κινδυνώδους οὔσης καὶ σφαλερᾶς, πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἀντιπαρατάξασθαι δυνηθείην ; Λείπεται γοῦν ἁγίοις με πρότερον μαθητευθέντα πατράσιν, οἷς τὰ καλὰ προησκήθη, καὶ ἱκανῶς ὑπ' αὐτοῖς τὰ πρὸς τοὺς νοητοὺς ἐχθροὺς γυμνασάμενον, εἶτα καὶ τοὺς ὑπὸ τῆς ἡσυχίας φυομένους κατὰ καιρὸν καρποὺς δρέπεσθαι.

B

ζ'. Ταῦτα σοφώτατα διανοηθεὶς (ἦν γὰρ αὐτῷ μετὰ τῶν ἄλλων καί σύνεσις ἀκριβὴς) πρὸ ζήτησιν τῶν μετὰ πόνων τὰς τοῦ ἀγαθοῦ μελέτας ποιησαμένων εὐθὺς τρέπεται, εἰδὼς ὅτι ἐκ τοῦ μαθεῖν ἀσφαλεστέρα μάθησίς τε καί δίδαξις. Λογγίνῳ τοιγαροῦν τῷ μακαρίῳ γέροντι, ὃς καί διαφορώτατος τῶν καθ' ἑαυτὸν πατέρων ἐτύγχανεν ὤν, φέρων ἑαυτὸν δίδωσιν, ὁμοδίαιτός τε αὐτῷ καί σύνοικος γίνεται, σφόδρα τοῖς ἐκείνου τρόποις ἡσθείς, καί διὰ τοῦτο καί ὥσπερ ὅλος αὐτῷ ἐμφὺς, καί τὸ τοῦ θείου φάναι Δαβίδ, τὴν ψυχὴν ὀπίσω προσκολληθείς. Ἐπεί καί ᾧ τις συνὼν ἥδεται, τοιοῦτος ἄρα καί εἶναι πιστεύεται, καί καλῶς τοῦτο ὑπὸ τῶν παλαιῶν λέγεται. Ἦν δὲ ὁ θαυμαστὸς οὗτος Λογγῖνος ἐν οἰκίσκῳ τινί τοῦ πύργου τοῦ θεσπεσίου Δαβίδ (τοῦτο γὰρ ἡ ἐκ μακροῦ παράδοσις δίδωσιν) ἑαυτὸν ἐγκλεισάμενος, κἀκεῖσε τὸ ἡδὺ τῆς ἀρετῆς μέλι φιλοπονώτερον ἐργαζόμενος.

C

8. Apud quem cum omnes sensus pius Theodosius, ita ut oportebat, exercuisset, et in iis quæ sunt expetenda et fugienda, discernendis summe elaborasset, in veterem sedem (eum enim locum ita vocant : est autem in via publica, quæ tendit versus Bethleem) commigrat, invitus quidem, sed sedens paternæ voluntati, cui potius quam sibiipsi morem gerebat. Quænam autem fuit causa migrationis? Mulier quædam admodum pia et honesta, nomine Icelia, dives facultatibus, sed virtute ditior. Ea cum aliquo quidem prius cohabitavit; postea autem Christi fit ministra propter pietatem. Etenim templum quoque quod illic est, dicitur posuisse omnium Dominæ et Deiparæ. Cum ea ergo tunc seni magnopere supplicasset, ut in templo, quod ipsa condiderat, collocaret Theodosium; ille quidem paret invitus : persuadet autem multo magis nolenti Theodosio, ut admittat translationem. Cui enim jucundum erat simul habitare, consequens est, ut ei quoque

η'. Παρ' ᾧ καὶ τὰ αἰσθητήρια πάντα ὁ θεοφιλὴς Θεοδόσιος ὥσπερ ἕδει ἐγγυμνασάμενος καὶ τὴν περὶ τὰ αἱρετὰ καὶ φευκτὰ διάκρισιν εἰς ἄκρον ἐκπονηθείς, μετανάστης εἰς τὸ παλαιὸν κάθισμα (τοῦτο γὰρ καλοῦσι τὸν τόπον, ἐστὶ δὲ κατὰ τὴν λεωφόρον τὴν ἐπὶ Βηθλεὲμ φέρουσαν) γίνεται, ἄκων μὲν, ἀλλὰ πατρικοῖς εἴκων θελήμασιν, ἃ μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ πειθόμενος ἦν. Τίς δὲ καὶ ἡ αἰτία τῆς μεταστάσεως ; γυνή τις λίαν εὐσεβὴς καὶ κοσμία, τοὔνομα Ἰκελία, πλουσία τὸν βίον, πλουσιωτέρα τὴν ἀρετήν. Αὕτη σύνοικος μὲν ὑπῆρξέ τινὶ πρότερον, ὕστερον δὲ καὶ Χριστοῦ διάκονος κατ' εὐσέβειαν γίνεται. Καὶ γὰρ καὶ τὸν ἐκεῖσε ναὸν τῇ Δεσποίνῃ πάντων καὶ Θεοτόκῳ ἱδρῦσαι λέγεται. Ταύτης γοῦν πολλὴν τότε τῷ γέροντι προσφερούσης τὴν ἱκετείαν, ὥστε τῷ παρ' αὐτῆς τῷδε κτισθέντι ναῷ ἐγκατοικῆσαι τὸν Θεοδόσιον, πείθεται μὲν ἄκων ἐκεῖνος, πείθει δὲ πολλῷ μᾶλλον οὐχ ἑκόντα τὸν μαθητὴν παραδέξασθαι τὴν μετάθεσιν. Ὧ γὰρ πρὸς ἡδονῆς ἦν ἡ συνοίκησις, ἀκόλουθον δὲ τούτῳ πάντως

D

3 I Reg. xviii, 1.

(7) Longinus quidam anno Chr. 469, a S. Euthymio præfectus monasterio inferiori non procul a Laura S. Euthymii : de quo in hujus, et S. Sabæ Vitis agitur. Græci in Menæis 17 Novemb. referunt pium S. Longini obitum, quod forte de alterutro intelligendum.

(8) Eam exhibet Adrichomius in topographia et descriptione urbis Hierosolymitanæ. Willermus Tyrius lib. IX *De bello terræ sanctæ*, cap. 3, refert in arce et turri Davidis omne urbis munimentum fuisse cum a Christianis reciperetur.

ἀνιαρὸν γενέσθαι τῶν χωρισμὸν, ἄλλως τε δὲ καὶ τοῦ μακαρίου Θεοδοσίου ἄρχεσθαι μᾶλλον ἢ ἄρχειν ἐφιεμένου, ὥσπερ ἄρα καὶ ὁ λόγος δηλώσει.

θ'. Πεισθεὶς γὰρ καὶ μετατεθεὶς, καὶ τὸν θεῖον ναὸν ἐκεῖνον οἰκήσας, εἶτα τῆς φήμης παραπολὺ μᾶλλον αὐτὸν εἰς ἅπαντας διαβιβαζούσης (φανερὸν γὰρ ἡ ἀρετή. Τὸν κεκτημένον οἴδε ποεῖν οὐχ ἧττον ἢ ἡ λαμπὰς τὸν φέροντα), οὐκ ἐνεγκὼν τὰς ἐκεῖσε διατριβὰς, εἰς τόδε τὸ ὄρος καὶ τὸ ἱερὸν σπήλαιον μεταβαίνει, ἐξ οὗ μίαν ἐκεῖνος μόνην τὴν πρὸς Θεὸν ποιεῖται μετάβασιν, ἐκεῖ τὸ σῶμα καταλιπών. Ἡ μέντοι πρὸς τὸ ὄρος τούτῳ μετάθεσις διὰ τρεῖς ταύτας αἰτίας θεοφιλῶς γίνεται. Πρῶτον μὲν ἵνα τὴν ἀρχὴν ὡς μέγα τι ἄψθος ἐκφύγῃ, ἣν ἐπιθήσειν αὐτῷ οἱ ἐκεῖσε πατέρες, ἢ τὸ περιὸν μᾶλλον τῆς ἀρετῆς ἔμελλε. Δεύτερον δὲ, ἵνα καὶ τὴν τοῦ τόπου μετάστασιν δείξῃ καὶ πολιτείας ὑψηλοτέρας τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐρημίαν πολυγονίαν εἶναι καρπῶν τῆς ἀρετῆς ἡγούμενος. Τὸ δὲ τρίτον, ὡς μὴ οἰκοθεν, ἀλλ' ὑπὸ Θεοῦ κινηθεὶς, ἵν' ἐνταῦθα τῆς Χριστου φάλαγγος τὴν στρατηγίαν ἐγχειρισθῇ, ἔνθα δὴ καὶ τοσαύτας στρατιωτῶν μυριάδας μᾶλλον δὲ πνευματικῶν ἀριστέων τῷ κοινῷ Δεσπότῃ προσενεγκεῖν ἔμελλεν. Οὕτως οὐκ ἔξω γνώμης θεοφιλοῦς κινηθεὶς, τῇ τε τοῦ ὄρους κορυφῇ πρόσεισι, καὶ ἐν τῷ σπηλαίῳ τούτῳ μέχρι τέλους αὐλίζεται, ὃ καὶ εἰς δεῦρο τὸ ἱερὸν αὐτοῦ πλούτει λείψανον.

ι'. Λόγος δέ τις εἰς ἡμᾶς ἐκ πατέρων ἄνωθεν ἀφιγμένος τοὺς πιστοὺς ἐκείνους Μάγους φησὶν, οἳ ἐξ Ἀνατολῶν εἰς βηθλεὲμ ἐληλύθασι, τῷ ἐκ τῆς ἄνω περιωπῆς εἰς τὰς τοῦ κόσμου τοῦδε Δυσμὰς ἐλθόντι Χριστῷ, χρυσὸν καὶ λίβανον καὶ σμύρναν λίαν εὐσεβῶς προσενέγκαντας, εἶτα καὶ ὑπ' ἀγγέλου χρηματισθέντας μὴ αὐτὴν ἣν ἦλθον αὖθις τεμεῖν, ἀλλὰ δι' ἑτέρας μᾶλλον εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανελθεῖν· τούτους δὴ τοὺς Μάγους ἐν τῷδε, φησὶ, τῷ σπηλαίῳ περὶ τὴν ἐπάνοδον καταλῦσαι, καὶ ἐνταῦθα νυκτὸς καθευδήσαντας, οὕτως ἕωθεν τῆς οἴκαδε φερούσης αὐτοὺς ἅψασθαι. Καὶ τοιόνδε δὲ ἴσως ἀπίθανον αὐτὸ διατείει· πρῶτον μὲν γὰρ τοὺς διὰ τῶν Ἱεροσολύμων ὁδεύειν προηρημένους, οὐ πάνυ τι εὐχερὲς ἑτέρωθεν ἀπὸ βηθλεὲμ οἴκαδε τούτους ἐπανιέναι, ἔνθεν δὲ μὴ παριόντας. Ὥσπερ καὶ νῦν ὁρῶμεν τοὺς ἀπὸ Βεθλεὲμ, ἤτοι τῆς περιχώρου αὐτῆς παροδεύοντος, διὰ τῆς δὲ πορευομένους.

ια'. Ἔπειτα δὲ καὶ πολλὰ τῶν πάλαι μὲν γεγενημένων, τῇ θείᾳ δὲ μὴ ἐγκειμένων Γραφῇ, ἡ ἄγραφος παράδοσις μόνη καὶ εἰς ἔτι παρασκευάζει κρατεῖν· οἷα δὴ καὶ τὰ περὶ τοῦ κρανίου λεγόμενα τόπου, τῷ μεγάλῳ, φημὶ, διείληπται βασιλείῳ. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔν τινὶ τῶν αὐτοῦ λόγων (δεῖ γὰρ καὶ ταῦτα ὡς

A molesta fuerit separatio : maxime cum B. Theodosius mallet parere, quam imperare, sicut declarabit oratio.

9. Cum itaque persuasus ei translatus esset, et divinum illud templum habitasset, ejus deinde fama ad omnes pervadente (solet enim virtus non minus eum, qui eam possidet, conspicuum reddere, quam eum, qui eam fert, lucerna) non ferens illic versari diutius, transit in hunc sacrum montem et hanc speluncam (9) : ex qua facit ille unam solam eam, quæ est ad Deum, transitionem, illic relicto corpore. Tribus autem de causis pie fit ejus in montem translatio. Primum quidem, ut præfecturam tanquam magnum aliquod onus fugeret, quam illi erant imposituri patres, vel potius ejus virtus exi-
B mia. Secundo ut loci quoque translationem, ad excelsioris vitæ institutum translationem efficeret, solitudinem ab hominum convictu secretam multiplices virtutis fructus producere arbitrans. Tertio autem, quod non a se, sed a Deo motus fuerit, ut isthic ei Christi phalanx ducenda committeretur, ubi tot militum, vel potius spiritualium Procerum millia, erat communi Domino oblaturus. Sic ergo pia mente commotus, accedit ad verticem montis, et in hac spelunca perpetuo habitat, quæ etiam hucusque ejus sacris dives est reliquiis.

10. Quædam antem fama ab alto a patribus tradita, ad nos usque, pervenit, quæ dicit, fideles illos Magos, qui Bethleem venerunt ab Oriente,
C cum Deo, qui ex superna specula in Occidentem hujus mundi venerat, aurum, thus et myrrham pie admodum obtulissent, deinde ab Angelo responsum accepissent, ne eamdem viam rursus inirent, sed per aliam potius redirent in suam regionem : Hos, inquam, dicit Magos (10) in hac spelunca in reditu fuisse diversatos : cumque hic noctu dormiissent, mane ingressos esse viam, quæ ducebat in patriam; et tale quidem est id, quod dicitur, et fortasse eam nulla labefactat improbalitas. Nam primum quidem, cum statuissent ingredi iter per Hierosolyma, non est admodum facile, ut ii alia ex Bethleem domum reverterentur. Sicut etiam nunc videmus eos, qui a Bethleem, vel ab ea quæ est circumcirca regione, transeunt, per hanc proficisci.

11. Præterea autem multa ex iis, quæ olim qui-
D dem facta sunt, sita autem non sunt in divina Scriptura, sola scriptis non mandata traditio, efficit ut in hodiernum usque diem pro certis habeantur. Qualia sunt ea, quæ dicuntur de loco cranii, quæ sunt, inquam, tractata a magno Basilio (11). Ille

(9) De hac spelunca et loco fuse actum in Prolegomenis, § 4.

(10) Eadem referuntur in Elogio Joannis Moschi supra relato in Prolegomenis. « Didicerant, inquit Barradius noster tomo I in comment. in Concordiam Evangelicam, speluncam palatiis anteponere, cum Christum in spelunca natum conspexissent. »

(11) Basilius in cap, v Esaiæ : « Obtinuit fama quædam in Ecclesia memoriam conservans, non quidem scripto proditam, quæ et talis est : quod prima utique Judæa hominem habebat incolam, nimirum Adam, simul atque excidit deliciis paradisi, in hac terra collocatum, ad mitigandam jacturam bonorum quibus fuerat exutus. Prima igitur etiam mortuum hominem excepit, qui et illic eam, cui addictus erat, sententiam condemnationis plene est exsecutus. Itaque insolens esse ac novum vide-

enim dicit in quadam sua oratione (oportet enim ea tanquam condimentum aliquod addere orationi) non scriptam nobis exponens traditionem, Adam, inquit, primus noster parens in hoc, qui nunc dicitur cranii, loco dicitur esse sepultus : ubi meus quoque Christus pro nobis crucem et mortem suscepit, propter eam, quæ verbis explicari non potest, benignitatem. Et hæc quidem sic.

A ἥδυσμά τι προσθεῖναι τῷ λόγῳ) παράδοσιν ἡμῖν ἄγραφον ἐξηγούμενος. Ἀδὰμ, φησὶν, ὁ προπάτωρ ἡμῶν, ἐν τῷδε τῷ καλουμένῳ κρανίου τόπῳ ταφῆναι λέγεται, ἔνθα δὴ καὶ ὁ ἐμὸς Χριστὸς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν σταυρόν τε καὶ θάνατον διὰ φιλανθρωπίαν ἄφατον κατεδέξατο. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

CAPUT III.

Exercitatio virtutum in spelunca.

12. Sapiens autem Theodosius cum fuisset in hoc loco, et semper cuperet excelsiora, divino Apostolo sibi veluti exemplari proposito, evasit illius imitator, omnia quidem sacra amans mandata similiter, precipue autem captus amore divinæ dilectionis. Ejus enim suavi jaculo sic erat illius sauciata anima, et ita ejus insolubilibus adstringebatur vinculis, ut excelsum illud et divinum præceptum : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua* [3], re ipsa ab eo impleretur [4] : quod quidem non aliter fieri potuerit, nisi omnes naturales animæ facultates ad nihil aliud, quod adsit, contendant, nisi ad solum Creatoris desiderium. Has, inquam, intelligentes animæ operationes, ut musicæ peritus, pius Theodosius concinne et numerose movens ad ea, quæ oportet, et quando, et quantum oportet, et ut par est, unamquamque conjungens, omnium harmoniarum numerosissimam et jucundissimam effecit suæ vitæ temperaturam ; unum solum scopum sibi proponens, ut ex Deo a se omnia fierent, et nihil ab eo dissentiret et discreparet.

13. Quis enim in iis, quæ pro Deo suscipiuntur, periculis æque excelsi et fortis animi visus est atque ille, qui neque vincebatur a minis potentiorum, neque illiciebatur inducebaturve blanditiis, quando de Deo fortasse, sed non ex Deo, erat quod jubebatur? sed de ea re quidem differatur oratio. Quis autem ita novit discernere cordis cogitationes, et accurate eas examinare et maligni nosse artes, dextræ subrepentes (12), sicut ille? Quis sic animo moderari, spiritum conterere, omnem intelligentiam et altitudinem deprimere, quæ extollitur adversus Dei cognitionem? et, ut breviter dicam, quomodo quis res illius imitetur, quas ne digne quidem laudare possit? jejunii constantiam, vigilandi per-

ιβ. Ὁ μέντοι σοφὸς Θεοδόσιος ἐνταῦθα τοῦ τόπου γενόμενος, καὶ μέτρων ἀεὶ τῶν ὑψηλοτέρων γλιχόμενος θαυμαστὸν οἷον ἀρχέτυπον ἑαυτῷ προθεὶς τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ζηλωτὴς ἐκείνου καθίστατο, πασῶν μὲν ὁμοίως τῶν ἱερῶν ἐντολῶν, διαφερόντως δὲ τῷ τῆς θείας ἀγάπης ἔρωτι κάτοχος ὤν. Οὕτω γὰρ ἐκείνος τῷ γλυκεῖ ταύτης βάλε τὴν ψυχὴν ἐδέδλητο, καὶ B οὕτως ἀλύτως αὐτῆς τοῖς δεσμοῖς συνείχετο, ὥστε τὸ ὑψηλὸν τοῦτο καὶ θεῖον παράγγελμα, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, ἔργοις ὑπ' αὐτοῦ πληροῦσθαι· ὅπερ οὐκ ἂν ἄλλως γένοιτο, ἢ τῶν φυσικῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων πρὸς οὐδὲν ἄλλο τῶν παρόντων, ὅτι μὴ πρὸς μόνον τὸν τοῦ Δημιουργοῦ πόθον συντεινομένων. Ταύτας οὖν τὰς νοερὰς, φημὶ, τῆς ψυχῆς ἐνεργείας, οἷα μουσικῆς ἔμπειρος ὁ Θεοδόσιος οὗτος εὐρύθμως κινῶν εἰς ἃ δεῖ, καὶ ὅτε καὶ ἐφ' ὅσον δεῖ, καὶ συναρμόττων ἑκάστην ὡς πρέπον ἐστὶν, ἁρμονιῶν πασῶν ἐμμελεστάτην τινὰ καὶ ἡδίστην τοῦ καθ' ἑαυτὸν βίου ἀπετέλει κρᾶσιν· πρὸς ἕνα τοῦτον σκοπὸν ἀφορῶν, ὅπως ἂν αὐτῷ πάντα κατὰ Θεὸν γένοιτο, καὶ μηδὲν ἀπάδον εἴη τοῦδε, μηδὲ ἀντιφθεγγόμενον. C

ιγ'. Τίς γὰρ οὕτω πρὸς τοὺς ὑπὲρ Θεοῦ κινδύνους γενναῖος ὤφθη καὶ ἀνδρικὸς ὡς ἐκεῖνος, ὃς μήτε ἀπειλαῖς τῶν ὑπερχόντων ἡττώμενος, μήτε κολακείαις ὑποσυρόμενος ἦν, ἡνίκα καὶ περὶ Θεοῦ τάχα, μὴ κατὰ Θεὸν δὲ τὸ κελευόμενον ἦν; ἀλλὰ τούτου μὲν ὁ λόγος ἀναμεινάτω. Τίς δὲ οὕτως κρίνειν λογισμοὺς καρδίας, καὶ βασάνῳ τούτους ἀκριβεῖ διδόναι, καὶ τέχνας εἰδέναι τοῦ πονηροῦ διὰ τῶν δεξιῶν κλεπτούσας, ὥσπερ ἐκεῖνος ἠπίστατο; τίς οὕτω συστεῖλαι μὲν ψυχὴν, συντρίψαι δὲ πνεῦμα, καθελεῖν δὲ πᾶν νόημά τε καὶ ὕψωμα κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως D ἐπαιρόμενον; καὶ συνελόντα φάναι, πῶς ἄν τις τὰ ἐκείνου μιμήσαιτο, ἃ μηδ' ἀξίως ἐπαινεῖν δύναιτο; τὸ τῆς ἀγρυπνίας ἐπίμονον, τὸ τῆς προσευχῆς ἀπε-

[4] Matth. XXII, 37.

batur illius ætatis hominibus spectaculum, os capitis defluente carne nudum. At illi recondentes cranium, loco illi nomen indidere Κρανίον, id est, Calvariam. Probabili ratione potuit Noe non ignorasse sepulcrum principis hujus, et mortalium omnium primigenii : siquidem hac de re fama a diluvio mox per orbem propagata est ab ipso, et dimanavit, eoque Dominus excussa origine humanæ mortis, in loco qui Κρανίον dicitur, id est, Calvaria, passus est, ut quo in loco corruptio, sive mors hominum initium accepit, illic vita regni suum sumeret exordium. » Hæc Basilius. Idem sentiunt Tertullianus, Cyprianus, Origenes, Epiphanius, Athanasius, Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus, aliique quos refert Salianus noster tomo I *Annal. eccl. Veteris Testamenti*, anno mundi 930, num. 7, et seqq.

(12) Lipomanus, « Maligni nosse artes, quæ sufferantur per dexteras. »

ρίσπαστον, τῆς ψαλμῳδίας τὸ εὔτακτον, τὸ τῶν ὀφθαλμῶν πρὸς δάκρυα γονιμώτατον, ὡς στῆναι πρότερον ἐλπίσαι πόταμῶν ἀένναα ῥεύματα, ἢ τὰς τῶν δακρύων ἐκείνου πηγάς, τὰς δι' ὅλων νυκτῶν στάσεις, τοὺς κρυφῇ κρεμαστῆρας ἐκείνους ἐφ' οἷς διὰ τὸ χαυνοῦσθαι τῷ ὕπνῳ καὶ ὑποῤῥεῖν πρὸς δὲ καὶ τὰς τῶν βουβώνων ὀδύνας ὑπεστηρίζετο, τὸ δὲ ταπεινὸν τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πρᾶον, τὸ δὲ σύννουν ὡς τὰ πολλὰ καί προσεκτικὸν, τὸ δὲ τῆς διανοίας ὀξὺ, καὶ λίαν εὐπετῶς εὐθὺ τῶν οὐρανῶν ἀνιπτάμενον ; ταῦτα εὔξασθαι μὲν δυνατὰ καὶ ἄλλοις, μιμήσασθαι δὲ παντάπασι χαλεπά.

ιδ'. Γαστρὸς δὲ τίς οὕτω κρατῶν ἦν, ἢ πρὸς νόμους ἐγκρατείας ὑπείκουσαν ἔχων ; ὃς ἐπίσης αὐτῇ καὶ θεραπαίνῃ χρώμενος ἦν, ὁπότ' ἂν αὐτὸς κελεύοι τροφῆς κοινωνοῦσαν, κοινωνοῦσαν δὲ οὐχ ὅσον αὐτὴ βούλοιτο ἀλλ' ὅσον ἥρκει τῆς φυσικῆς συζυγίας διακρατεῖσθαι τὸν σύνδεσμον. Ἡ τροφὴ μέντοι φοινίκων καρποί, ἢ τῶν κερατίων ὀλίγα, ἢ ὄσπριόν τι δευθὲν ὕδατι, ἢ καὶ τῶν ἀγρίων βοτανῶν αἱ ἐδώδιμοι. Εἰ δὲ καὶ σπάνις ἀπήντα τῶν εἰρημένων διὰ τὸ τῆς ἐρημίας ἐπιεικῶς ἄπορον, ὁστᾶ φοινίκων διαβραχέντα φιλότιμος ἐκείνῳ τροφὴ διὰ τὴν ἀνάγκην, καὶ τοῦ λιμοῦ σοφὸν παραμύθιον. Ἄρτου δὲ καὶ εἰς τριάκοντα παρέτεινε χρόνους, μηδὲ βραχὺ γευσάμενος. Πλὴν οὕτω περὶ τὴν χρείαν τοῦ σώματος ἔχων λίαν ἐνδεῶς καὶ ἠναγκασμένως, οὐχ ὁμοίως καὶ περὶ τὴν τῆς ψυχῆς διέκειτο, ἀλλ' ἐναίνην ἀπεναντίας μᾶλλον καὶ περιττῶς ἔτρεφεν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, ἅτε τῷ νόμῳ Κυρίου καθ' ἑκάστην ἐμμελετῶν, καὶ τοῖς ἱεροῖς λογίοις διηνεκῶς ἀρδευόμενος. Παρ' ὃ καὶ ὡς ξύλον ὤφθη τὸ παρὰ τὰς τῶν ὑδάτων διεξόδους πεφυτευμένον, καὶ τὸν καρπὸν ἐδίδου κατα καιρὸν ἥδιστόν τε καὶ δαψιλέστατον. Τὸν μὲν οὖν τοῦ σώματος ἐν νεότητι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας ἐρεθισμὸν, οὕτως εὖ ἐκεῖνος ἠρεμεῖν παρεσκεύασε· τοῦτον δὲ τὸν νόμον τῆς ἐγκρατείας οὐχ ἅμα καὶ τῇ ἀκμῇ τῆς νεότητος συναποβαλεῖν ἔκρινεν, οὐδ' ὡς ἄχρηστον ἔτι καὶ μὴ ἀναγκαῖον ἀπώσατο, ἀλλὰ καὶ μέχρι βαθυτάτου διέσωσε γήρως ἐπιτείνων οὐκ ἀνιεὶς, καὶ ὥσπερ τινὰ σύμπλουν ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ συνδιαπλεύσαντα, καὶ πόνων αὐτῷ κοινωνήσαντα πολλῶν καὶ καμάτων, ἐν τῷ λιμένι ἤδη γενόμενος αἰδεσθεὶς ἀποθέσθαι.

A severantiam, orandi assiduitatem, pulchrum psalmodiæ ordinem, oculorum in lacrymas innatam profusionem, ut prius spes esset sisti perennia fluviorum fluenta, quam fontes illius lacrymarum; per totas noctes stationem ; occulta lora, quibus, eo quod in somnum diffluere et resolveretur, cum inguinis dolore suffulciebatur ; humilitatem spiritus, mansuetudinem, animum ut plurimum cogitabundum et attentum, acre ingenium, et quod admodum facile recta ad cœlos usque volabat ? Hæc optare quidem possunt etiam alii ; sunt autem ad imitandum omnino difficilia.

14. Qui ventri ita imperavit, aut eum abstinentiæ legibus magis habuit obedientem ? Qui eo utebatur non secus ac ancilla, cibum sumente quando B ipse juberet; sumente, inquam, cibum, non quantum ipse vellet, sed quantum sufficeret ad continendum vinculum naturalis conjunctionis. Alimentum autem erat fructus palmæ, aut paucæ siliquæ, aut legumen aliquod atqua madefactum, aut etiam quæ ex agrestibus herbis erant esui aptæ. Quod si horum quoque, quæ dicta sunt, erat penuria propter summam solitudinis inopiam, ossa dactylorum medefacta, erant illi lautum et splendidum nutrimentum propter necessitatem, et famis scitum solatium. Perpetuis autem triginta annis panis nihil gustavit penitus. Sed etsi ita parce et stricte se gerebat iu iis, quæ pertinebant ad usum corporis, non ita tamen se habebat in iis, quæ pertinebant ad animam: sed illam contra abunde et copiose noctu diuque C alebat: ut qui in lege Domini quotidie meditaretur, et sacris oraculis quotidie rigaretur. Quo factum est, ut visus sit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, et fructum dedit in tempore jucundissimum et copiosissimum. Atque corporis quidem in juventute ad libidines incitationem sic pulchre effecit conquiescere. Hanc autem abstinentiæ legem non statuit simul abjicere cum flore jeventutis, neque eam repulit tanquam adhuc inutilem et minime nece-sariam; sed conservavit usque ad profundissimam senectutem, augens, et non remittens ; et non secus ac quemdam socium navigationis, qui una navigavit in hieme et tempestate, multorumque laborum et ærumnaD rum fuit particeps, cum jam fuerit in portu, erubescens amandare.

CAPUT IV.

Accessus discipulorum. Pius Basilii obitus.

ιε'. Ἐτύγχανε τοιγαροῦν τοὺς μεν πόνους ὥσπερ ἄλλοι τὰς ἡδονὰς ἀσπαζόμενος, ἀνέσεις δὲ καὶ τρυφὰς διωθούμενος ἴσα καὶ πολεμίους, τοιαύτην αὐτῷ τῆς μακρᾶς συνηθείας τὴν ἕξιν ἐντυπωσάσης. Ἐν τούτοις οἷά τις ἀστὴρ χαριέστατος πάνυ λαμπρόν τε καὶ κάλλιστον ταῖς ἀκτῖσι βάλλων, ἤδη καὶ πόῤῥωθεν φανερὸς ἦν. Ἐπεὶ καὶ πόλιν ἔπάνω κειμένην ὄρους κρύπτεσθαι χαλεπόν· οὔκουν οὐδὲ διέλαθε, κἂν ἐκείνῳ τοῦτο διαπαντὸς ἔσπουδάζετο. Μὴ λαν-

15. Amplectebatur itaque labores, sicut alii voluptates : remissiones autem et delicias repellebat ut hostes, cum longa consuetudo ei talem impressisset habitum. His non secus ac stella jucundissima, splendissime ac pulcherrime micans radiis, jam etiam procul apparabat. Nam civitatem quoque sitam supra montem, est celari difficile. Ergo nec latuit, etiamsi illud ipsum perpetuo fugeret. Cum non lateret autem, consentaneum erat omnino, ut

boni et honesti studiosas animas ad se traheret, non secus ac magnes ferrum, aut potius ut bonas quasdam apes, jucundum illud mel virtutis. Ad illum itaque jam ventitabant quidam ex iis, qui erant amatores virtutis, et malebant cum eo incolere solitudinem, quam cum imperatoribus præclaras civitates. Qui vim afferentes, vis quidem, sed tamen persuadent, ne sua solum consideraret, sed ea etiam, quæ sunt proximorum : et ejus, quæ est ex Deo, vitæ eum accipiunt veluti pedotribam. Et tunc quidem sex vel septem numero erant chorus qui erat circa ipsum.

16. Cum autem sciret ille magnus, iis qui ex Deo vivere elegerint, nihil æque conducere ad parandam virtutem et ad partam conservandam, ac mortis memoria, quæ etiam vera philosophia et dicitur et creditur ; quid facit ? Sepulcrum jam construere his suis jubet discipulis : simul quidem ut ejus esset monumentum finis, sicut etiam vocatur, et sic eos magis excitaret ad decertandum, et diligentius stimularet ad virtutem ; et simul etiam et mortuos acciperet ; quin etiam ille ex futuris aliquid prævidens et præsagiens ; jam enim hæc charismata et gradus attigeret, in luce gratiæ lucem videns. Quid autem erat quod præsagiebat, jam declare aggreditur oratio. Paratum enim erat sepulcrum, et adstabat quidem ipse desuper ; discipuli autem ipsum circumsistebant. Ille autem acuto mentis oculo intuens id, quod erat eventurum, sic lepide dicit, eos aspiciens : Sepulcrum quidem est paratum, quisnam autem ex vobis est encænia ejus celebraturus? Et ille quidem sic, lepide et urbanæ orationi miscens seria : solebat enim ipse quoque inter alia tempus nosse, austeritatemque et tristitiam gratia moderata solvere.

17. Quidam autem Basilius, dignitate quidem sacerdos, propter rerum autem bonarum desiderium, expressos aperte servans paternos characteres; et eum qui ipsum genuerat spiritaliter, non minus referens similitudine virtutis, quam carnales patres ii qui ex illis nati sunt, et alioqui sciens quæstionem non frustra esse propositam a magistro, primus arripiens sermonem, erat prompto et alacri animo ad mortem eligendam, tanquam rem non repudiandam, sed valde utilem et conducibilem. Protinus ergo genibus flexis, cum se humi projecisset: Benedic mihi, inquit, Pater, Ego autem, inquit, hujus sepulcri primo celebrabo encænia. Hic ergo petiit, ille vero dedit. Et ipsum quidem habuit sepulcrum. Jubet autem Pater omnia ipsi fieri, quæ lex vult fieri mortuis ; tertianas, inquam, et novenas, et consequenter etiam quadragenas. Cum autem jam finem acciperent quadragenæ, (o quomodo explicaverit oratio id quod est valde quidem verum, sed est valde creditu difficile, propterea quod modum exsuperat !) Basilius neque a febre arreptus, nec capitis dolore vexatus, nec ullum dolorem sentiens in ulla parte corporis, tanquam molli

A Θάνοντα δὲ, ἀκόλουθον πάντως ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκειν τὰς φιλοκάλους ψυχὰς, ἡράκλειά τις λίθος ὥσπερ τὸν σίδηρον· ἢ μᾶλλον ὡς μελίττας τινὰς ἀγαθὰς τῷ ἡδεῖ ἐκείνῳ τῆς ἀρετῆς μέλιτι. Ἐφοίτων τοιγαροῦν ὡς αὐτὸν ἤδη τῶν φιλαρέτων τινὲς, καὶ σὺν αὐτῷ μᾶλλον τὴν ἐρημίαν, ἢ τὰς λαμπρὰς πόλεις μετὰ βασιλέων οἰκεῖν ἠσπάζοντο· οἳ καὶ βιασάμενοι μόλις μὲν πείθουσι δ' ὅμως μὴ τὰ ἑαυτοῦ μόνον σκοπεῖν, ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ τῶν πέλας, καὶ οἷα παιδοτρίβην αὐτὸν τοῦ κατὰ Θεὸν βίου παραλαμβάνουσι· καὶ τέως μὲν ἓξ που καὶ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν ὁ περὶ αὐτὸν χορὸς ἦν.

XI. Ut vero dies illuxit, atrii fores patefactæ sunt, ut solebant, eo quod ejus parentes paulo post B egressuri essent. Exiit autem familiæ præfectus, qui cum ipsum lacera veste indutum vidisset: Quis, inquit, tu es, et undenam; et quare cum talis sis, huc accedere ausus es? Discede isthinc, quoniam domini mei egressuri sunt. Tunc Joannes: Quæso, domine, ut misericordia me prosequaris: sum enim homo pauper. Sine igitur me in hoc angulo manere (nihil enim mali facio) atque hujus rei mercedem a Deo ipso exspecta, si me pauperem ad hujus atrii fores manere permittas. Permisit ille, et abiit. Exierunt autem ejus parentes in atrium. Quos cum Joannes vidisset, totus lacrymis repletus est, ac secum dixit: En, diabole, et parentes meos, Deo ita volente, aspexi, et sagittas tuas ardentes contemno, Christi ope adjutus. Ac rursus dixit: Domine Jesu Christe, ne derelinquas me. Et manebat in C illo angulo. Cœpit autem ejus pater e mensa sua cibum illi mittere, dicens: Hujus pauperis patientia multa est: quippe qui in tantis pluviis, et multa glacie tam patienter ac fortiter in hoc atrio commoratur. Potest Deus ipse per hominem hunc nobis salutem afferre. Omnino enim propterea huc missus fuit homo iste, ut et nos per illum salutem assequamur. Exiens autem domo quodam die mater illius, cum eum ita abjectum vidisset, indignans substitit, quod tanquam horrendum aliquid videre sibi visa esset, et ad pueros suos conversa: Auferte, inquit, isthinc hominem istum, quod non possum, illo sic jacente, transire. Statim igitur servi hominem illum vi pertraxerunt. Cum vero aliquantulum a foribus illis longe abesset, manebat D illic, neque aliquo discedebat. Egredienti autem aliquando familiæ præfecto: Rogo te, inquit Joannes, ut quemadmodum initio misericordia me prosecutus es, ita et nunc parvum aliquod tugurium mihi construas, ut a glacie defendi possim, neque a vestra domina unquam videar. Hæc cum ille audivisset, nihil moratus, parvum quoddam tugurium ei composuit, in quo manebat, Deum orans. Ei autem pater quotidie cibum mittebat. Verum quæ a patre mittebantur, pauperibus ipse distribuebat, et eis non edens, neque bibens, ita et omnes pauperes ad eum currerent, et ab illo nu-

trirentur. Itaque ejus corpus sic extenuatum erat, ut ossium compages numerari possent, tanta abstinentia se afflixerat.

XII. Tertio autem post anno, cum benignus Deus multum ejus laborem aspexisset, eumque virtutis exercitatione perfectum vidisset, apparuit ipsi et dixit: Salve, Joannes, qui revera hoc nomine appellaris: eo enim, quod fecisti, te illi Joanni, qui virgo fuit, similem ostendisti; nam cum omnia dereliqueris, me secutus es. Tuæ igitur exercitationis tempus, et laborum tuorum certamen completum est. Post tres dies ad me venies, ad illam justorum hominum requiem. Experrectus autem Joannes, flere, cœpit, et Deum ita precari: Ago tibi gratias, Domine Deus, quod me indignum hominem illa justorum requie dignum facere velis: sed memento, quæso, et parentum meorum, et ipsos misericordia prosequere, illorum peccata non reputans, sed delens, quoniam solus tu clemens es et misericors. Cumque has preces complevisset, prædictum familiæ præfectum ad se accersitum, sic affatus est: Quemadmodum ab initio usque ad hanc horam misericordia me prosecutus es, ita, quæso, et nunc facias. Unum est, quod a te peto, ut meis verbis dominæ vestræ significetur. At ille: Age, inquit, dic, si quid vis. Tum Joannes: Eas igitur, et illi hæc dicas: Pauper ille, quem ad fores jacentem expellere jussisti, per me te petit, ne superbo animo pauperem inopem despicias, Jesum Christum Dominum respiciens, sed patienter digneris ad eum accedere, quippe qui habet quædam tibi dicere. Abiit ille, et dominæ suæ nuntiavit, quæ a Joanne acceperat. Tum illa: Num, inquit, aliquid est, quod pauper iste mihi habeat dicere, quæ non possum ad eum accedere, neque ipsum aspicere. Virum autem suum adiit, et ipsi hæc significavit. Cui ille dixit: Abi, uxor mea, et pauperem ne despicias; pauperes enim Deus elegit. At illa adhuc iter suum differebat. Rursus Joannes ad eam misit, qui ejus verbis diceret: Post tres dies ego moriar: at tu si huc venire et me videre nolueris, postremo te ipsam pœnitebit. Illa cum de ejus morte audivisset, exiit, et pueris suis præcepit ut pauperem illum ad se ferrent.

XIII. Ille vero cum esset contectus, agnosci non poterat, sed hæc dixit: Merces tua, o domina, completa est, sicut Dominus dixit in Evangeliis suis, quo loco ait: *Quæcunque feceritis uni ex istis fratribus meis minimis, et mihi fecistis* [1]. Ego vero, ut pauper et nihil habens, benedictionem quamdam tibi volo derelinquere, sed jurejurando promittas velim, te facturam quæ dixero, et ita benedictionem accipias. Juravit illa se observaturam quæ audiret. Tum ille: Per eum, inquit, ipsum te obtestor, per quem et tu jurasti, ne jubeas me alia veste tectum sepeliri, nisi hac ipsa, quam nunc habeo; et in hoc ipso loco, ubi tugurium meum

A οὗτον δὲ οὕτως ἐταπείνωσε τὸ σῶμα αὐτοῦ, ὥστε φαίνεσθαι τὰς ἁρμονίας τῶν ὀστέων αὐτοῦ, καὶ ἀναριθμήσασθαι ὑπὸ τῆς πολλῆς ἐγκρατείας.

ΙΒ′. Μετὰ δὲ τρία ἔτη, ἰδὼν ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς τὸν πολὺν αὐτοῦ κόπον, καὶ ὅτι ὄντως τέλειος διὰ τῆς ἀρετῆς ἀσκήσεως ὑπάρχει, παρίσταται αὐτῷ λέγων· Χαίροις, Ἰωάννη, ὄντως τῷ ὀνόματι τούτῳ καλούμενε· τῇ φὰρ πολιτείᾳ σιω τῷ Ἰωάννῃ ἐκείνῳ καὶ παρθένῳ ὅμοιόν σε ἔδειξας· καταλιπὼν γὰρ πάντα ἐμοὶ ἠκολούθησας. Καὶ τανῦν πεπλήρωται ὁ καιρὸς τῆς ἀσκήσεώς σου, καὶ ὁ ἀγὼν τῶν πόνων σου. Μετὰ γὰρ τρεῖς ἡμέρας ἐλεύσῃ πρὸς ἐμὲ ἐν τῇ ἀναπαύσει τῶν δικαίων. Διυπνισθεὶς δὲ ὁ Ἰωάννης ἤρξατο κλαίειν, καὶ προσεύχεσθαι καὶ λέγειν· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε ὁ Θεὸς, ὅτι ἀνάξιον ὄντα με κατηξίωσας τῆς τῶν δικαίων ἀναπαύσεως· ἀλλὰ, B δέομαι, μνήσθητι καὶ τῶν γονέων ἐμῶν, καὶ ἐλέησον αὐτοὺς, μὴ λογισθεὶς αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας ἀλλὰ ἐξαλείψας αὐτὰς, ὅτι μόνος εὔσπλαγνος καὶ ἐλεήμων εἶ σύ, Καὶ πληρώσας τὴν εὐχὴν, προσεκαλέσατο τὸν ἄνθρωπον τὸν ἐπὶ τῇ οἰκείᾳ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ὡς ἐξ ἀρχῆς πεποίηκας ἔλεος μετ' ἐμοῦ, εἰς τὴν ὥραν ταύτην καὶ τανῦν οὕτω ποίησον. Μόνον οὖν δέομαί σου, ὅτι πρὸς τὴν κυρίαν ὑμῶν οἱ λόγοι μου προσφέρονται. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· Εἰπὲ ὃ βούλει. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰωάννης· Εἰσελθὼν οὖν λοιπὸν αὐτῇ ὅτι ὁ πτωχὸς ὁ πρὸ τῆς πύλης σου κείμενος, ὃν ἐκέλευσας ἀποδιωχθῆναι, ἐπ' ἐμοῦ παρακαλεῖ λέγων· Μὴ ὑπερηφανίσῃς τὸν πτωχὸν καὶ πένητα, πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν βλέπουσα, ἀλλὰ ἀνεξεκάκως καταξίωσον ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἔχει ἵνα C πρὸς σὲ εἴπῃ. Ἐξελθὼν δὲ οὗτος ἀνήγγειλε τῇ κυρίᾳ αὐτοῦ τὰ παρὰ τοῦ Ἰωάννου λεχθέντα. Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφη· Καὶ ἄρα τί ἔχει μοι ὁ πτωχὸς οὕτως εἰπεῖν, μὴ δυναμένῃ παρασθῆναι αὐτῷ καὶ ἰδεῖν αὐτόν; εἶτα εἰσελθοῦσα ἀπήγγειλε τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς· καὶ λέγει αὐτῇ ὁ ἀνήρ· Ἄπελθε, γυνὴ, καὶ μὴ ὑπερηφανίσῃς τὸν πτωχόν· ἐπεὶ τοὺς αὐτοὺς πτωχοὺς ἐξελέξατο ὁ Θεός. Καὶ ὡς εἶδεν ὁ Ἰωάννης ὅτι ἐκείνη ὑπερέθετο, πάλιν δηλοῖ αὐτῇ, λέγων οὕτως· Ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀποθνήσκω, ἐὰν οὐκ ἔλθῃς καὶ ἴδῃς με, πολλὰ ἔχεις μετανοῆσαι. Ἡ δὲ ἀκούσασα περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἐξῆλθε, καὶ λέγει τοῖς παισὶν αὐτῆς, Φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε.

ΙΓ′. Ὁ δὲ καταλαλυψάμενος, καὶ ἄγνωστος ὢν, λέγει πρὸς αὐτήν· Κυρία, ὁ μισθός σου πεπλήρω- D ται, καθὼς εἶπεν ὁ Δεσπότης ἐν Εὐαγγελίοις, ὅταν ἔγῃ· Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτῃν τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε· ἀλλ' ἐγὼ πένης καὶ μηδὲν ἔχων, μίαν εὐλογίαν σοι θέλω καταλιπεῖν· πλὴν ὄμοσόν μοι ὅτι, εἴ τε παρεγγυῶ σοι, τοῦτο ποιήσεις, καὶ οὕτω τὴν εὐλογίαν ἀποδέξῃ. Ἡ δὲ ὤμοσεν αὐτῷ ὅτι πάντα τὰ ἐντελλόμενα ἐκπληρώσει. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰωάννης· Τὸν αὐτὸν ὅρκον ὃν ὤμοσάς μοι, κυρία, μὴ ἐήσῃς με ὑπὸ ἑτέρων ἱματίων ἀμφιασθῆναι πλὴν τούτων τῶν ὧν φορῶ, καὶ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ ὅπερ ἡ καλύβη μοι ἵσταται,

[1] Matth. xxv, 40.

κελευσόν με ταφῆναι· ὅτι ἀνάξιός εἰμι ὑφ' ἑτέρων ἱματίων καὶ ἐν τιμιωτέρῳ τόπῳ ἐνταφιασθῆναι. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐπέδωκεν αὐτῇ τὸ Εὐαγγέλιον, λέγων Ἔσται σοι τοῦτο ἐν τῷ παρόντι βίῳ σύνδεσμος, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἐφόδιον σοῦ τε καὶ τοῦ ἀνδρός σου. Δεξαμένη δὲ αὐτὴ τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ἀναστρεφομένη αὐτὸ ἔνθα καὶ ἐκεῖσε, ἔλεγεν, ὅτι Ὅμοιόν ἐστι τοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον ἐκείνῳ ὃ κατεσκεύασεν ὁ κύριός μου καὶ δέδωκεν τῷ υἱῷ ἡμῶν. Καὶ τὸ τάχος ἐξελθοῦσα ἔδειξεν αὐτῷ τῷ ἀνδρὶ τὸ βιβλίον. Ἰδὼν ἐκεῖνος ἐγνώρισεν αὐτό, καὶ λέγει πρὸς αὐτήν. Οὕτως τοῦτό ἐστι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτο, καὶ οὐχ ἕτερον. Ἀλλὰ πόθεν αὐτὸ ἔχει; καὶ πρέπει ἐρωτᾷν αὐτὸν ποῦ ἔστιν ὁ υἱὸς ἡμῶν Ἰωάννης. Καὶ ἀπελθόντες ἀμφότεροι πρὸς αὐτὸν λέγουσιν αὐτῷ· Ὁρκίζομέν σε κατὰ τῆς ἀχράντου Τριάδος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς μετὰ πάσης ἀληθείας, πόθεν σοι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτο, καὶ ποῦ ἔστιν ὁ υἱὸς ἡμῶν Ἰωάννης; Ὁ δὲ μὲ φέρων τὴν δακρύων κίνησιν λέγει· Ἐγώ εἰμι Ἰωάννης ὁ υἱὸς ὑμῶν, καὶ τὸ αἴτιον ὑμῖν πολλῶν δακρύων· καὶ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτό ἐστι τὸ δοθέν μοι παρ' ὑμῶν. Ἀλλὰ ποθήσας τὸν Χριστόν μου, ἐφόρεσα τὸν ζυγὸν αὐτοῦ τὸν ἐλαφρότατον, καὶ ἀκούσαντες οἱ γονεῖς αὐτοῦ ἔπεσον ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ ὥρας πρώτης ἕως ὥρας τρίτης κλαίοντες, ὥστε πάντας τοὺς ἐν τῇ πόλει οἰκοῦντας ἐπὶ τῇ φανερώσει τοῦ υἱοῦ αὐτῶν κλαίειν.

ΙΔ'. Ἵνα δὲ μὲ ἡ σεμνὴ αὐτοῦ καὶ ἀμόλυντος πολιτεία διὰ μηδενὸς τοῦδε βίου θορύβου παροραθῇ, ἐν πνεύματι τῷ συλλαλοῦντι αὐτῷ, παρέδοκε τὴν τιμίαν αὐτοῦ ψυχὴν τῷ Θεῷ. Ἀλλὰ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐπιλαθομένη τοῦ προειρημένου ὅρκου, ἐξέδυσεν αὐτὸν τὰ ῥακώδη ἱμάτια, καὶ ἐνέδυσεν αὐτὸν χρυσόστημα· ἐνδυθέντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα, εὐθέως ἡ μήτηρ ὅλη παρελύθη. Ὁ οὖν πατὴρ αὐτοῦ εἰς ἀνάμνησιν ἐλθὼν τῆς αἰτήσεως αὐτοῦ, εἶπε· Τὴν βουλὴν τοῦ τέκνου ἡμῶν ποιήσωμεν. Καὶ ἀποδυθέντος αὐτοῦ τὰ χρυσοστημα ἱμάτια, καὶ πάλιν τὰ ῥακώδη εἰσδυθέντος, κατὰ τὴν αὐτοῦ κέλευσιν, παραχρῆμα ἰάθη ἡ μήτηρ αὐτοῦ· Τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς λείψανον κατέθηκαν ἐν ἐκείνῃ τῇ καλύβῃ οἱ γονεῖς αὐτοῦ. Ἱερόν τε ὦδε ἀναστήσαντες οἶκον καὶ ναὸν παμμεγέθη, δόντες ἐν ἐκείνῳ τῷ θείῳ ναῷ πᾶσαν τὴν ὕπαρξιν αὐτῶν, καὶ πολλὴν τὴν ἐξουσίαν ἀφιερώσαντες εἰς διακονίαν τῶν ξένων, ἐκοιμήθησαν ἐν εἰρήνῃ. Αὕτη ἡ πολιτεία τοῦ Ἰωάννου, οὗτος ὁ βίος καὶ ὁ δρόμος τῆς ἁγίας ἀσκήσεως αὐτοῦ. Οὕτω πατέρας τὸν ἀντικείμενον ἠξιώθη τοῦ βραβείου τῆς ἄνω κλήσεως, ἐν Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν,

est, facias me humari; quoniam neque aliis vestibus, neque nobiliore aliquo loco ego dignus sum. Hæc cum dixisset, illi Evangelium tradidit, ac dixit : Hoc tibi in hac vita propugnaculum, et illius futuri ævi bonum tam tibi, quam domino meo viro tuo sit viaticum. Illa cum Evangelium accepisset, undique illud versans, ait: Simile Evangelium hoc illi est, quod olim dominus meus filio nostro dedit. Cucurrit igitur, et viro suo librum ostendit. Quem cum ille agnovisset: Vere, inquit, Evangelium illud hoc est, et non aliud. Sed undenam ipse hoc habuit? Par est illum interrogare, ubinam sit filius noster Joannes. Cum igitur ad ipsum venissent, dixerunt : Obtestamur te per purissimam Trinitatem, ut nobis vere dicas, undenam Evangelium hoc habueris, et ubi sit filius noster Joannes. Ille cum lacrymarum vim ferre non posset : Ego, inquit, sum Joannes filius vester : ego sum multarum lacrymarum vobis causa. Evangelium hoc illud est, quod vos mihi dedistis. Sed Christum meum desiderans, suave illius jugum portavi. Hæc cum parentes audivissent, ad filii cellum se abjecerunt, et ab hora prima usque ad sextam ita fleverunt, ut omnes, qui urbem habitabant, una cum illis filium agnitum fleverint.

XIV. Ut vero ejus recta et sancta institutio, nulla vitæ hujus perturbatione macularetur, illius Spiritus, quem loquentem in se habebat, ope adjutus animam suam Deo reddidit. At ejus mater oblita quod juraverat, laceratis vestibus illum exuit, et aureis induit, quibus cum ille indutus esset, repente mater paralytica effecta est. Cum vero ejus pater verba illius memoria repeteret : Servetur, inquit, quod sancti nostri filii voluntas postulavit. Cum igitur aureis vestibus eum exuissent, laceris illis induerunt, quas antea habere solitus fuerat. Quo facto, statim ejus mater sanata est. Illius autem sancti viri reliquias in tugurio illo parentes condiderunt, et sacram ædem illic ei construxerunt, omniaque bona sua sacro illi templo dedicarunt. Cumque multas pecunias in peregrinorum ministerium contulissent, in pace diem suum obierunt. Hæc fuit Joannis institutio, hæc vita, et sanctæ ipsius exercitationis ratio. Hic, inquam, cum diabolum conculcasset, supernæ vocationis bravio dignus effectus est. gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi : cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

DE S. EUTHYMIO

HEGUMENO IN EREMO SANCTÆ CIVITATIS.

(Anno 473, Jan. 20. — Bolland. ad hanc diem.)

§ I. *Lauræ et cœnobii differentia. S. Euphymii aliaque circa Hierosolymam monasteria, et prima exercitatio.*

1. Primum ordinis monastici institutorem agnoscit Palæstina S. Hilarionem, magni Antonii discipulum. «Necdum enim, inquit S. Hieronymus in illius Vita, tunc monasteria erant in Palæstina: nec quisquam monachos ante S. Hilarionem in Syria noverat : ille fundator et eruditor hujus conversationis et studii in hac provincia fuit.» Et mox: «Itaque ejus exemplo cœperunt ibi esse innumerabilia monasteria, in quibus monachorum admiratus est S. Basilius Epist. 79 ad Eustathium, episcopum Sebastiæ, tum in servanda diæta temperantiam, tum in observandis laboribus tolerantiam; ad quorum obstupuit precandi vigorem, cum observaret quo pacto nec somno victi, nec alia naturæ necessitate deflexi, sublimem semper et invictum animi sensum in fame et siti, in frigore et nuditate servarent,» etc. His consentanea scribit Sozomenus lib. VI Histor. Eccl. cap. 32, et monachorum complures sanctitate celebres nominatim recenset; de quibus nos alibi, et potissimum 28 Septemb. de S. Charitone, qui S. Hilarioni coævus, prima monasteria in eremo sanctæ civitatis, de quibus mox, exstruxit: et 28 Maii, quo die sancti monachi ibidem a Saracenis occisi coluntur. Hos memorat Cassianus collat. 6, cap. 1: «Summæ vitæ ac sanctitatis monachos diutissime commoratos juxta Thecue vicum, sex millibus passuum a Bethlehemo, in solitudine vastissima, quæ ducit versus Arabiam et mare Mortuum.» De horum spontaneo ministerio, quo «per extenta avia discurrentes, et eremum, quæ versus mare Mortuum tenditur, obeuntes, festucas tenues et spinulas lignorum ad cibos coquendos colligebant,» agit idem Cassianus lib. IV Institut, cap. 21, adeoque de regula horum monasteriorum in solemnitate Tertiæ, Sextæ Nonæque disserit ibid. lib. III, cap. 1 et 3. Quæ de monachis, qui in hisce partibus aut S. Euthymium præcesserunt, aut ei nondum condita laura convixerunt, verisimile est a Cassiano narrari.

2. Celebris tum erat laura Pharan, itemque Succæ veteris: ambæ cum tertia ad Jordanem a S. Charitone exstructæ: illa «sex militaribus versus orientem via Hierichuntina distabat Hierosolymis, a vico decem inde stadiis ad solem orientem sito appellata.» Hæc erat in ante dicta ultra Thecue solitudine, circa quam Theocorum monasterium fuit, sive Thecoum, de quo num. 86 et 124, atque ex ejus ruinis laura nova, in qua Cyrillus Vitam S. Euthymii conscripsit, paulo post annum Chr. 500 exstructa est. Haud ab ea longe ad speluncam Saulis, in eremo olim Engaddi, tum Ziphon dicta, monasterium S. Euthymius construxit. At non diu isthic moratus est. Ad viam Hierichuntinam potissimam vitæ partem exegit: primo in cella extra lauram Pharan, post in cœnobio inferiore, cui S. Theoctistum præfecerat, decem millibus passuum a sancta civitate, denique in laura quæ Sancti Euthymii dicta est, atque ab inferiore sancti Theoctisti cœnobio tribus millibus passuum versus meridiem distabat ad dexteram viæ Hierichuntinæ. Hinc triginta stadiis aberat Turris ab Eudocia imperatrice infra num. 84 erecta, ubi monasterium Scholarii dein exstruxit S. Sabas, qui in subjecta circumquaque valle duo alia monasteria, et potissimum «angelico ductu» ad Torrentem primariam suam lauram condidit: a qua triginta quinque stadiis distabat, Hierosolymæ propinquis, cœnobium S. Theodosii: at nonaginta versus interiorem solitudinem Susacim S. Quiriaci, juxta quod «fluvii Sucæ et novæ lauræ ambo conveniunt, qui illi feruntur de quibus Christo dictum a Davide : Tu siccasti fluvios Ethan (*Psal.* LXXVII, 15.),» ut ad Vitam S. Theodosii dictum est 11 Januarii, num. 18 et 19 in Prolegom. Hæc aliaque plurima harum regionum monasteria dicuntur in concilio Constantinopolitano sub Agapeto papa et Menna patriarcha ann. Ch. 536 habito, itemque a Joanne Moscho, aliisque scriptoribus, «sancta Christi veri Dei nostri loca, et monasteria eremi sanctæ civitatis.» Hinc corrigendus Franciscus Quaresmius tom. II Elucidationis Terræ sanctæ lib. VI, peregrinat. 3, cap. 9, ubi asserit «in laura S. Sabæ ostendi cellam S. Euthymii aliorumque qui in ea doctrina et vitæ sanctitate floruerunt ; » cum procul inde propria laura obierit ; diu ante lauram S. Sabæ exstructam, ut mox § 4 patebit.

3. Disputat ibidem Quaresmius de monasterii et lauræ distinctione, asseritque «illa duntaxat cœnobia, quæ amplius mille monachos continebant, lauram appellari : » ita se a Græcis accepisse, sed modernis nec fidei bonæ, et omnis antiquitatis ignaris. Certe cum laura S. Euthymii non cederet lauræ Pharan, ut liquet ex hujus vita num. 41, imo prospera et felix esset, et ejus amplificaretur multitudo, num. 45, deductus est fratrum numerus ad quinquaginta. » Et sub «S. Saba in tantum congregatio crevit,» ut in laura ejus primo «septuaginta Christo servientes congregarentur: » quo numero duplicato deinde fuerunt centum quinquaginta. Au.

ctus etiam ultra numerus est : haud eo tamen ut hecatontadas aliquot expleret. Sanctus quoque Gerasimus, infra num. 89, « maximam in Jordanis solitudine lauram, quæ non pauciores quam septuaginta anachoretas habebat construxit. » Contra cœnobium S. Theodosii amplissimum erat, in quo quatuor distinctæ erant ecclesiæ. Ex universæ eremi plurimis monasteriis ad decem millia monachorum an. Chr. 516 Hierosolymam convenerunt ; quibus præerant SS. Theodosius et Sabas, universales a Salustio patriarcha inspectores designati. Ex quibus iterum Quaresmius corrigendus, dum vult 10 millia monachorum hinc inde per cellas ac speluncas sparsa solitariam egisse vitam, alia quatuor in monasterio, quorum abbas fuerit S. Sabas. Septem ipse, Euthymius tria, plura ipsorum B discipuli, majores et coævi ædificarant seu monasteria seu lauras ; quæ differebant, « quod in cœnobiis illi viverent qui vitam exercebant communem; in lauris vero, qui a congressione separatam et quietam. » Ita Cyrillus in Vita S. Sabæ. Atque infra num. 45 et 98 in laura S. Euthymii unicuique fuit ædificata cella ; et cellæ fratrum erant a se invicem in media solitudine sejunctæ. Et S. Gerasimus in medio lauræ cœnobium collocavit, in quo monachi primo exercebantur, quos, cum ad perfectionis mensuras perveuerant, in cellis lauræ collocabat ; eosque anachoretas appellabant in quorum sortem non cooptabantur juvenes aut imberbes ; ideoque a S. Euthymio missus est S. Sabas ad monasterium S. Theoctisti, et S. Quiriacus C ad monasterium S. Gerasimi, et S. Sabas, S. Euthymii exemplo, imberbes ablegabat ad cœnobium S. Theodosii. De laura ita Suidas : Καὶ λαύρα ἡ στενὴ κατοικία τῶν μοναχῶν. « Laura enim angusta monachorum domus. »

4. Eadem ratio vivendi anachoretis in hisce lauris, quæ Nitriensibus anachoretis in Ægypto, descripta a Palladio in Historia Lausiaca cap. 69, et Ruffino lib. II de Vitis Patrum cap. 21. « Habitant, inquit Palladius, locum desertum et habent cellas magno inter se intervallo disjunctas, ut nullus possit procul agnosci ab altero, neque cito videri, nec vox audiri; sed degunt in multa quiete, unusquisque per se inclusus. Solum autem Sabbato et Dominico congregantur in ecclesiis, et se invicem excipiunt. » Conformia his referuntur infra num. 89, et in Vita S. Sabæ. Nec mirum, cum eadem hic viguerit disciplina quæ apud Ægyptios. Hinc festus dies S. Antonii, tanquam communis patroni, solemni vigilia ab hisce peragebatur, ut infra num. 106, et in Vita S. Sabæ indicatur. S. Euthymius virtutes S. Arsenii tum in Ægypto viventis imitabatur, aut etiam in aliquibus superabat, num. 59. Suos exemplo monachorum Ægyptiorum a vitiis absterrebat, atque ad virtutem incitabat, num. 51 et 64. Denique Nitrienses monachos Martyrium et Eliam, qui deinde patriarchæ Hierosolymorum fuerunt, ad se confugientes, persecutionem movente A Timotheo Æluro, benigne excepit et fovit, num. 94.

§ II. *Euthymii sanctitas, dies natalis.*

5. Exercitationis monasticæ disciplina omnis per universas Orientis orbisque adeo reliqui provincias, Antonii Magni est institutione fundata : proprium tamen ac peculiarem, qui in eremo sanctæ Civitatis degebant, si non auctorem ac parentem, ascetici certe curriculi exercitatorem morumque ad cœlestia studia formandorum magistrum magnum Euthymium agnoscebant, vitamque ejus velut absolutum religiosæ virtutis exemplar sequebantur. Quare cum soleret, teste Cyrillo in Vita S. Sabæ, Euthymius quarto decimo Januarii semper proficisci in vastam solitudinem, et illic versari in divinis diebus jejuniorum, nulli se videndum præbens, et neminem alloquens; hoc quoque solebat B. Sabas facere consequenter, tempore solum parum mutato, quandoquidem illo quatuordecimo, sicut diximus, hic autem vicesimo die mensis secedebat. Nam post divini Antonii memoriam, magni Euthymii diem festum vicesimo die mensis celebrans Sabas, sic se conferebat ac solitudinem, et illic morabatur usque ad festum Palmarum, non secus atque ille. Viguit, inquit Nicephorus, lib. XIV, cap. 30, in ascetica palæstra præcipuus et vita monastica illustris magnus Euthymius, qui solitudinem in urbis formam redegit, imo canon fuit et formula instituti monastici, ut § sequenti dicetur. Corporis ejus exuvias, haud diu postquam vita functus est, in sacram ædem honorifice transtulit Anastasius patriarcha, infra num. 112, ad quas illius successor Martyrius præclaram egit synaxim et vigiliam, cum multis lampadibus et suffitibus, num. 122, imo festivitas miraculi ad eas facti quotannis celebrabatur, num. 153.

6. Syros imitati Græci, apud quos festivitate admodum solemni celebrabatur in Sanctissima Magna ecclesia Constantinopolitana, ut docent eorum Menæa, et Anthologion auctoritate Clementis VIII editum, ac Maximus Cythereus ; in quibus hoc Vitæ ejus compendium exstat : « Sanctus hic magnus Pater noster Euthymius vivebat imperante Trajano (*Lege* Marciano), Melitinæ Armeniæ metropolis ex nobilibus ortus parentibus Paulo ac Dionysia; et quemadmodum magnus ille Joannes, ex sterili et infecundo utero editus : unde et nomen per promissionem accepit. Cum D enim parentes prolem sibi dari precarentur, vox cœlitus missa est, quæ eos εὐθυμεῖν, id est, læto et alacri animo esse juberet. Patre mortuo, a matre ad Otrejum Magnum Melitinæ episcopum adducitur, atque ab eo ordini clericorum ascribitur. Cum deinde ad sacras disciplinas adhibitus, æquales omnes et vitæ religiosæ exercitatione et virtutum profectu antecelleret, quamvis invitus sacerdotio initiatur, et sacrorum monasteriorum curam suscipit. Anno deinde ætatis nono et vicesimo Hierosolymam proficiscitur, et cum S. Theoctisto in quadam montis spelunca degit, ubi graves a multis morbos depulit. Dicitur hic in nomine Domini pau-

cis et exiguis panibus, quadringentos, qui ad monasterium de via diverterant, pavisse. Non solum vero ipse divina virtute parentum suorum soluta sterilitate natus est; sed alias complures matronas prole carentes, suis precibus fecundas reddidit. Ipse quoque, ut olim magnus Elias, cœli januas aperuit, et terræ sterilitate et siti laboranti subvenit. Prodidit etiam ejus internam claritatem columna ignis, quam eo incruentam hostiam offerente videre qui circumstabant e cœlo descendentem, et sancto astantem toto sacrificii tempore. Ejus porro sanctissimæ et purissimæ mentis id est argumentum, quod eorum qui ad divinæ communionis participationem accedebant statum pervidebat, et quis eorum pura, quis mala conscientia esset. Hic cum nonaginta septem esset annorum, migravit ad Dominum, Leone Magno imperante. Forma erat eximia, sinceris moribus, colore candido, senectute decora et venerabili, cana cæsarie, barba usque ad femora promissa. Fertur de ipso, quod cum monachus quidam morti proximus esset, qui temperans ac continens vulgo credebatur, revera autem non erat, sed contra lascivus, vidit beatus angelum tridente animam ejus evellere, vocemque una audiit, occultam turpitudinem illius monachi prodentem. Celebratur ejus festum in sanctissima Magna ecclesia.» Hæc Menæa. Quæ hic de lascivo monacho narrantur, deerant in Gentiani versione, suppleta ex ms. Græco, in quo Euthymius hæc narrat se ab Ægyptiis accepisse, ut num. 65 patet.

7. Præter Magni cognomen, quod ei ab omnibus tribuitur, etiam Theophorus appellatur a quibusdam. In *Horologio Græcorum* : τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου τοῦ μεγάλου. *Monologium* a Canisio editum : «Sancti et deiferi Patris nostri Euthymii magni.» Referunt eumdem, *Monologium* Christophori proconsulis Mitylenæi, et *Kalendarium* a Genebrardo vulgatum. E Latinis ita Molanus in Addit. ad Usuardum : « Die vicesima sancti et Theophori Patris Euthymii magni.» Hinc occasio Ferrario in Catalogo generali sanctorum hallucinandi, sanctumque aliquem Theophorum ab Euthymio diversum statuendi. «In Palæstina, inquit, hoc die S. Theophori confessoris,» citatque *Menologium Græcorum*. De Euthymio ita tabulæ Romanæ : «In Palæstina natalis S. Euthymii abbatis, qui zelo Catholicæ disciplinæ et virtute miraculorum, tempore Marciani imperatoris, in Ecclesia floruit. »

§ III. *Vita S. Euthymii.*

8. Vitam S. Euthymii scripsit Cyrillus. Nomen ipse suum in epilogo num. 163, prodit. Baronio an. Ch. 475, num. 43, prædicatur diligens et veritatis cultor, et illorum temporum florens historicus. De quo et antea ad an. 391, num. 15, pronuntiarat : «Liceat absque, invidia dicere, me neminem reperisse post SS. Athanasium atque Hieronymum, qui majori fide scripserit sanctissimorum virorum res gestas, digerens eas atque distinguens accurate per tempora, ac ipse Cyrillus: dum, quæ ipse vidit, vel sanctorum omni probitate præstantium virorum relatione didicit, absque levi suspicione mendacii, sinceram veritatem veluti sacrosanctum depositum posteris tradidit, nempe Acta Euthymii, itemque Sabæ et Joannis Silentiarii. In S. Euthymii Actis, quæ a num. 135, narrat miracula, ipse coram facta conspexit, reliqua a variis Patribus accepisse se testatur. Non enim discipulus fuit S. Euthymii, ut Baronius citato num. 43, opinatur, aut sæculo quinto vixit, ut idem an. Ch. 420, n. 31, scribit ; sed sæculo sexto an. Ch. 530 aut sequenti puer ad S. Sabam a parentibus Scythopoli, unde oriundus erat, adductus, ab eo in discipulum meruit cooptari, et a metropolita tonsus in ecclesiastico gradu constitui. Ad S. Euthymii monasterium, in quod laura commutata erat, venit an. 543 ut infra n. 135, et in Actis SS. Sabæ et Joannis Silentiarii ipsemet de se narrat.

9 Ab hoc tempore quæ de S. Euthymio Patres et seniores illi narrarunt, ut ait num. 18, 135 et 161, conscripsit accuratissime, confuse tamen tamen et inordinate : at post quintam synodum Constantinopoli an. Ch. 553 habitam, in laura nova duos annos continuos cœptum opus est prosecutus, cum SS. Euthymii et Sabæ sibi apparentium beneficio divinitus consecutus esset gratiam gesta eorum apte conscribendi. Patres vero, qui ei pleraque de S. Euthymii virtutibus commemorarunt, fuere S. Quiriacus, seu Cyriacus, S. Joannes Silentiarius, hujusque socius Thalelæus, de quo n. 71, plura. Cum S. Joanne ejusque discipulis habebat juvenis notitiam, quod hi Scythopoli ad ædes parentum ejus diverterent, tanquam ad proprium xenodochium, et annuam benedictionem, sive eleemosynam, acciperent ab ejus parentibus pro cœnobio et partibus lauræ ; ex quo Sabas cum iis, ut diximus, egerat. Deinde hujus consilio ad monasterium S. Euthymii venit, ut narrat ipse de se Cyrillus infra num. 136, et in Vita S. Joannis, ad quem deinde e monasterio S. Euthymii discessit ad S. Sabæ lauram, et factus est ei minister litterarum ad S. Quiriacum. Hunc autem convenit in laura Sucæ veteris; qui ubi intellexit Cyrillum esse monasterii magni Euthymii, cum magno protinus gaudio: Ecce, inquit. o frater, tu es ejusdem, cujus ego cœnobii (nam e manibus S. Euthymii monastico indutus fuerat habitu); et cœpit oratione persequi res gestas SS. Euthymii et Sabæ. Ille autem cum eas aperte didicisset ab hoc B. Quiriaco, conscripsit singula in iis, quos de ipsis scripsit libros, ut illinc quilibet discere potest, si non leviter et aliud agens, sed accurate ea legat (potissimum num. 48, 49, 58, 60 et 76, quibus locis producuntur testes, a quibus ipse plurima Quiriacus didicerat). Atque sic quidem divinus Quiriacus. Cum hoc autem sermone et his narrationibus suum implevisset animum Cyrillus, discessit in pace. Sed cum iterum incessisset Cyrillum quoddam desiderium conveniendi Quiriacum, adivit

eum in Suasim anno ætatis ejus 99, Christi 546. Demum quo tempore Cyrillo in nova laura hæ vitæ biennio integro erant sub manibus, continenter accedebat S. Quiriacum in antro magni Charitonis, et magnum ab hoc sancto percipiebat emolumentum et utilitatem, cum hic tunc centum et septem vitæ annos numeraret. Hæc in hujus Quiriaci Vita 30 Septemb. cujus auctorem opinatur Baronius Cyrillum, quod nobis adhuc dubium nunc est, istic plenius discutiendum. Eumdem existimabat scripsisse Vitam S. Theodosii, quod 11 Januarii nobis haud probari diximus.

10. Vitam hanc a Cyrillo conscriptam, intexuit suis sanctorum Vitis Metaphrastes 20 Januarii, quam Latio a Gentiano Herveto donatam vulgavit Aloysius Lipomanus tom. V et ex eo Laurentius Surius; et in compendium redactam, Zacharias Lippelous, et Franciscus Haræus, eamque variis locis inseruit Historiæ ecclesiasticæ Baronius. Nos eam damus collatam cum ms. Græco, sed (pro dolor!) mutilo; nam pauca principio deerant, plura sub finem a num. 97. Ex hoc ea suppleta, quæ num. 64, 65 et 66, referuntur, a Gentiano omissa, quorum tamen mentio est in Menæis et apud Nicephorum, de quo mox. Prologum præfigimus, qui Vitæ ms. S. Sabæ annexus erat, et huc potius pertinet. Expunxerat eum Metaphrastes, alio substituto, quod ei fere solemne, ut passim cernere est toto hoc opere, et jam proximis diebus 22 Januar. in Actis S. Anastasii Persæ, et 23 in Actis S. Joannis Eleemosynarii. Cætera post prologum genuinus Cyrilli fetus sunt, et sat sua se conformitate vindicant. Nec usquam a Vita discrepant S. Sabæ, quam pleniorem dabimus 5 Decemb. olim plurimis ante ætatem Metaphrastæ annis Latine redditam, e qua prologum hic restituimus, utpote priori libro præfixum ab auctore. Nam secundum librum orationemve ipse Cyrillus Vitam S. Sabæ indigitat in ipsius Sabæ et S. Joannis Silentiarii Actis, hæcque tertium locum occupant.

11. Euthymii meminit Nicephorus Callistus lib. XIV variis locis; nominatim isthæc scribit lib. XIV, cap. 52: « Sub eodem Marciani imperio magnus etiam ille et inclytus Euthymius in Palæstina excelluit. Qui sub Valente quidem ex promissione natus, a magno autem Otreio et Acacio Melitinensis Ecclesiæ episcopis rite doctus atque eductus: deinde in presbyterorum ordinem allectus, sacrarum tantum rerum curam gessit. Postea in Palæstina una cum admirando Theoctisto in antro quodam virtutis statuit officinam, multisque et variis cellis, sanctioris philosophiæ mellis stipandi gratia constructis, ingens condidit monasterium. In tantum autem virtute enituit, ut cum canon esset et formula instituti monastici, tum miraculis etiam edendis præclarum obtineret nomen. Nam Persarum cujusdam tribuni filium morbo liberatum ad incolumitatem reduxit, et cœli januas aperuit, atque sterili terræ fertilitatem orationibus conciliavit. Effecit etiam, ut ex paucissimis plurimi panes fierent, quibus quadringenti viri refecti sunt. Mulieres steriles fecundas reddidit. Cum sacris mysticis operaretur, lux cœlitus perinde atque columna affulgens eum circumdedit, veluti voce emissa quanta vitæ puritate vir is esset indicans. Et quo quisque eorum animo esset, qui ad sacram communionem percipiendam accedebant, per arcanam revelationem perspiciebat; quod clarissimum prorsus sanctimoniæ ejus summæ indicium fuit. Migravit autem vir beatus ad Dominum cum nonaginta et septem annos exegisset, Leone Magno imperante. Vita moderatus, et moribus perquam simplex fuit; colore candidus, et ad femora usque promissam, eamque densam, habens barbam. De quo illud historiæ memorant. Cum monachus quidam moreretur, qui egregiam virtutis et castitatis famam obtineret, impudicus autem prorsus esset, sanctum hunc virum angelum horrenda specie tridente gravi animam illius, crudelem in modum e corpore extrahentem vidisse: et vocem simul cœlitus, occulta turpitudinis facinora aperte revelantem, audisse. Alium quoque pauperem quemdam nudum in solo jacentem ab eo conspectum esse, lacerum prorsus et pannis vilibus obsitum: cujus animam qui multi ei præsto aderant, angeli reverenter evocarint; cui David quoque cum summi concentus cithara sua adfuerit, carminibus illam veluti demulcens atque producens.

§IV. *Ætas S. Euthymii, discipulorum, successorum et sex patriarcharum Hierosolymitanorum.*

12. Historiam S. Euthymii, ejusque successorum, deducit Cyrillus ad sua tempora, quibus acta ejus, S. Sabæ et S. Joannis Silentiarii scripsit. Idem præstitum in Actis S. Quiriaci, sive a Cyrillo, seu quo alio illius æquali et socio. Accurata locorum, ac potissimum temporum et personarum, ratio habita. Indictiones, consulatus, anni imperatorum et patriarcharum Hierosolymitanorum diligenter expressi. Quare operæ pretium duximus eos breviter veluti in tabella ob oculos ponere. Nascitur S. Euthymius quarto consulatu Gratiani an. Ch. 377, indictione V, forte Junio mense, ut ad vitam n. 3. Patre mortuo offertur Otrejo episcopo tertio post anno sub initium Theodosii imperatoris: educatur in studiis: adultus initiatur sacerdotio: abit Hierosolymam anno ætatis 29, Christi 406, habitat juxta lauram Pharan. Quinque in Pharan transactis annis, secedit ad speluncam, an. Ch. 411. Exstruit inferius monasterium S. Theoctisti. Provectior canisque conspersus ædificat aliud monasterium in solitudine Engaddi: lauram, a suo dein nomine cognominatam, condit. Templum lauræ a Juvenale episcopo Hierosolymitano dedicatur, cum annos natus esset 52, a Christi nativitate 429, volveretur. Ephesi synodus œcumenica congregatur an. Ch. 431, 22 Junii, ætatis S. Euthymii 54. Nascitur S. Sabas imp. Theodosio XVII consule, mense Januario an. Ch. 439. Moritur Theodosius Junior an. Ch. 450, sub ejus finem nascitur S. Quiriacus cir-

citer an.Chr. 448.ut qui anno Leonis 9, decimum octavum ætatis agebat, et an. Ch. 475, Martio mense, vigesimum sextum, ut ex ejus et S Euthymii vita constat.Chalcedone synodus itidem œcumenica celebratur mense Octobri, anno ætatis S. Euthymii 75, Christi 451. Anno Marciani 4, Christi 454,indictione VII,nascitur Joannes Silentiarius. Leo imperator succedit Marciano an. Chr. 457.Sequenti anno Juvenalis excedit e vita et patriarcha ejus loco ordinatur Anastasius, an. Chr. 458. S. Sabas anno ætatis 18, Ch.457,venit Hierosolymam : degit in monasterio S Passarionis : adit S. Euthymium, anno ætatis hujus 82, Ch. 458, mittitur ad monasterium S.Theoctisti.Hic moritur ætatis S.Euthymii 90, Christi 467, cum decimum jam annum illi Sabas cohabitaret. Theoctisto succedit Maris; huic post biennium, an. Ch. 469 Longinus.Interea venit Hierosolymam S. Quiriacus annos natus 18,Leonis imperatoris anno 9, Anastasii patriarchæ 8, Christi 465 ; hyeme apud Eustorgium Hierosolymis peracta, adit S. Euthymium,ab eo monastico habitu indutus,mortuo jam Theoctisto, mittitur ad S. Gerasimum.

13. Tandem meritis plenus, electo successore Elia,moritur S.Enthymius 20 Januarii die Sabbati, noctu, anno 16 imperii Leonis,qui,cum unus jam præteriisset annus post mortem magni Euthymii, etiam excedit e vita; ita infra num.105,109 et 113. Additur in Vita S. Sabæ ms. requievisse anno 15 præsulatus Anastasii.Quæ singula incidunt in annum Ch.473,littera Dominicali G,non annum præcedentem 472, quo eum obiisse scribit Baronius num. 8,quo dies 20 Januarii incidit in diem Jovis, eratque Leonis saltem Januario mense solum decimus quintus annus. Aloysius Lipomanus adnotarat eum obiisse an. Ch.475 ; alii alia tradunt : quorum conjectura ex dictis corruit. Alia est difficultas,quod dicatur num.109,venisse in solitudinem circa annos viginti et novem vitæ, ac sexaginta et octo annos in ea transegisse,et excessisse e vita nonagesimo et nono anno ætatis ; cum nonagesimus et septimus ex duobus supra citatis numeris colligatur,quo modo hunc locum Nicephorus lib.XIV,cap. 52,expressit,Ἐξεδήμει δὲ,inquit,πρὸς Κύριον ὁ μακάριον, ἑκατὸν ἐτῶν γεγονὼς, δεόντων μόνων τριῶν. «Migravit ad Dominum B. Euthymius centum annos natus, minus tribus. » Menæa, Anthologion, et Cythereus,etiam anno ætatis 97 mortuum tradunt. At qui natus est anno Ch. 377 atque obiit an. Ch. 473, 20 Januarii,ut probatum est,non omnino integros nonaginta sex vixit. Verum quia Cyrillus tam hic quam in Vita S. Sabæ,quæ ad sequentem indictionem spectant,ad alium etiam annum ætatis, sive Euthymii, seu Sabæ, solet referre; anni primus et ultimus incompleti sunt annumerandi,atque ita exsistent anni 97.Quod vero annus mortis ibidem num. 109 dicatur Christi 465,a more quorumdam Orientalium est,qui æram suam a Christi nativitate octo annis quam nos serius ordiebantur,de qua re legendus Herwartus in Chronologia cap.237. Idem animadvertere est in Vita S.Sabæ ab eodem scripta Cyrillo.

14.Post obitum S. Euthymii S.Sabas anno ætatis 35, Ch. 473,discedit ex inferiori monasterio ad S. Gerasimum.Anno ab obitu S.Euthymii moritur Leo imperator,an.Ch. 474. Succedit Leo Nepos ; huic, cum haud diu vixisset, pater Zeno eodem anno.Moritur S.Gerasimus (num.95.) 5 Martii, indictione 13, consulatu Zenonis Augusti secundo, an. Ch. 475. S. Cyriacus anno ætatis 27, redit ad lauram S. Euthymii, ibique longo tempore, sive decem annos, moratur, n. 49, et in ejus Vita.Basiliscus ex insidiis invadit imperium an. Ch. 476. Moritur Anastasius patriarcha, anno quinto post mortem Euthymii exspirante,incipiente mense Januario an.Ch.477, peractis in præsulatu 19 annis. Eodem anno Zeno recuperat imperium, et Martyrius creatur patriarcha, ut num.112 indicatur, et in Notis ad caput 20. Eadem repetuntur in Vita S. Sabæ ; qui dicitur inita ante per quemdam Anthum, seu Florum,amicitia cum S.Theodosio Cœnobiarcha, migrasse in speluncam, ubi anno ætatis 40, cœpit discipulos congregare, et lauram condere. S. Joannes Silentiarius fit episcopus in Armenia anno ætatis 28, Christi 481. Interea laura S. Euthymii mutatur in monasterium : dedicationem celebrat Martyrius patriarcha 7 Maii anno ab obitu S.Euthymii 12,post Christum natum 484. Discedit S.Ayriacus e monasterio S. Euthymii an. 485, ad lauram veteris Sucæ,ibique et vicinis locis septuaginta fere annis supervixit, n. 48 et in ejus Vita. Martyrius patriarcha moritur 13 Aprilis indictione IX,an.Ch.486,qui ætatis S. Sabæ erat 48.Martyrio succedit Salustius.Zenonis imperatoris defuncti imperium obtinet Anastasius indictione XIV, qua eadem indictione, 13 Decemb., dedicata est Basilica lauræ S. Sabæ, anno ætatis ejus 53, Christi 491, quo eodem Joannes Silentiarius, relicto episcopatu,10 annis administrato, venit ad lauram Sabæ anno ætatis suæ 38. Vita utriusque. SS. Sabas et Theodosius cœnobiarchæ præficiuntur reliquis monasteriis a Salustio moribundo,qui,expletis patriarchatus annis 7 ac 3 mensibus, obiit 23 Julii, successorem relinquens S.Eliam,cui eam dignitatem prædixerat S.Euthymius n.95. Annus hic erat Christi 493,ætatis S. Sabæ 56. Hic Elias novam Ecclesiam Deiparæ Virginis a Saba exstructam dedicat I Julii, indictione IX, an. Ch. 501, ætatis S. Sabæ 63.S.Joannes Silentiarius discedit in Ruban indictione XI, anno ætatis suæ 50, Christi 503,redit ad lauram S. Sabæ, indict. II, anno ætatis 36, Christi 509.

15. Elias, primus monasterii S.Euthymii hegumonus, cum 38 annos eam præfecturam administrasset,moritur an. Ch. 511. Ei succedit Simeon Apameensis; illi triennio post defuncto Stephanus Arabs an. Ch. 514. Migravit e vita teste Cyrillo in Vita S. Sabæ an. Ch. 518. Anastasius Imperator,

1 Julii, et S. Elias patriarcha Hierosolymorum 11 Julii. Anastasio successit Justinus senior, Eliæ Joannes, qui septimo post anno obiit 22 Aprilis, indict. II, an. Ch. 524, successorem relinquens Patrum. Justino quoque, post 9, imperii annos, 2 Augusti defuncto, an. Ch. 527, successit Justinianus, jam ante mense Aprili, feria V in Cœna Domini, ad imperium promotus. Anno 529, vivere desiit S. Theodosius cœnobiarcha, indict. VII, 11 Januar. Constantinopolim mense Aprili, indictione 6, an. 528, proficiscitur S. Sabas, redit Septembri mense, indict. 9, an. Ch. 530, mox Cæsaream, inde Scythopolim tendit : Cyrillum harum Vitarum scriptorem in discipulum admittit, et non diu post moritur indict. X, 5 Decembris, anno ætatis 94 Christi 531. S. Sabæ succedit Melita, et in monasterio S. Euthymii Stephano Arabi an. Ch. 534 defuncto Thomas Apemeensis; huic 25 Martii an. Ch. 542, post obitum Euthymii 70, Leontius ad quem a S. Joanne Silentiario missus Cyrillus inter Euthymianos monachos admissus est, indictione 6, mense Julio, an. 543, qui post V synodum Constantinopoli habitam discessit ad lauram novam an. Ch. 553. Biennium insumpsit in conscribendis Vitis SS. Euthymii et Sabæ : circa quod tempus obiit S. Cyriacus : supererat autem S. Joannes Silentiarius, ann. ætatis suæ 104, Christi 557, cum ejus Vitam publicaret Cyrillus. Interea Leontio in præfectura monasterii S. Euthymii, successit Gerontius Medabensis, de quo sibi optime noto, ejusque patre et avo agit Cyrillus in Vita S. Sabæ. At quæ hic Gerontius narravit Joanni Moscho et Sophronio Sophistæ referuntur ab iis in Prato spirituali cap. 21. Superfuerunt hi duo sæculo sequenti, et S. Joannis Eleemosynarii patriarchæ Alexandrini consiliarii fuerunt, de quibus plura ad ejus Vitam.

PROLOGUS CYRILLI.

Ex veteri Latino ms.

1. Venerabili atque magnifico viro patri meo spirituali, Georgio videlicet presbytero, necnon et hegumeno (*a*), Cyrillus, indignus presbyter et monachus in Domino salutem.

Quia mihi, venerande Pater, tua præceptione de magnorum virorum actibus, hoc est, Euthymii ac beatissimi Sabæ, aliquid disserere jussisti ob monimentum videlicet futurorum, me minus idoneum ad hoc faciendum fore perpendens, tuum aeclinis flagitare decrevi solatium, quo videlicet adjutus plenius exsequar injunctum officium. Volo quippe implores ejus auxilium qui per Psalmographum dixit : «Aperi os tuum, et ego adimplebo illud [1]. » Quamvis autem me imbecillem esse considerem, ac Dei dono valde indignum, tamen tuis jussionibus coarctatus, ultra meas vires præsumpsi progredi, inobedientiæ malum horrescens, imo Dominicam expavescens sententiam, qua inobedienti ac pigro servo dicitur : « Serve male et piger, oportuit te dare pecuniam meam ad mensam [2], » etc. Itaque, Deo favente, aggrediar de prædictorum sanctorum conversatione historiam texere, loca videlicet temporaque ac personas ostendens, sicuti ea diligenter didici a fidelibus et veridicis viris. Rogo vero omnes qui hæc lecturi sunt, sive lecta audierint, ut fidem lectis sive auditis adhibeant, Deum totis præcordiorum visceribus exorantes, ut ipsorum me participem faciat, quorum gesta multis profutura vili valde stylo percurro.

[1] Psal. LXXX, 11. [2] Luc. XIX, 23.

(*a*) Aliud Exordium Vitæ præfixit Metaphrastes. Exordium et Vitam primus Græce edidit Cotelerius. EDIT. PATROL.

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΦΟΡΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΥΘΥΜΙΟΥ

ΗΓΟΥΜΕΝΟΥ ΕΝ ΕΡΗΜΩ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΠΟΛΕΩΣ

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ.

VITA ET RES GESTÆ

S. P. N. EUTHYMII

HEGUMENI IN EREMO SANCTÆ CIVITATIS.

(Ex Joan. Bapt. Cotelerii *Monum. Eccl. Gr.*, tom. II.)

MONITUM.

Vita hæc, Latine sæpe edita, Græce nondum lucem aspexit : composita primitus a Cyrillo, monacho Scythopolita, clarissimo vitarum scriptore, postea vero, ut videtur, interpolata per Symeonem Metaphrastem ; nam in Diatriba Leonis Allatii *De Symeonibus* legimus : *Cyrilli monachi et presbyteri Scythopolitani* περὶ τοῦ βίου τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου πρὸς ἀββᾶν Γεώργιον καὶ ἡγούμενον ἐν κεφαλαίοις νθ'. *Principium epistolæ :* Πίστις προηγείσθω περὶ Εὐθυμίου· *Vitæ :* Ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ. **At Vita nostra nec epistolam habet nec eo modo incipit.** COTELERIUS.

I Cujuslibet quidem rei exercitatio ægre et difficulter absque exemplo recte geri potest ; multo autem magis virtutis operatio, quo difficilior est ac laboriosior, et perpetua opera atque tolerantia indiget. Idcirco multis exemplis, multaque Vitarum historia opus est iis qui hoc iter asperum ingredi constituerunt: quæ quidem et viam faciunt planiorem, nec sinunt defatigari spemque abjicere, respiciendo quam ea sit aspera et ardua. In iis namque inveniens quis modos et præcepta quibus res illis hominibus recte successerit; quin etiam quasnam ipsi rursus consecuti sint et consequentur remunerationes; etiamsi ejus hebes sit animus, etiamsi ignavus et supinus, volet tamen aliquando excitari, et ad parem accendi æmulationem, et aggredi ad imitationem. Qualis mihi videtur etiam esse Vita magni Patris Euthymii, simul et jucundissima et laboriosissima, necnon aptissima ad lætificandos demulcendosque eos qui eam legerint, at ad rerum similium studium excitandos : adeo ut si quis eam voluerit imitari, is tum vivus tum mortuus clarissimi

Α'. Καὶ παντὸς μὲν ἄλλου πράγματος ἄσκησις, ὑποδείγματος ἄνευ, ἐργωδεστέραν ἔχει καὶ δυσχερῆ τὴν κατόρθωσιν· πολλῷ δὲ μᾶλλον ἡ τῆς ἀρετῆς ἐργασία, ὅσῳ καὶ χαλεπή τίς ἐστι καὶ ἐπίπονος, καὶ καμάτου συχνοῦ καὶ μόχθου διαπαντὸς ἐνδεής. Διὰ τοῦτο πολλῶν μὲν ὑποδειγμάτων, πολλῆς δὲ βίων ἱστορίας χρεία τοῖς τὴν τραχεῖαν ταύτην ὁδεῦσαι προελομένοις· ἃ δὴ καὶ μᾶλλον ὁμαλίζει τὴν τρίβον, καὶ οὐκ ἀπαγορεύειν ἐᾷ πρὸς τὸ τραχὺ ταύτης καὶ ἄπαντες ἀφορῶντας. Τρόπους γὰρ ἄν τις ἐν αὐτοῖς εὑρίσκων καὶ ὑποθήκας, ὅπως τε καὶ δι' ὧν ἐκείνοις ἡ κατόρθωσις γέγονεν, ἀλλὰ καὶ οἵων αὐτοὶ πάλιν ἀπέλαυσαν τε καὶ ἀπολαύσουσιν ὑποθέσεων, εἰ καὶ νωθρὰν οὗτος ἔχοι ψυχὴν [a], εἰ καὶ ῥᾴθυμον καὶ ὑπτίαν, ἀλλ' οὖν καὶ διαναστῆναί ποτε θελήσειε, καὶ πρὸς τὸν ἴσον διαθερμανθῆναι ζῆλον, καὶ ἀποζύσασθαι πρὸς τὴν μίμησιν. Ὅποτον εἶναί μοι δοκῶ καὶ τὸν τοῦ μεγάλου Πατρὸς Εὐθυμίου βίον, ἅμα μὲν χαριέστατον, ἅμα δὲ φιλοπονώτατον, ἅμα δὲ ἱκανώτατον ἡδῦναί τε καὶ καταθέλξαι τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὁμοίων ἐπιμέλειαν διεγεῖραι· ὥστε

εἴ τις αὐτὸν ζηλοῦν ἐθελήσειε, καὶ ζῶν ἂν ὁ τοιοῦτος καὶ τελευτήσας ὀνομαστότατος γένοιτο. Ἀρκτέον οὖν ἤδη μοι τῶν κατ' αὐτὸν ἄνωθεν, καὶ ἀκοαῖς ὡς οἷόν τε δοτέον [b].

A nominis futurus sit. De ejus itaque rebus jam incipiendum est mihi ab alto dicere, et eæ auribus tradendæ pro vicibus.

Β'. Ἄρτι τοῦ δυσσεβοῦς Ἰουλιανοῦ μετὰ τῆς ἀρχῆς ἀθλίως καὶ τὴν ζωὴν καταστρέψαντος, εἶτα μετ' ὀλίγον καὶ εἰς Οὐάλεντα μετελθούσης τῆς βασιλείας, πόλεμοι πανταχόθεν τῆς Ἐκκλησίας ὑπὸ τῆς πικρᾶς Ἀρείου κοινωνίας χαλεποὶ περιέστησαν, καὶ τοῦ Ἑλληνισμοῦ λήξαντος, ὁ τοῦ Ἀρειανισμοῦ πόλεμος ἰσχυρῶς ἐκράτει, καὶ τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐνόσει περιφανῶς. Ἦν δέ τις ἐν τῇ πρὸς Εὐφράτην Μελιτηνῇ [c] τῆς Ἀρμενίας, ὄνομα Παῦλος, γυναικὶ Διονυσίᾳ καλουμένῃ συζῶν, ἐπιφανεῖς ἄμφω καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ γένος. Στεῖρα δὲ ἡ γυνὴ καὶ παίδων ἔρημος οὖσα, οὐ μέτριον ἡγεῖτο τὸ πάθος, οὐδὲ οἷον ὀλίγης ἀξιοῦν φροντίδος, ἀλλὰ μερίμναις τὴν ψυχὴν ὀξείαις ἐβάλλετο, καὶ ὀδύναις ἐκόπτετο, καὶ τὰ σπλάγχνα καὶ τὴν καρδίαν τῷ τῆς ἀπαιδίας πυρὶ διεπίμπρατο, καρποῦ κοιλίας ἐφιεμένη· ὃ πρᾶγμα γυναιξὶ ταῖς πλείοσιν εὐκταιότατον, ὀφθαλμοῖς ἥδιστον ὄν, καὶ ἱκανὸν αὐταῖς περιθεῖναι δόξαν, καὶ μὴ ταπεινὸν ὁρᾶν μηδ' ἀπαρρήσιαστον εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν ὄψεις παρασκευάσαι. Οὕτω τοιγαροῦν ἔχουσα, καὶ συμφορᾷ τοιαύτῃ πιεζομένη, πρὸς τὸν πλησίον Πολυεύκτου τοῦ θείου μάρτυρος ναὸν μετὰ τοῦ συζύγου ἀφικομένη (ἐλάμβανε γὰρ καὶ τῆς εὐχῆς κοινωνὸν, ὃν καὶ τῆς λύπης ἀναγκαίως εἶχεν), ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις ἐν τούτῳ τῇ προσευχῇ προσήδρευον. Λυθῆναί τε αὐτοῖς τὰ δεσμὰ τῆς στειρώσεως ᾔτουν, καὶ καρπὸν οἰκείων ὠδίνων ἰδεῖν ηὔχοντο. Νυκτὸς δέ ποτε καταμόνας εὐχομένοις αὐτοῖς, θεία τις ἐπιφαίνεται ὄψις, Εὐθυμεῖτε, λέγουσα, εὐθυμεῖτε· ἰδοὺ γὰρ δίδωσι παῖδα ὑμῖν ὁ Θεὸς, εὐθυμίας τε τὴν κλῆσιν φερώνυμον, καὶ τοὺς τρόπους ἀξίους ἐκείνης ἔχοντα· ἐπὶ δὲ τῇ αὐτοῦ γεννήσει καὶ εὐθυμίαν τοῖς αὐτοῦ Ἐκκλησίαις δίδωσιν ὁ Θεός.

II. Cum impius Julianus paulo ante una cum imperio vitam quoque misere amisisset (1), ac deinde paulo post imperium delatum fuisset ad Valentem (2), bella difficilia propter acerbam Arii communionem circumsistebant omni ex parte Ecclesias; et cum cessasset paganismus, arianismi bellum admodum invalescebat, resque Ecclesiæ insigniter laborabant. Erat autem Melitenæ, quæ est urbs Armeniæ ad Euphratem, quidam nomine Paulus, cui vitæ consors erat conjux, vocata Dionysia, ambo clari tam virtute quam genere. Hæc vero cum esset sterilis, B et careret liberis, id ducebat non mediocre esse infortunium, neque parva dignum sollicitudine; sed gravibus curis animo agitabatur, et lacerabatur doloribus, ejusque cor et viscera quod liberos non procreasset velut igne accendebantur, ut quæ fructum ventris desideraret; quæ res plerisque mulieribus exoptatissima est, ut quæ sit oculis jucundissima, quæque possit eis afferre gloriam, atque efficere ut non demisse et absque fiducia ora maritorum intueantur. Cum sic ergo se haberet, et tali premeretur calamitate, ad propinquum Polyeucti (3) divini martyris templum profecta cum conjuge suo (eum enim accepit voti quoque socium, quem necessario habebat tristitiæ), in eo perseveraverunt multis diebus in oratione. Petebant autem, ut sibi C solverentur vincula sterilitatis, et rogabant, ut fructum ex se prognatum viderent. Noctu autem eis aliquando seorsum orantibus, divina quædam apparet visio, dicens; Estote, estote bono animo; ecce enim Deus dat vobis filium, qui ab « euthymia, » hoc est bono et tranquillo animo, nomen merito accipiet, ac eo dignos mores est habiturus: in illius autem ortu etiam tranquillitatem et bonum animum dat Deus suis Ecclesiis.

ΚΔ', Πάντως δὲ οὐκ ἦν ἀνδρὸς φιλοθέου τὸ μέλλειν ἐν τοῖς τοιούτοις. Οὐκοῦν οὐδὲ Εὐθυμίῳ τὸ παράπαν μέλλησις ἦν. Ἀλλ' ἰδὼν αὐτοὺς καρδίᾳ μᾶλλον ἢ στόματι τὸ ἱερὸν βάπτισμα αἰτουμένους, κελεύει μικρὰν [m] ἐν τινι τοῦ σπηλαίου γωνίᾳ κολυμβήθραν σχεδασθῆναι· ἥτις καὶ εἰς τόδε χρόνου μένει συνεστηκυῖα· καὶ τὰς συνήθεις εὐχὰς ἐπειπὼν, καὶ ὅσα νόμος ἐπ' αὐτοῖς τελέσας, πρῶτα μὲν τὸν Ἀσπέβετον βαπτίζει, Πέτρον μετονομάσας, ἐξῆς δὲ Μάριν, ἀδελφὸν τῆς γυναικὸς Ἀσπεβέτου· ἐπικαιρεῖς ἄμφω τὸ γένος, πλούτῳ τε βαθεῖ κομῶντας, καὶ συνέσει καὶ ἀρετῇ μᾶλλον τὸν πλοῦτον κοσμοῦντας, ἢ καὶ αὐτὸν τὸν πλοῦτον ὑπόθεσιν ἀρετῆς ποιουμένους· ἔπειτα δὲ Τερέβωνα καὶ μετ' αὐτὸν τοὺς λοιπούς· οὓς δήπου καὶ τεσσαράκοντα παρ' ἑαυτῷ κατασχὼν ἡμέρας, καὶ παραινέσας [n], καὶ τὴν εὐσέβειαν αὐτοῖς ἐξακριβωσάμενος, καὶ πάντα τρόπον τὰ πρὸς σωτηρίαν ἀσφαλῆ θέμενος, ἀφίησιν ἐν εἰρήνῃ· οὐμενοῦν Ἀγαρηνούς, ἔτι δὲ οὐδὲ Ἰσμαηλίτας [o], ἀλλὰ τῆς Σάρρας ἀπογόνους, καὶ κληρονόμους ἀψευδεῖς τῆς ἐπαγγελίας, διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος.

B XXIV. Num erat autem omnino viri pii et Deum amantis, cunctari in rebus hujusmodi. Neque ergo fuit Euthymio ulla cunctatio: sed videns eos corde magis quam ore sacrum baptisma postulare, jubet parvam piscinam in quodam speluncæ angulo ex tempore fieri; quæ quidem usque in hunc diem consistit; et consuetas orationes pronuntians, cunctisque quæ lex præcipit super illos peractis, primo quidem Aspebetum baptizat, Petrum transnominans: deincaps autem Marim, fratrem uxoris Aspebeti: ambos claros genere, et amplissimis divitiis instructos, seu potius qui prudentia et virtute ornarent divitias, aut etiam qui ipsas opes facerent materiam virtutis; deinde vero Terebonem, ac post ipsum reliquos: quos utique et quadraginta dies apud se retinuit, et multa monuit, piumque religionis cultum accurate docuit, atque omni modo firmis tutisque redditis quæ ad salutem pertinent, dimisit in pace; non tamen amplius Agarenos, nec Ismaelitas, sed Saræ progeniem, certos promissionis hæredes, per divinum baptisma.

ΚΕ'. Ὁ μέντοι Μάρις, ὁ καὶ θεῖος πρὸς μητρὸς τῷ Τερέβωνι, οὐκέτι οὐδὲ βλέψειν εἰς τὰ ὀπίσω εἴλετο, οὐδὲ ἀποστῆναι τῆς μονῆς ὅλως ἠνέσχετο· ἀλλὰ πᾶσαν καθιερώσας αὐτῇ τὴν οὐσίαν, καὶ μικρὰ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ πάντα νομίσας, καὶ οὐδὲ ἄξιον τὸν πρὸς αὐτὰ πόθον ψυχῆς εὐγενοῦς τε καὶ μεγαλόφρονος, θεῷ προσκολλᾶται μόνῳ, καὶ ὑπ' αὐτῷ ζῆν διὰ πάσης τῆς ζωῆς τίθεται, τῷ μεγάλῳ καθηγητῇ χρώμενος.

XXV. At Maris, Terebonis avunculus, non amplius voluit retro aspicere, neque omnino sustinuit discedere a monasterio; sed ei consecratis omnibus facultatibus, cunctaque hujus mundi ratus esse parva, quorumque desiderium dedeceret animum generosum et magnificum, soli Deo adhæret et per totam ætatem sub eo vivere statuit, magno utens ductore.

ΚΣ'. Τοῦ θαύματος δὲ πολλαχοῦ τῆς ἐρήμου διαδοθέντος, πολλοὶ πρὸς τὸν θεῖον Εὐθύμιον πάθεσι καὶ νόσοις κακειλημμένοι, πολλαχόθεν συνέῤῥεον· καὶ οὕτως ἄμισθόν τε καὶ εὐχερῆ θεραπείαν τρυγῶντες, χαίροντες ἐπανήεσαν· ὥστε οὕτως ἐν βραχεῖ δι' ὅλης ἐξέλαμψε τῆς ἐρήμου, ὡς μηδὲ πάσῃ τούτου τὸ ὄνομα τῇ Παλαιστίνῃ χωρητὸν εἶναι, ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς τὰς κύκλῳ διαβαίνειν ἐπαρχίας, καὶ πολὺ τοῦτο καὶ ἐν αὐταῖς ἄδεσθαι· ὅπερ ἄλλῳ μὲν, ἴσως καὶ πρὸς ἡδονῆς ἦν· Εὐθυμίῳ δὲ, ἀγαναχτεῖν ἐποίει σφόδρα καὶ δυσχεραίνειν· οὐ μόνον τῷ τὴν δόξαν ἀπεστράφθαι τὴν ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ καὶ τῷ τῆς ἡσυχίας ἀναμιμνήσκεσθαι τῆς προτέρας, καὶ ὅπως ἀπε-

D XXVI. Ubi autem miraculum dispersum est per multas partes solitudinis, multi morbis et ægritudinibus correpti ad divinum Euthyminm undequaque confluebant: sicque curationem sine mercede ac facilem colligentes, revertebantur læti; adeo ut brevi sic per totam clarus evaserit solitudinem, ut nec ejus nomen tota caperet Palæstina, sed ad provincias etiam transiret circumcirca positas, ibique valde celebraretur. Quod alii quidem fortasse fuisset voluptati; Euthymio autem magnam pariebat indignationem et molestiam; non solum quod humanam aversaretur gloriam, sed etiam quod prioris meminisset quietis, quemadmodum in ea

VARIÆ LECTIONES.

[1] abest ab al. [m] al. μικράν. [n] al. ins. πολλά. [o] abest ab al. [p] al. ἐπῄει.

nequaquam distractus degeret ab omni tumultu alienus. Propterea et clanculariu.n ad Ruban secessum meditabatur.

XXVII. Verum divinus Theoctistus, cum rei meditatæ sensum nescio quo modo accepisset, et fratribus hoc manifestasset, tum omnes congregat, tum communes vehementesque preces adhibet, ut eorum orbitatis misereatur, neque sic despiciat gregem quem ipse constituit, qui post ejus recessum erat atrociter dilacerandus a communi omnium hoste. Hæc dixit, simulque persuasit, ne in præsentia discederet, nec eos relinqueret.

XXVIII. Quia vero postea amor quietis cum vehementius invasit, non habens quidnam ageret, quodam secum assumpto, qui Domitianus (31) vocabatur, erat autem Melitenus genere, atque virtutis amator sedulus, una cum eo egreditur, sentiente nemine, et in solitudinem Ruban (32), quæ vergit ad austrum, venit, juxta mare Mortuum. Deinde hinc ascendit in alium quemdam montem, ab aliis montibus remotum, qui appellatur Mardæ (33), transmigrans in montes, sicut passer, ut loquitur divinus David, et arcus telaque fugiens peccatorum : ubi cum invenisset puteum, humique jacta ædificia, et templum condidisset, atque altare struxisset, quæ quidem stant adhuc (34) ; inibi commoratur per aliquod tempus, alimoniam corpori necessariam ex herbis (35) illic positis subito sibi comparans, iisque tanquam mensa splendida utens.

XXIX. Deinde subiit eum cogitatio ingrediendi in solitudinem (368) Ziphorum, prope vicum Aristobuliadem; ad videndum, inquam, illas speluncas (37), quæ olim Davidem exceperunt a Saule insectatum; atque ei cogitationi paret; venit, et loco delectatus, illic construxit monasterium. Causam autem præmittere, quam habuit hujus monasterii constructio, damnum fuerit piis.

XXX. Cujusdam e vici Aristobuliadis incolis graviter laborabat filius, a malo spiritu correptus.

ρίσπαστος ἐν αὐτῇ καὶ θορύβου ξένος παντὸς καθίστατο. Διὰ ταῦτα καὶ λαθραίαν μὲν ἐμελέτα πρὸς τὸν Ῥουβᾶν ἀναχώρησιν.

ΚΖ'. Ἀλλ' ὁ θεῖος Θεόκτιστος, οὐκ οἶδ' ὅπως αἴσθησιν λαῶν τοῦ μελετωμένου, καὶ δῆλον τοῦτο τοῖς ἀδελφοῖς θέμενος, ἀθροίζει τε πάντας, καὶ κοινὴν εἰσφέρει δέησιν καὶ θερμὴν, ἔλεον αὐτῶν τῆς ὀρφανίας λαβεῖν, καὶ μὴ περιιδεῖν q οὕτω ποίμνην ἥνπερ αὐτὸς συνεστήσατο, δεινῶς μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀναχώρησιν σπαραχθῆναι μέλλουσαν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ πάντων ἐχθροῦ. Ταῦτα εἰρηκέ τε καὶ ἔπεισε μὴ ἀποστῆναι τόγε νῦν ἔχον, μηδὲ τούτους ἀπολιπεῖν.

ΚΗ'. Ἐπεὶ δὲ τὸ μετὰ ταῦτα θερμότερον ὁ τῆς ἡσυχίας ἔρως αὐτοῦ καθίκετο, μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειε, συμπαραλαβών τινα μεθ' ἑαυτοῦ Δομετιανὸν ὄνομα, Μελιτηνὸν μὲν τὸ γένος, οὐκ ἀμελῆ δὲ τῆς ἀρετῆς ἐραστήν, ἔξεισιν ἅμα τούτῳ, μηδεμίαν δοὺς αἴσθησιν, κἀν τῇ πρὸς νότον ἐρήμῳ τοῦ Ῥουβᾶ παρὰ τὴν Νεκρὰν θάλασσαν ἀφικνεῖται. Εἶθ' οὕτως εἴς τι ὄρος ὀψηλὸν καὶ τῶν ἄλλων ὀρέων διεστηκὸς, τοῦ Μαρδᾶ καλούμενον ἄνεισι, μεταναστεύων εἰς τὰ ὄρη ὡς στρουθίον, κατὰ τὸν θεῖον Δαβίδ, καὶ τὰ τῶν ἁμαρτωλῶν τόξα περιιστάμενος r· ἐν ᾧ φρέαρ εὑρὼν, καὶ οἰκοδομὰς εἰς ἔδαφος καταβεβλημένας, ναόν τε ἀνεγείρας, καὶ θυσιαστήριον ἐκεῖσε πηξάμενος· ἃ δὴ καὶ εἰς δεῦρο ἑστήκασι· διατρίβει μέν τινα χρόνον ἐν αὐτῷ, τὴν ἀναγκαίαν τῷ σώματι λειτουργίαν ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε βοτανῶν σχεδάζων, καὶ ὡς τραπέζῃ ταύταις λιπαρᾷ χρώμενος.

ΚΘ'. Εἶτα λογισμοῦ τινος αὐτὸν εἰσελθόντος, καὶ εἰς τὴν ἔρημον Ζηφῶν s ἐμβαλεῖν ἐχόμενα κώμης Ἀριστοβουλιάδος (κατὰ θέαν ἐκείνων, φημὶ, τῶν σπηλαίων, ἃ δὴ πάλαι τὸν Δαβὶδ ἐλαυνόμενον ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ὑπεδέξατο), πείθεται τούτῳ· καὶ ἀφικόμενος, καὶ τῷ τόπῳ ἡσθεὶς, μοναστήριον ἐκεῖ συνεστήσατο. Τὸ δὲ τὴν αἰτίαν παραλιπεῖν ἣν ἔσχεν ἡ τῆς μονῆς σύστασις, ζημία τοῖς φιλοθέοις,

Λ'. Ἔπασχε δεινῶς τινι τῶν κατὰ τὴν κώμην Ἀριστοβουλιάδα υἱὸς, καὶ πονηρῷ συνείχετο πνεύματι.

VARIÆ LECTIONES.

q al. παριδεῖν. r al. περιπτάμενος. s al. Ζιφῶν.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(31) Hic deinceps individuus ejus socius fuit, plus quam quinquaginta per annos ; et septimo post ejus obitum die e vita et ipse excessit, ut ex sequentibus. et maxime cap. 18 et 19 constabit.

(3) In hanc solitudinem Ruban sæpius ivit S. Euthymius infra n. 7, 84, 95, ubi Cutilæ solitudini conjungitur. In hanc etiam solitudinem Ruban secesserunt SS. Joannes Silentiarius, Sabas, Gerasimus, et Quiriacus, ut Acta eorum indicant. Meminit hujus solitudinis Joannes Moschus in Prato spirituali cap. 167. Ex Ruban ad fluvium Jordanem proxime transiit S. Sabas. Quapropter prorsus solitudinem Ruban suspicamur desertum, in quo Christus jejunavit 40 diebus et noctibus, quod a recentioribus Desertum Quarantanæ dicitur. Consuli possunt Adrichomius in tribu Benjamin cap. 97, et Quaresmius lib. 6, peregrin. 6, cap. 12, qui tradit ex variis, monachos ad exemplum Christi olim solitos hic pœnitentiam agere.

(33) Mons est circa mare Mortuum, qui Mardes vocatur, excelsus valde, inquit Moschus cap. 158. Mons Quarantanæ videtur dici, in quem Christus a diabolo tentante delatus fuit. De eo Quaresmius supra.

(34) Moschus Cyrillo coævus testatur suo tempore ab anachoretis fuisse inhabitatum. Et Bonifacius oculatus testis refert apud Quaresmium, innumera ibi sanctorum anachoretarum corpora reperiri, adeo integra, ut nec capillus in capite desit.

(35) Idem Moschus hortum anachoretarum fuisse scribit ad radicem montis circa maris labium.

(36) Ea solitudo Engaddi dicitur I Regum XXIV, in cujus spelunca distat a Bethlehem sex, a mari Mortuo septem circiter milliaria, ut observat Quaresmius lib. 6, peregrinat. 3, cap. 10. Et Adrichomius supra refert Quarantanæ desertum extendi usque ad desertum Thecuæ et Engaddi.

(37) Duas adhuc exstare testatur Quaresmius, latas palmos 24, longas circiter 50, in latere sese peculiare cavum ait observasse, in quo putat latuisse Davidem.

Πάσχων δὲ οὕτω, καὶ ὑπὸ χαλεποῦ δαίμονος συνεχόμενος, τὸ τοῦ Εὐθυμίου ὄνομα λαμπρᾷ τῇ φωνῇ ἐβόα· ἐβόα δὲ δι' αὐτοῦ μᾶλλον οὐχ ἑκὼν, ἀλλ' ὁ τυραννῶν ἄντικρυς τυραννούμενος. Ὁρῶντες οὖν αὐτὸν οἵ τε πατέρες καὶ οἱ προσήκοντες, οὕτως ἐπὶ γλώττης ἀεὶ τὸ τοῦ Εὐθυμίου στρέφοντα ὄνομα, καὶ μάλιστά γε ἡνίκα σφοδρότερον ὁ μιαρὸς αὐτῷ δαίμων ἐκεῖνος ἐπίθοιτο, τίς ἂν ὁ Εὐθύμιος οὗτος εἴη περιιόντες ἀνεπυνθάνοντο, καὶ ὅπως ἄν τι περὶ αὐτοῦ μάθοιεν, φροντὶς ἦν αὐτοῖς ἡ μεγίστη. Μικρὰ δὲ περὶ τὴν ἐκείνου ζήτησιν καμόντες· μεστὴ γὰρ ἡ οἰκουμένη πᾶσα τῆς ἐκείνου φήμης καὶ τοῦ ὀνόματος· ἀκούουσιν, ὡς εἴη μεταξὺ παρ' Ἀβαριχῶν [1] τε καὶ Ἀριστοβουλιάδος. Καὶ παραλαβόντες εὐθέως τὸν παῖδα, πρὸς αὐτὸν ἦσαν. Ἐπεὶ δὲ πόρρωθεν ἔτι προϊοῦσιν, εὔδηλος ἐκεῖνος τῷ νεανίσκῳ γίνεται, προαισθόμενον ὥσπερ τὸ ἐνοικοῦν αὐτῷ πνεῦμα, τῆς τοῦ ἐνοικοῦντος τῷ Εὐθυμίῳ ἀγαθοῦ Πνεύματος ἐνεργείας, εἰς φυγὴν ἔβλεψε, κατὰ τοὺς δειλοὺς τῶν ἀντιπάλων καὶ ἀγεννεῖς, οἳ μηδὲ προσιόντας ἔτι μένουσι τοὺς ὁπλίτας, ἀλλὰ καί πρὸ τῆς συμπλοκῆς ἐξίστανται. Σπαράξαν οὖν ἀθρόως τὸν νεανίσκον, ἀφανὲς ᾤχετο. Ἔδει γάρ τὸ πύνηρὸν, πονηρὰ ὁρᾶσαι, καὶ μανικὴν αὐτοῦ καὶ τεταραγμένην δεῖξαι τὴν ἀναχώρησιν. Ὡς δὲ ἐκεῖνο ἐκποδὼν ἦν, νήφων ὁ ἄνθρωπος καὶ σωφρωνῶν ἐθεᾶτο· ἑτέρου μᾶλλον, οὐκ ἐκείνου δηλῶν εἶναι τὴν προλαβοῦσαν ζάλην καὶ τὰ δεινὰ κύματα.

ΛΑ'. Ἐν βραχεῖ δὲ τοῦ θαύματος τὴν ἔρημον πᾶσαν περιλαβόντος, συχνοὶ πρὸς αὐτὸν ἐξ αὐτῆς Ἀριστοβουλιάδος καὶ τῶν πέριξ κωμῶν συνδέουσι, καὶ μοναστήριον οἰκοδομοῦσιν οὐτῷ· ἐν ᾧ καὶ πολλοὶ τῶν εὐλαβῶν εἵλοντο παραμένειν, τοῦ Θεοῦ ἄνωθεν ἐπιχορηγοῦντος τὰ πρὸς τὴν χρείαν τοῦ σώματος.

ΛΒ'. Οὐ μόνα δὲ τὰ νοητὰ θηρία, τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας, φημὶ, οὕτως αὐτῷ ὑποτέτακτο· ἀλλὰ καὶ τοῖς αἰσθητοῖς τούτοις, ὅσα τε σαρκοβόρα, καὶ ὅσα τῶν ἰοβόλων εἰσὶ, συναναστρεφόμενος αὐτοῖς κατὰ τὰς ἐρήμους καὶ διηνεκῶς ὁμιλῶν, οὐδεμίαν παρ' οὐδενὸς ἐπιβουλὴν ἢ βλάβην ὑπέστη. Καὶ τούτοις ἀπιστείτω μηδείς· εἰδὼς ὅπως ἄμαχόν τι χρῆμα, Πνεύματος τοῦ ἀγαθοῦ δυναμις, καὶ πάντα ῥᾳδίως θαυματουργεῖν δυναμένη. Μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ ῥάβδῳ θάλασσα τεμνομένη, καὶ κελεύσματι μόνῳ ἱστάμενος ἥλιος καὶ τῆς πρόσω φορᾶς εἰργόμενος, πῦρ εἰς δρόσον μεταβαλλόμενον, καὶ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα παραδόξως τεθαυματούργηται.

ΛΓ'. Γίνεται δὲ καὶ ἄλλο κατ' αὐτὴν δήπου τὴν τῶν Ζηφῶν ἔρημον, ἄξιον τῆς τοῦ δράσαντος Εὐθυμίου καὶ γνώμης, καὶ τῆς περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀκριβείας. Εὑρὼν γάρ τινας ἐν αὐτῇ τὴν τοῦ Μάνεντος νοσοῦντας μανίαν, καὶ πολλὴν ἀεὶ τῷ νοσήματι τὴν ἐπίδοσιν ποιουμένους, τῷ μηδένα προσίεσθαι τὸν

A Cum autem sic pateretur, et ab immani vexaretur dæmone, Euthymii nomen clamabat clara voce; seu potius per eum clamabat non volens quidem, sed tyrannidem ex adverso passus qui tyrannidem exercebat. Videntes ergo illum parentes et propinqui sic nomen Euthymii semper lingua volvere, præsertimque quando exsecrandus ille dæmon eum invaderet vehementius, quisnam esset hic Euthymius, oberrantes sciscitabantur, et quemadmodum de eo aliquid discerent, maxime erant solliciti. Cumque circa illius inquisitionem parumper laborassent (totus enim orbis terrarum plenus erat fama illius ac nomine), audiunt esse inter Parabarichos et Aristobuliadem. Atque accipientes statim puerum, ad eum iverunt. Ubi autem procul adhuc B procedentibus, ille adolescenti evadit manifestus, veluti præsentiens qui inhabitabat spiritus vim et operationem boni Spiritus in Euthymio inhabitantis, ad fugam respexit; non secus ac timidi et ignavi hostes, qui neque accedentes adhuc exspectant armatos milites, sed ante commissam pugnam receptui canunt. Ubi ergo adolescentem repente contorsisset, evanuit. Oportebat enim malum mala facere, discessumque suum furiosum et conturbatum ostendere. Postquam autem ille recessisset, cernebatur homo compositus et sana mente; alterius nempe, non ipsius significans esse eam quæ præcesserat tempestatem gravemque fluctuationem.

XXXI. Cæterum brevi miraculum totam pervasit solitudinem; atque ad eum frequentes ex ipsa Aristo- C buliade, vicisque circumstantibus concurrunt, ac ei monasterium (38-39) ædificant; in quo etiam pii multi statuerunt permanere, Deo desuper ea suppeditante quæ erant ad corporis usum necessaria.

XXXII. Neque solum sub intelligentiam cadentes feræ, spiritus, inquam, maligni, ita ei subjiciebantur; sed etiam in solitudinibus conversans assiduoque congrediens cum sensibilibus feris, tam quæ sunt carnivoræ quam quæ venenatæ, nullas ab earum ulla passus est insidias, nullum damnum. Neque his quisquam fidem deneget, sciens quam sit res inexpugnabilis, boni Spiritus virtus, quæ potest omnia facile edere miracula. Cui sermoni fert testimonium mare virga scissum, et sol jussu solo sistens, prohibitusque ulterius progredi, ignis in D rorem conversus, et consimilia alia miracula quæ præter opinionem facta sunt.

XXXIII. Fit autem aliud quoque in ea Ziphorum solitudine, dignum Euthymii auctoris et mente, et exacta pietate. Nam cum invenisset in ea quosdam, qui Manetis laborabant insania, morbique multam semper faciebant accessionem, eo quod nullus ad morbum curandum idoneus accederet, ille se dedens

VARIÆ LECTIONES.

[1] al. Βαριχῶν. Int. Παραβαριχῶν.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(38-39) Quaresmius testatur, prope speluncas ædificii fundamenta adhuc exstare et cisternam.

visitationi hominum adeo ægrotantium, et constituens in peritissimum medicum, tanta eos agressus est arte, sicque ut a morbo discederent (idem autem omnino est dicere, Hæresi) verissime effecit, ut ipsum quoque illius patrem Manetem aperte abdicarent, et claro subjicerent anathemati fierentque ipsi pars apostolicæ et orthodoxæ fidei.

θεραπεῦσαι τὸ πάθος ἱκανῶς ἔχοντα, δοὺς ἑαυτὸν ἐκεῖνος εἰς ἐπίσκεψιν τῶν οὕτω πονήρως ἐχόντων, καὶ ἰατρὸς ἐμμελέστατος αὐτοῖς καταστὰς, οὕτω μετῆλθεν ἀτεχνῶς [u], καὶ οὕτως ἀποστῆναι τὴν νόσον (ταυτὸν δὲ πάντως εἰπεῖν τὴν αἵρεσιν) ἀληθέστατα παρεσκεύασεν, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν ἐκείνης πατέρα Μάνεντα, φανερῶς ἀποκηρύξαι καὶ ἀναθέματι λαμπρῷ καθυποβαλεῖν, καὶ μέρος αὐτους τῆς ἀποστολικῆς καὶ ὀρθοδόξου γενέσθαι πίστεως.

XXXIV. Sed postquam hic quoque multos rursus vidit confluentes (ipsa enim solitudo erat circumsepta vicis, et qui erat apud ipsum thesaurus vocabat amatores harum spiritalium cœlestiumque divitiarum), assumpto rursus discipulo suo Domitiano, revertitur ad fratres et beatum Theoctistum : quæ res eorum oculis gratissima fuit, sicut ætate aqua iis qui siti premuntur. Cum autem ad quemdam locum pervenisset tribus lapidibus dissitum a cœnobio, eumque invenisset tum recte se habere natura, positu, ac temperiei felicitate, tum jucundissimo purissimoque aere perspirari, tum multa quiete omni ex parte serenari, illic cum discipulo parvam ingressus speluncam, in ea versatus est.

ΛΔ'. Ἐπεὶ δὲ πολλοὺς κἀνταῦθα πάλιν ἐώρα συρρέοντας (κύκλῳ γὰρ αὐτὴ ταῖς κώμαις ἡ ἔρημος ἐστεφάνωτο, καὶ ὁ παρ' αὐτῷ θησαυρὸς ἐκάλει τοὺς ἐραστὰς τοῦ πνευματικοῦ τούτου πλούτου καὶ οὐρανίου), τὸν οἰκεῖον μαθητὴν αὖθις παραλαβὼν Δομετιανὸν, πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ἐπανήκει, καὶ τὸν μακαρίτην Θεόκτιστον· πρᾶγμα τοῖς αὐτῶν ποθουμένον ὀφθαλμοῖς, ὡς ἐν θέρει ὕδωρ τοῖς διψει πιεζομένοις. Ἔν τινι δὲ τόπῳ τρισὶ σημείοις διεστηκότι τοῦ κοινοβίου γενόμενος, καὶ τοῦτον εὑρὼν φύσεώς τε καὶ θέσεως καὶ ὡρῶν εὐμοιρίας καλῶς [v] ἔχοντα, ἡδίστῳ τε ἀέρι καὶ καθαρωτάτῳ διαπνεόμενον, καὶ πολλῇ πάντοθεν γαληνιῶντα τῇ ἡσυχίᾳ, μικρὸν ὑπεισῆλθεν ἐκεῖ σὺν τῷ μαθητῇ σπήλαιον, καὶ τὰς διατριβὰς ἐν αὐτῷ ἐποιεῖτο.

XXXV. Divinus porro Theoctistus, comperto illius adventu, non se amplius continere potuit, sed ad eum ascendit, vehementissime ab affectu commotus. Cum vero libenter et vidisset et visus esset, ac spiritaliter salutasset, nolebat ab eo disjungi, amoris inevitabilibus alligatus vinculis, et non fallacibus Euthymii sirenibus astrictus. Rogabat ergo ut ad cœnobium et fratres descenderet, communemque cum eis ageret vitam asceticam. Ille autem, summo quietis amore correptus, id quidem non annuit Theoctisto, sed pollicitus est se singulis Dominicis ad eos accessurum, adfuturumque eorum synaxi.

ΑΕ'. Μαθὼν δὲ ὁ θεῖος Θεόκτιστος τὴν ἐκείνου ἐπιδημίαν, οὐκ ἔτι καθεκτὸς ἦν, ἀλλ' ἄνεισι πρὸς αὐτὸν, θερμῶς ὑπὸ τοῦ πάθους [x] κεκινημένος. Ἰδών τε καὶ ὀφθεὶς καὶ ἡδέως, καὶ πνευματικῶς ἀσπασάμενος, οὐκ ἤθελε τούτου διαζυγῆναι, δεσμοῖς ἀφύκτοις τοῦ φίλτρου πεπεδημένος, καὶ ὑπὸ τῶν ἀψευδῶν Εὐθυμίου σειρήνων στερρῶς ἐχόμενος. Ἔδεττο οὖν καὶ πρὸς τὸ κοινόβιον καὶ τοὺς ἀδελφοὺς κατελθεῖν, καὶ κοινὴν αὐτοῖς ποιεῖσθαι τὴν ἄσκησιν [y]. Ὁ δὲ τῷ σφοδρῷ τῆς ἡσυχίας βαλλόμενος ἔρωτι, τοῦτο μὲν οὐκ ἐπένευσε Θεοκτίστῳ, ὑπέσχετο δὲ καθεκάστην Κυριακὴν παρ' αὐτοὺς ἰέναι, καὶ παρεῖναι καὶ αὐτῶν [z] τῇ συνάξει.

XXXVI. Cum autem ejus adventus nescio quo modo fuisset significatus Aspebeto, qui fuit postea cognominatus Petrus, licebat statim videre examen Agarenorum congregatum. Ille enim multis eorum, omni ex genere et ætate, collectis, ut qui ipse primus bonum gustasset, et studeret ut illi quoque essent participes dulcedinis, adducit eos ad Euthymium. Qui adductione valde delectatus, virosque hilaribus oculis intuitus, pronuntiatis super eos solitis precibus, deduxit ad fratres et monasterium. Deinde cum eos illic baptizasset ac instituisset, atque ex illo tempore septem dies cum eis esset versatus, manere cum multis non sibi amplius duxit tolerabile : verum quietis, ut diximus, inexplebili captus desiderio, ad consuetam iterum redit solitudinem.

ΑΣ'. Μηνυθείσης δὲ οὐκ οἶδα ὅπως τῆς αὐτοῦ παρουσίας καὶ Ἀσπεβέτῳ τῷ καὶ Πέτρῳ ὕστερον μετονομασθέντι, σμῆνος ἦν εὐθέως ὁρᾷν τῶν Ἀγαρηνῶν ἀθροιζόμενον. Πολλοὺς γὰρ αὐτῶν ἐκεῖνος ἐκ παντὸς γένους καὶ πάσης ἡλικίας συναγαγὼν, οἷα καὶ πρῶτος αὐτὸς τοῦ καλοῦ γευσάμενος, σπεύδων τε κἀκείνους μεταλαβεῖν τῆς γλυκύτητος, προσάγει τῷ Εὐθυμίῳ. Ὁ δὲ καί λίαν ἡσθεὶς τῇ προσαγωγῇ, καὶ τοὺς ἄνδρας ἱλαροῖς ἰδὼν ὀφθαλμοῖς, εὐχάς τε τὰς ἐξ ἔθους αὐτοῖς ἐπειπὼν, κατάγει πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τὸ μοναστήριον. Εἶτα βαπτίσας αὐτοὺς ἐκεῖσε καὶ τελειώσας, καὶ ἡμέραν ἑβδόμην αὐτοῖς ἐξ ἐκείνου συνδιατρίψας, τὸ μετὰ πολλῶν, οὐκ ἔτι φορητὸν αὐτῷ ἔκρινεν [a]· ἀλλὰ τῆς ἡσυχίας, ὥσπερ ἔφημεν, ἀπλήστως ἐρῶν, πρὸς τὴν συνήθη καὶ πάλιν ἐπάνεισιν ἐρημίαν.

XXXVII. Petrus igitur videns eum ita sine tecto et inopem sedere in loco deserto, pro maximis beneficiis, baptismo, inquam, et salute, mediocrem

ΑΖ'. Ὁ Πέτρος οὖν οὕτως αὐτὸν ἄστεγόν τε καὶ ἄπορον ἐπὶ τῆς ἐρημίας ἰδὼν καθήμενον, καὶ χάριτας ὥσπερ αὐτῷ μεγάλων μετρίας ἀντιδιδοὺς, τοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[u] al. εὐτέχνως et ἐννέχνως. [v] al. καλῆς. [x] al. πόθου. [y] al. ins. ἀγωγὴν, κοινὴν καὶ νὴν. [z] al. αὐτόν. [a] al. κρίνειν ἔδοξεν.

βαπτίσματος, φημὶ, καὶ τῆς σωτηρίας, οἰκοδόμους ἐπὶ μισθῷ συχνὸς [b] μετακαλεσάμενος, λάκκον ἐν τῷ κήπῳ, μεγαν τε καὶ δίστομον ἀνορύσσει· ὅστις καὶ εἰς δεῦρο ἔτι ὁρώμενός [c] ἐστιν· ἀρτοποιεῖόν τε παρὰ τῷ λάκκῳ οἰκοδομεῖ, καὶ τρία τῷ Εὐθυμίῳ κελλία κατασκευάζει· μεταξὺ δὲ αὐτῶν καὶ οἶκον εὐκτήριον ἀνεγείρει· ὥστε μηδενὸς τῶν εἰς χρείαν ἐπιδεᾶ καθίστασθαι τὸν Εὐθύμιον.

ΛΗ'. Τὸ μέντοι τῶν Ἀγαρηνῶν πλῆθος, ὅπερ ὑπ' αὐτοῦ, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, ἐβαπτίσατο, πίνειν ἀεὶ νάματος ἡδυτάτου ποθοῦντες, ὅπερ ἡ Εὐθυμίου γλῶττα φανερῶς ἦν, οὐκ ἔτι οὐδὲ μικρὸν ἀποστῆναι ἠνείχετο [d], ἀλλὰ θερμῶς παρ' αὐτῷ μένειν ἐδεῖτο, καὶ τρυφὴν αὐτοῦ καὶ ζωῆς ὕδωρ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. Ὁ δὲ, ἀπερίσπαστον ἑαυτῷ τὸ τῆς ἡσυχίας καλὸν συντηρῶν, τῆδε μὲν αὐτοὺς οὐκ ἐᾷ διατρίβειν· ἑτέρωσε δὲ ἀγαγὼν, καὶ ναὸν αὐτοῖς καὶ σκηνὰς κύκλῳ διαχαράξας (ἔστι δὲ ὁ τόπος μεταξὺ τῶν δύο φροντιδιηρίων), δεῖμασθαι αὐτοὺς [e] κατὰ τὸ σχῆμα τῆς γραμμῆς καὶ τὸ μέγεθος, καὶ μένειν ἐν αὐτοῖς [f] ἐπισκήπτει. Οὗ δὴ καὶ οἰκοδομήσασιν ἑαυτοῖς οἰκίας, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς εὐπαρέδρως διαμεμενηκόσιν, ἐπεφοίτα συνεχῶς ὁ μέγας Εὐθύμιος, καὶ ὅπως εἶχον, ἀεὶ ἐπεσκέπτετο. Ὅδει γὰρ οἷον κἀντεῦθεν ἑαυτῷ πορίζει τὸ κέρδος. Καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη τοῦτο ποιῶν, ἕως ἐκάθηρέ τε καὶ ἤσκησε τὰς ἐκείνων ψυχὰς, καὶ ὑπὸ πρεσβυτέρῳ καὶ διακόνοις τάττεσθαι παρεσκεύασεν. Ὥστε διαμένειν ἐκεῖ ἔστερξαν, οὐχ οἱ πρότεροι [g] βαπτισθέντες, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ἕτεροι τῶν καθεκάστην προσιόντων αὐτῷ καὶ βαπτιζομένων.

Λθ'. Οὕτως οὖν σφόδρα πληθυνομένων τῶν τῆς Ἄγαρ υἱῶν, καὶ εἰς τὴν ἀληθῆ εὐγένειαν μεταποιουμένων, εἰς διαφόρους τε πλατυνομένων παρεμβολὰς, πέμπει πρὸς Ἰουβενάλιον τὸν πατριάρχην Ἱεροσολύμων ὁ θεῖος Εὐθύμιος ἐπίσκοπον αὐτοῖς τινα χειροτονηθῆναι ζητῶν. Καὶ ὃς, Πέτρον αὐτῶν τὸν πατέρα Τερεβώνδος, ἀποστέλλει, οἷα προστῆναί τε ψυχῶν, καὶ ὁδηγῆσαι πρὸς σωτηρίαν, ἱκανῶς ἔχοντα. Πέτρος μὲν οὖν οὕτως [h] ἐπίσκοπος τῶν παρεμβολῶν ἐν Παλαιστίνῃ πρῶτος χειροτονεῖται. Ἡ δὲ τῶν Σαρακηνῶν πληθὺς, ἴσα καὶ ποταμῶν ῥεύμασιν ἀενναόων [i] ἐπέῤῥει· καὶ οἱ νῦν προσιόντες, τοῖς φθάσασι προσετίθεντο· καὶ οὗτοι πάντες τῇ σφραγῖδι τοῦ βαπτίσματος σημειούμενοι, τῇ τῶν Χριστιανῶν ποίμνῃ συνηριθμοῦντο. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἀπόχρη τὰ εἰρημένα. Ἡμῖν δὲ λοιπὸν ἐπ' ἐκεῖνα τῷ λόγῳ βαδιστέον, ὅθεν ταῦτα εἰπεῖν ἐξέβημεν.

Μ'. Οὐκ εἶχε γνώμης ὁ μέγας Εὐθύμιος, οὔτε κοινόβιον περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον, οὔτε λαύραν ὅλως συστήσασθαι. Διὰ ταῦτα καὶ ἡνίκα τινὲς πρὸς αὐτὸν

A veluti referens gratiam, ædificatoribus multis mercede arcessitis, magnam cisternam duo habentem ostia fodit in horto, quæ in hodiernum usque diem cernitur fossaque remanet; ad quam cisternam ædificat panificii officinam, et cellas tres construit Euthymio; inter eas autem excitat etiam oratorium: adeo ut nullius eorum, quæ ad usum necessarium pertinebant, egeret Euthymius.

XXXVIII. Agarenorum vero multitudo, quæ, ut prius dixi, fuit ab eo baptizata, e suavissimo fluento semper bibere desiderans, quod quidem aperte erat lingua Euthymii, non amplius ne minimum quidem ad eo discedere sustinebat; sed ac iter precabatur ut apud ipsum maneret, ejusque sermones haberet pro deliciis et aqua vitæ. Ille autem, B qui sibi conservabat indivulsum quietis bonum, eos quidem non sinit hic versari; sed alio eos ducens, cum templum et tabernacula eis circumscripsisset (est autem locus inter duo monasteria), jussit ut exstruant juxta descriptionis figuram et magnitudinem, atque inibi habitent. Quo quidem in loco postquam sibi ædificarent domos, et in eis deinceps assidue perseverarunt, frequenter magnus ventitabat Euthymius; et quemadmodum se haberent, semper visebat. Sciebat enim quantum ex eo lucri sibi compararet Nec prius destitit hoc facere, donec illorum animas purgavit et exercuit, effecitque ut presbytero ac diaconis subessent. Quamobrem illic lubenter manserunt, non ii soli qui fuerant priores baptizati, sed etiam multi alii ex iis qui quotidie C ad eum veniebant et baptizabantur.

XXXIX. Cum ergo usque adeo multiplicarentur filii Agaræ, et ad veram traducerentur nobilitatem, inque diversa excrescerent castra, mittit divinus Euthymius ad Juvenalem Hierosolymorum patriarcham (40) postulans ut eis ordinaretur episcopus. Ille vero ad eum mittit Petrum patrem Terebonis, utpote idoneum qui præesset animabus, eosque deduceret ad salutem. Sic itaque Petrus episcopus Castrorum (41) in Palæstina primus ordinatur. Saracenorum autem multitudo, non secus ac fluviorum perennium fluenta, affluebat; et qui nunc accedebant, adjiciebantur prioribus; iique omnes signati signaculo baptismi, connumerabantur cum grege Christianorum. Sed de D his quidem ea quæ dicta sunt sufficiunt. Nobis vero deinceps eo conferenda est oratio, unde ad hæc dicenda digressi sumus.

XL. Non habebat magnus Euthymius in animo, nec cœnobium, nec lauram omnino eo loci construere. Atque propterea quoties aliqui ad eum ve-

VARIÆ LECTIONES.

[b] al. συχνῷ οἴμαι τοπῳ. [c] al. ὁρωρυγμένος. [d] al. inser. αὐτοῦ. [e] al. αὐτὸς. [f] al. αὐταῖς. [g] al. πρότερον. [h] al. οὗτος. [i] al. ἀεινάως.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(40) De obitu ejus et tempore patriarchatus, infra n. 96.

(41) Græce ἐπίσκοπος τῶν παρεμβολῶν. Quo modo subscripsit synodo Ephesinæ an. Ch. 431, Πέτρος Παρεμβολῆς, episcopus copiarum, castramentationum, aut tentoriorum. Vide quæ de Saracenorum moribus 14 Januar. a S. Nilo dicuntur in historia cædis Patrum Sinaitarum.—Alius Petrus episcopus τῶν Παρεμβολῶν subscripsit concilio Hierosolymitano animi 536. COTELERIUS.

nissent, sive mundo renuntiantes, sive afferentes quædam ad usum corporis necessaria, ab eo rursus ad beatum Theoctistum transmittebantur. Quia vero jam superne Providentia sapienter disposuerat, ut hæc habitaretur solitudo; utpote quæ certo sciret id quod erat futurum, rem scilicet fore multis salutis causam: accedunt ad eum quidam numero tres (42), fratres secundum carnem; qui germina quidem erant Cappadocum regionis, in Syriæ autem tractu educati, illic in virtute et doctrina se exercuerant; Cosmas (43), Chrysippus (44), Gabrielius (45). Is autem faciens ut consueverat, nec eos admisit, et ætatem certe causans juvenilem, mutuumque naturæ amorem, qui etiam solet ut plurimum avocare a contentione exercitationis; et maxime quod esset Gabrielius adhuc adolescens ac imberbis. Illi ergo his de causis eos admittere nullatenus placebat. Ea vero nocte venit ad ipsum in somnis aliquis, mandans tum ut fratres exciperet: Sunt enim inquit, ab ipso Deo ad te missi; tum ut deinceps paratus esset ad susceptionem cujuslibet accedentis et volentis. Mane igitur præclaram illam fraternitatem et cogitationem suscipiens, ut ei jusserat visio, ait Cosmæ (is quippe primus erat ætate inter fratres): Sic ego quidem jam feci, nimirum juxta ea quæ mihi a Deo mandata fuerunt, atque vos in hanc domum admisi; de cætero tibi tempus est, ut juniorem ex fratribus Gabrielium intra cellam contineas, et nequaquam ei licentiam exeundi tribuas. Est enim res valde periculosa et insidiosa aliorum oculis muliebris facies, adeoque lævis et glabra. Deinde nonnulla quoque aperuit ex iis quæ erant ei eventura, dicens: Verum non puto te longo tempore hic vitam acturum; sed Ecclesiæ Scythopolitanæ præfecturam propediem accipies. Atque hæc quidem in susceptione virorum.

παραβάλοιεν, εἴτε κόσμῳ ἀποτασσόμενοι, εἴτε τινὰ τῶν πρὸς τὴν χρείαν τοῦ σώματος ἐπικομιζόμενοι, τῷ μακαρίτῃ πάλιν ὑπ' αὐτοῦ παρεπέμποντο Θεοκτίστῳ. Ὅθη δὲ τὴν ἔρημον οἰκισθῆναι ταύτην σοφῶς ἤνωθεν τῆς προνοίας οἰκονομούσης, οἷα δὴ καὶ τὸ μέλλον ἀσφαλῶς ἐγνωκυίας, ὅτι πολλοῖς ἔσται τὸ πρᾶγμα σωτηρίας ὑπόθεσις· προσίασιν αὐτῷ τινες, τὸν ἀριθμὸν τρεῖς, ἀδελφοὶ κατὰ σάρκα· φυτὰ μὲν τῆς Καππαδοκῶν ὄντες, ἐν γῇ δὲ τῆς Συρίας τραφάντες, καὶ ἀρετὴν ἐκεῖ καὶ παιδείαν ἀσκήσαντες· Σοσμᾶς, Χρύσιππος, καὶ Γαβριηλιος. Ὁ δὲ τὰ συνήθη ποιῶν, οὐδὲ τούτους προσίετο, τό τε νέον τῆς ἡλικίας ἀτεχνῶς αἰτιώμενος, καὶ τὸν πρὸς ἀλλήλους τῆς φύσεως πόθον, ὃς καὶ περισπᾷν οἶδεν ὡς τὰ πολλὰ τὸ σύντονον τῆς ἀσκήσεως· καὶ μάλιστα, τὸ μειράκιον ἔτι τὸν Γαβριήλιον εἶναι, καὶ τριχῶν ἔχειν ψιλὸν τὸν πώγωνα. Ἐκείνῳ μὲν οὖν προσδέξασθαι τούτους διὰ ταῦτα, τὸ παράπαν ἀβούλητον. Φοιτᾷ δὲ τις ὄναρ αὐτῷ τῆς νυκτὸς ἐκείνης, δέξασθαί τε τοὺς ἀδελφοὺς ἐπισκήπτων (Πρὸς αὐτοῦ γὰρ εἰσιν ἀπεσταλμένοι σοι, φησὶ, τοῦ Θεοῦ), καὶ τὸ λοιπόν, ἕτοιμον εἰς ὑποδοχὴν εἶναι τοῦ προσιόντος καὶ βουλομένου πανός. Ἔωθεν τοίνυν τὴν καλὴν ἐκείνην ἀδελφότητα καὶ συμφυΐαν ὑποδεξάμενος, ὡς ἡ ὄψις αὐτῷ παρηγγύα, φησὶ τῷ Κοσμᾷ (οὗτος γὰρ ὁ πρωτεύων καθ' ἡλικίαν τῶν ἀδελφῶν), ὡς Ἐγὼ μὲν πεποίηκα ἤδη, κατὰ ταῦτα γοῦν μοι τὰ ἐντεταλμένα παρὰ Θεοῦ, καὶ ὑμᾶς ἐνταῦθα εἰσῳκισάμην. Σοὶ δὲ ὥρα ἰ λοιπὸν τὸν νεώτερον τῶν ἀδελφῶν Γαβριήλιον, εἴσω τοῦ κελλίου καθειρξαι, καὶ μηδαμῶς αὐτῷ ἐφειμένην θεῖναι τὴν ἔξοδον. Σφόδρα γὰρ ἐπισφαλὲς καὶ λίαν ἐπίβουλον τοῖς τῶν ἄλλων ὀφθαλμοῖς γυναικεία ὄψις, καὶ οὕτω λείως καὶ φιλῶς ἔχουσα. Εἶτα, καὶ τῶν μελλόντων αὐτῷ συμβῆναί τινα παρεγύμνου· Ἀλλ' οὐκ οἶμαί σε, λέγων, πολὺν ἐνταῦθα χρόνον διαγαγεῖν· ἀλλὰ τὴν προστασίαν μετ' οὐ πολὺ εἶς ἐν Σκυθοπόλει Ἐκκλησίας ἐγχειρισθήσῃ. Πλὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῇ παραδοχῇ τῶν ἀνδρῶν.

XLI. Post eos autem seipsum permisit omnibus ingredi cupientibus, eratque deinceps ad excipiendum paratissimus. Etenim excipit quemdam Domnum (46), ex Anthiochena quidem civitate oriundum, Joannis vero, qui illi præerat Ecclesiæ, ex sorore nepotem. Suscipit etiam alios tres, fratres genere, patria Melitenos, consobrinos Synodii illius qui cum Acacio educaverat Euthymium; quorum nomina, Stephanus (47), Andreas (48), Gaianus (49). Post eos vero (50), Joannem quoque Rhaithensem presbyte-

ΜΑ'. Μετὰ δὲ τούτους, ἀνῆκέν ἑαυτὸν πᾶσι τοῖς εἰσερχεσθαι βουλομένοις. Καὶ ἦν τοῦ λοιποῦ πρὸς ὑποδοχὴν ἑτοιμότατος. Ὑποδέχεται μὲν γὰρ Δόμνον τινὰ, τῆς Ἀντιοχέων μὲν ὡρμημένον, ἀδελφιδοῦν δὲ Ἰωάννου, τοῦ τῆς κατ' αὐτὴν Ἐκκλησίας προεστηκότος. Ὑποδέχεται δὲ καὶ τρεῖς ἑτέρους, ἀδελφοὺς τὸ γένος, τὴν πατρίδα Μελιτηνούς, Συνοδίου ἀνεψιοὺς ἐκείνου, τοῦ σὺν Ἀκακίῳ τὸν Εὐθύμιον ἀναθρεψαμένου· Στέφανος αὐτοῖς, Ἀνδρέας, καὶ Γαϊανὸς τὰ ὀνόματα. Μετὰ δὲ τούτους καὶ Ἰωάννην ἀπὸ τῆς

VARIÆ LECTIONES.

j al. σὺ δὲ ὁρᾷ.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(42) Horum acta, virtutes et obitum huic historiæ inseruit Cyrillus, potissimum n. 103.

(43) Infra n. 57 presbyter et custos sanctæ Crucis Hierosolymis factus traditur; et n. 103 episcopus Scythopolis.

(44) Infra n. 60 lauræ œconomus, custos sanctæ Crucis, primo in lauræ n. 87, tum Hierosolymis n. 103. scriptis libris clarus.

(45) Presbyter, fundator novi monasterii, miraculis insignis n 103 et alibi.

(46) Hic avunculo suo Joanni successit in patriarchatu Antiocheno. De utroque infra cap. 9.

(47) Infra n. 57, factus episcopus Jamniæ, interfuit synodo Chalcedonensi an. Ch 457.

(48) Fuit hegumenus monasterii S. Mennæ, ut dicitur an. 87.

(49) Infra num. 97 constituitur episcopus Medaborum.

(50) Episcopus Saracenorum dicitur infra n. 72; interfuit synodo Chalcedonensi. De Raitho dictum 14 Januarii.

Ῥαιθοῦ πρεσβύτερον, καὶ Ἀνατόλιον, καὶ Θαλάσσιον· ἐξῆς δὲ καὶ Κυρίωνα ἐκ Τιβεριάδος τινά, πρεσβύτερον καὶ αὐτὸν τοῦ ἐν Σκυθοπόλει ναοῦ, ὃς τῷ μάρτυρι καθίδρυται Βασιλείῳ· τούτους οὖν προσδεξάμενος, τὸν ἐπίσκοπον προτρέπεται Πέτρον, δείμασθαί τε αὐτοῖς κελλία μικρὰ, καὶ τὸν ναὸν ἐπιτερπῶς ἄγαν διακοσμῆσαι. Καὶ οὕτως ἐν βραχεῖ λαύραν ἐκεῖσε συνίστησι, τῆς ἐν Φαρὰν οὐδὲν ἀπολειπομένην.

Arum, et Anatolium (51), et Thalassium (52): deinceps autem Cyrionem quemdam ex Tiberiade, ipsum quoque presbyterum templi, quod Scythopoli (53) dedicatum est martyri Basilio. Cum ergo eos admisisset, Petrum adhortatur episcopum, ut eis parvas cellas construat, et templum scite admodum adornet. Atque ita brevi illic lauram constituit, illa quæ est in Pharan nihilo inferiorem.

ΜΒ'. Ἔπειτα μέντοι καὶ αὐτὸς Ἰουβενάλιος ὁ πατριάρχης, Πασσαρίωνα τὸν ἐν ἁγίοις, χωρεπίσκοπον τότε ὄντα, καὶ Ἡσύχιον τὸν πρεσβύτερον παραλαβών, κάτεισι πρὸς τὴν λαύραν, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ναὸν ἐγκαινίζει, δύο καὶ πεντήκοντα τοῦ Εὐθυμίου γεγονότος χρόνους [k]· χειροτονεῖ δὲ καὶ διακόνους, Δομετιανόν τε καὶ Δόμνον, ἤδη πρεσβυτέρων αὐτῷ ἀποκεκληρωμένων, Ἰωάννου τε καὶ Κυρίωνος. Πρὸς ταῦτα ἔχαιρεν ὁ μέγας Εὐθύμιος, καὶ μεστὴν εἶχε τὴν ψυχὴν εὐθυμίας, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ Πασσαρίωνα σὺν τῷ πατριάρχῃ, καὶ Ἡσύχιον τὸν θεῖον, τοὺς τοῦ λοιποῦ τῶν ἀσκητῶν χοροῦ τηνικαῦτα προλάμποντας, ἐν τῇ λαύρᾳ διάγοντας ἐθεᾶτο. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν ἁγίοις Πασσαρίων, οὕτω ἑβδόμου ἐξ ἐκείνου μῆνα διατελέσας, ἐν γήρᾳ βαθεῖ καταλύει τὸν βίον.

XLII. Postea vero et ipse Juvenalis patriarcha, assumens secum sanctum Passarionem (54), qui tunc erat chorepiscopus, et Hesychium (55) presbyterum, ad lauram proficiscitur, templumque illius dedicat (56); Euthymio agente annum ætatis quinquagesimum secundum; diaconos quoque ordinat Domitianum et Domnum, cum in presbyterorum gradum jam ab eo relati fuissent Joannes et Cyrion. Propter hæc magnus gaudebat Euthymius, et tranquilla hilaritate plenam habebat animam; maxime quod Passarionem cum patriarcha, et divinum Heschium, qui tunc temporis in reliquo ascetarum choro prælucebant, in laura degentes cerneret. Sed sanctus quidem Passario, nondum septimo post illud tempus mense transacto, e vivis excedit in profunda senectute.

ΜΓ'. Τοῦ δὲ μεγάλου τούτου καὶ θαυμαστοῦ Εὐθυμίου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἀδελφῶν, πολλῇ κατὰ τὴν νέαν ἐκείνην λαύραν τῇ τῶν ἀναγκαίων, ἐνδείᾳ πιεζομένων, ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια τῶν ἑαυτῆς οὐκ ἠμέλει, καὶ ἡ ἀνοιγομένη χεὶρ, καὶ πᾶν ζῶον εὐδοκίας πληροῦσα, οἰκονομίᾳ δὴ θαυμαστῇ καὶ τὰ νῦν διηνοίγετο. Συμβαίνει γὰρ πληθὺν Ἀρμενίων, οὐκ ἔλαττον ἢ τετρακοσίους [l] τὸν ἀριθμὸν, ἐπὶ τὸν Ἰορ-

XLIII. Cum hic autem magnus et admirabilis Euthymius, et qui cum eo erant fratres, in nova illa laura, premerentur magna rerum necessarium egestate, Dei providentia non abjecit curam suorum, et manus quæ aperitur, ac implet omne animal benedictione [2], admirabili sane dispensatione tunc quoque aperta est. Accidit enim, ut multitudo Armeniorum, non minus quam quadringentorum nu-

[2] Psal. CXLIV, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[k] χρόνων. [l] al. τετρακοσίων.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ

(51) Anatolius presbyter hospitio excepit S. Quiriacum an. Ch. 475.

(52) Alius ab hoc Thalassius colitur 22 Februarii, Pater spiritualis S. Limnæi. Lege c. 22 Theodoreti in Philo heo.

(53) Scythopolis, olim Betzan, in Judææ et Galilææ confinibus, apud Jordanis fluvii ex lacu Genesareth exitum, a Tiberiade parum in Austrum recedens. Ejus infra sæpe fit mentio. Cui Basilio Martyri hic templum fuerit consecratum, necdum legimus, plures alioquin Basilios hoc opere daturi. De templo S. Procopii Martyris, et basilica S. Thomæ Apostoli in eadem urbe Scythopolitana agit in Vita S. Sabæ Cyrillus, ex ea oriundus.

(54) S. Passarionis hospitio Hierosolymis exceptus dicitur, quo tamen die colatur, necdum nos legere meminimus.

(55) Hesychii presbyteri Hierosolymitani encomion in B. Thomam citat Photius in Bibliotheca tmemate 269. Eumdem tmem. 275 scribit se legisse in Jacobum fratrem Domini et Davidem τὸν θεοπάτορα. Hesychii quoque presbyteri Hierosolymitani oratio demonstrativa in S. Andream Apostolum, Carolo Fabiano interprete, edita est Lugduni apud Thomam Galletum, atque inde in Bibliotheca Patrum Coloniæ tom. 15, sive in Auctario, et Hesychii presbyteri Hierosolymitani sermones duo de C. Virgine, exstant in Bibliotheca Patrum editionum Parisiensis triplicis, et Coloniensis. Demum Rabanus Maurus in prologo in Leviticum ad Freculphum, episcopum Lexoviensem, ita scribit: «Reperi hunc librum a venerabili Presbytero Hierosolymorum Esychio satis plene expositum:» ex quo ipse Rabanus multa colligit, ut Glossa ordinaria in Leviticum præfatur. Exstat Parisiis excusus, et tomo seu sæculo 7 Bibliothecæ Patrum ex edit. Colon. Scripsit etiam in Ezechielem commentarios, quorum in præfatione in Leviticum mentionem facit; item in epistolam ad Hebræos, ut monet Sixtus Senensis Bibliothecæ sanctæ lib. 4, a quo dicitur B. Gregorii Nazianzeni Episcopi auditor et discipulus, claruisse sub Honorio Augusto an. Dom. 400. Quæ prorsus huic Hesichio judicemus convenire: quem proinde Euthymius in Passarionis aliorumque præclarorum virorum comitatu in Laura cernens, merito gavisus est. Alius est Moscho cap. 46. B. Ischius Presbyter Hierosolymitanæ Ecclesiæ, qui deinde patriarcha Hierosolymitanus successit Amos an. Chr. 601 secundum calculum Baronii n. 14 obiit an. Ch. 609 eiq. successit S. Zacharias, ut ibidem Baronius n. 5. Exstat S. Gregorii Papæ ad eum epistola 40, libri 9, ex Registro, ubi in editionibus omnibus, Galloni, Pamelii, et Sixti V. Isychius appellatur; Nicephoro in Chronico Isaacius. Huic Glossa ordinaria, quod alius Hesychius ignoraretur, attribuit commentarios in Leviticum; secuti deinde Possevinus, Bellarminus, Miræus aliique, licet nusquam episcopum, aut patriarcham, sed presbyterum sæpius semel appellet, cui Photius et Rabanus et operum tituli, sive inscriptiones, conveniunt.

(56) An. Ch. 429.

mero, ad Jordanem a sancta civitate descendens, dextera de itinere declinaret, perinde ac aliquo eis viam præeunte, et ad lauram illam accederet ; hoc etiam, ut arbitror, sapienter disponente Providentia, quo magna patris virtus adhuc clarior evaderet. Quos videns magnus ille eo luci divertisse, ut se a labore itineris aliquantisper recrearent, vocat Domitianum, cui commiserat lauræ rerum dispensationem, atque jubet ut eis mensam apponat. Cum is autem objiceret egestatem, et respondisset se ne unius quidem diei fratrum habere alimentum, illo eo fretus qui viduæ copiosum effudit nutrimentum propter abundantiam bonæ ejus voluntatis [3] præcipit Domitiano ire ad panarium. Intelliges enim, inquit, quid sibi quidem velint humanæ cogitationes, quid vero divina possit gratia opinionem dispensare ac providere.

XLIV. Et ille cedens statim, et accedens, (o inenarrabilia tua, Christe, miracula !) invenit divina quadam et sapiente providentia, ædem panibus adeo plenam, ut ne facile quidem esset parum aperire ostium, prohibitum nempe multitudine intus positorum. Vocatis ergo aliis fratribus, et eorum opera everso ostio, videt ea quæ erant intus, innumerabilem panum multitudinem ; ad hæc vini, inquam, et olei ingentem copiam, atque omnino convenientem Euthymii in dando magnificentiæ.

XLV. Hæc ut vidit Domitianus, divinæ gratiæ operationem intelligens, procedit ad pedes magni, veniam petiit, et parcitatis sordes vehementi rependit pœnitentia. Ille vero cum Domitiano benignam et mentem et manum porrexisset, ipsumque elevasset, o fili, inquit, *qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus et metet* [4]. Qui ergo accedentibus commune tectum præbent et sal, nescientes sibi potius comparant copiosam suppeditationem, nec tantum dant quantum accipiunt. Quod quidem a vobis quoque servandum est, fratres, si Deo estis gratificaturi, et plurima rerum necessariarum suppeditatione semper abundaturi. Hinc bonorum acervus, ut aiunt, constitit, resque lauræ cœperunt vigere ac exuberare : quando quidem fratrum numerus ad quinquaginta pervenit, et unicuique eorum cella fuit ædificata ; atque sacra mysteria quotidie peragebantur.

XLVI. Porro is cui credita fuerat dispensatio, dum cogitat, ad tantum fratrum multitudinem multo etiam sibi opus fore ministerio, mulos quoque paravit lauræ. Erat autem quidam in ea Asianus genere, nomine Auxentius, qui erat aptus ad mulorum ministerium. Is ergo ab hoc œconomo rogatus, ut illam subire administrationem differebat, et non obediebat. Sed cum res esset ad usum necessaria. Joannem et Cyrionem presbyteros secum accipiens œconomus, iterum cum iis rogabat Auxentium.

A δάνην ἀπὸ τῆς ἁγίας πόλεως κατιοῦσαν, ἐκκλῖναί τε τῆς ὁδοῦ δοξιᾷ, καθάπερ τινὸς αὐτοῖς τῆς πορείας προηγουμένου, καὶ εἰς τὴν λαύραν ἐκείνην παραγενέσθαι· τῆς Προνοίας οἶμαι καὶ τοῦτο σοφῶς οἰκονομούσης, ὥστε τὴν μεγάλην τοῦ Πατρὸς ἀρετὴν, λαμπροτέραν ἔτι καταστῆναι. Οὓς ἰδὼν ὁ μέγας ἐκεῖ καταλύσαντας, ὥστε τὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ κόπον βραχύ τι διαναπαῦσαι, καλεῖ Δομετιανὸν, οἰκονομεῖν τὰ τῆς λαύρας ὑπ' αὐτοῦ προκεχειρισμένον, καὶ παραθεῖναι τούτοις τράπεζαν ἐπαγγέλγει. Τοῦ δὲ προβαλλομένου τὴν ἔνδειαν, καὶ ὡς οὐδὲ τὴν ἐφήμερον ἔχοι τῶν ἀδελφῶν τροφὴν ἀποκριναγένου, θαῤῥῶν ἐκεῖνος τῷ καὶ χήρᾳ τροφὴν πλουσίαν δι' ἀφθονίαν προαιρέσεως, πορευθῆναι παρὰ τὸ ἀρτοφυλακεῖον [m] B ἐντέλλεται Δομετιανῷ. Εἴση γὰρ ἔγη, τί μὲν ἀνθρώπινοι βούλονται λογισμοὶ, τί δὲ θεία δύναται χάρις παραδόξως οἰκονομεῖν.

ΜΔ'. Καὶ ὃς εἴξας εὐθὺς καὶ παραγενόμενος· τῶν ἀνεκδιηγήτων σου, Χριστὲ, θαυμασίων, εὑρίσκει θείᾳ τινὶ καὶ σοφῇ προνοίᾳ τὴν οἰκίαν οὕτως ἄρτων μεστὴν, ὡς μηδὲ τὴν θύραν μικρόν τι πάρανοῖξαι ῥᾴδιον ὄν, τῷ πλήθει τῶν ἔνδον ἀνειργομένην. Καλέσας τοίνυν καὶ ἄλλους τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὴν θυραν σὺν αὐτοῖς ἀνατρέψας, ὁρᾷ τὰ ἔνδον, ἀμύθητόν τι πλῆθος ἄρτων· οἴνου τε, φημὶ, καὶ ἐλαίοι πολλὴν ἀφθονίαν, καὶ ἀνάλογον τῇ περὶ τὸ διδόναι πάντως Εὐθυμίου φιλοτιμίᾳ.

ΜΕ'. Ταῦτα Δομενιανὸς ἰδὼν, καὶ τῆς θείας χάριτος συμβαλὼν τὴν ἐνέργειαν, πίπτει πρὸς τοῖς ποσὶ τοῦ μεγάλου, συγγνώμην αἰτῶν, καὶ μικρολογίας ἀντιδιδοὺς μετανοίας θερμότητα. Κἀκεῖνος εὐμενῆ τε Δομετιάνῳ καὶ φνώμην καὶ χεῖρα ὀρέξας, κα' αὐτὸν ἀναστήσας, Ὦ τέκνον, ἔφη, ὁ σπείρων ἐπὶ εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει. Οἱ γοῦν κοινὴν τοῖς παριοῦσι τὴν στέγην καὶ τοὺς ἅλας ποιούμενοι, λανθάνουσι δαψιλῆ μᾶλλον ἑαυτοῖς περιποιοῦντες τὴν χορηγίαν, καὶ μὴ τοσοῦτον διδόντες ὅσον λαμβάνουσιν. Ὅπερ ἀδελφοὶ καὶ ὑμῖν φυλακτέον, εἰ μέλλοιτε καὶ θεῷ χαρίζεσθαι, καὶ πολλῇ πάντοτε [n] κομᾷν τῶν ἀναγκαίων τῇ χορηγίᾳ. Ἐντεῦθεν ἀγαθῶν σωρὸς, τὸ τοῦ λόγου, συνέστη, καὶ τὰ τῆς λαύρας εὐθηνεῖν ἤρχετο καὶ εἰς πλῆθος ἐπιδιδόναι· ὅτε τῶν ἀδελφῶν ἀριθμὸς, εἰς πεντήκοντα περιέστη, ἑκάστῳ τε αὐ- D τῶν κελλίον ᾠκοδομήθη· καὶ τὰ τῆς ἱερᾶς καθεκάστην ἐτελεῖτο μυσταγωγίας.

ΜΣ'. Ἐννοῶν δὲ ὁ τὴν οἰκονομίαν ἐγχειρισθεὶς, ὅτι πρὸς οὕτω πολὺ τῶν ἀδελφῶν πλῆθος, πολλῆς αὐτῷ καὶ ὑπηρεσίας δεήσει, προσεκτήσατο τῇ λαύρᾳ, καὶ ἡμιόνους. Ἦν δέ τις ἐν αὐτῇ τὸ γένος Ἀσιανὸς, τὴν κλῆσιν Αὐξέντιος, ἐπιτηδείως ἔχων πρὸς τὴν τῶν ἡμιόνων διακονίαν. Οὗτος οὗτος ὑπὸ τοῦδε τοῦ οἰκονόμου παρακαλούμενος, ὥστε τὴν λειτουργίαν ὑπελθεῖν ταύτην, ἀνεβάλλετο καὶ οὐχ ὑπήκουεν. Ἀναγκαίου δὲ καὶ χρησίμου τοῦ πράγματος ὄντος, παραλαβὼν καὶ Ἰωάννην μεθ' ἑαυτοῦ καὶ Κυρίωνα

[3] III Reg. XVII, 3. [4] II Cor. IX, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[m] al. ἀρτοφυλάκιον. [n] al. πάντοθεν.

τοὺς πρεσβυτέρους ὁ οἰκονόμος, ἠξίου καὶ αὖθις σὺν καὶ αὐτοῖς τὸν Αὐξέντιον. Ἐπεὶ δὲ καὶ οὕτως ἀνήκοος ἦν, τοῦ Σαββάτου ἤδη διαγεγονότος, ἡνίκα τῷ μεγάλῳ ἐξῆν ἐντυχεῖν, ἀναφέρει τὰ κατὰ τὸν Αὐξέντιον αὐτῷ πάντα ὁ οἰκονόμος. Κἀκεῖνος μεταστέλλεται μὲν εὐθέως τὸν ἀδελφὸν [o], ὑπακούειν δὲ παραινεῖ, καὶ μὴ οὕτως ἀνένδοτον εἶναι καὶ ἀπειθῆ, τῷ ἰδίῳ μόνῳ στοιχοῦντα θελήματι, καὶ τὴν κοινὴν τοῖς ἀδελφοῖς χρησιμεύουσαν διακονίαν ἀποποιούμενον. Τοῦ δὲ μηδὲ παράκλησιν, μηδὲ μόνην ὄψιν αἰδεσθέντος τοιαύτην, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἀναδυομένου σαφῶς, καὶ ποίαν οὐχὶ κινοῦντος πρόφασιν, ἵνα μόνον θέλημα τὸ ἑαυτοῦ κύριον δείξῃ· καὶ νῦν μὲν τὸ ἀλλοδαπὸν εἶναι καὶ τῆς ἐπιχωρίου φωνῆς ἀνομίλητον αἰτιωμένου, νῦν δὲ τὰς τῆς σαρκὸς ἐπιβουλὰς καὶ τὰς ποικίλας τοῦ πονηροῦ [p] τέχνας· Μήποτέ με, φησὶν, ἔξω τῶν ὑμετέρων ὀφθαλμῶν εὑρὼν ὑποσκελίσῃ, καὶ κακίας τῆς ἑαυτοῦ ἔργον δείξῃ· πρὸς δὲ, καὶ ὅπως μὴ φροντίσι καὶ θορύβοις συνεθισθεὶς, ἀπράδων τοῦ λοιποῦ καὶ μείνω.

A quia vero sic quoque inobsequens erat, et jam advenerat Sabbatum, quo tempore licebat magnum convenire, omnia de Auxentio ei refert œconomus. Et ille quidem fratrem statim arcessit; suadet autem ut obediat, neve sit adeo contumax et inobediens, propriam duntaxat sequendo voluntatem, et ministerium fratribus communiter utile recusando. Is vero nec adhortationem, nec vel talem solum adspectum reveritus, sed etiam sic aperte detrectabat, et quem non prætextum afferebat, ut solam voluntatem suam dominam ostenderet; et nunc quidem causabatur se esse alienigenam, nec peritum sermonis regionis illius; nunc vero carnis insidias variasque maligni artes: Ne forte, inquit, me extra oculos vestros inventum supplantet, ac suæ B malitiæ opus exhibeat; ad hæc ne assuefactus curis et tumultibus, de cætero permaneam discrepans et dissonus ad animi quietem et tranquillitatem.

ΜΖ'. Τοιαῦτα λέγοντος, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς βλάβην ὡς δυσωπῆσαι ἱκανὴν οὖσαν προβαλλομένου, ὁ μέγας πάλιν Εὐθύμιος, Ἀλλὰ δεησόμεθα, ὦ τέκνον, φησὶ, τοῦ Θεοῦ· ὥστε μηδενὶ τῶν βλαπτόντων, διὰ τὴν ὑπακοὴν ἁλώσιμον ὀφθῆναί σε. Λύτοῦ γάρ ἐστιν ἡ φωνή· Οὐκ ἦλθον διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. Καί· Οὐ ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Πατρός. Πρὸς ταῦτα ἔτι μᾶλλον τραχυνομένου τοῦ Αὐξεντίου καὶ μηδαμῶς εἴκοντος, βαρύτερον αὐτῷ προσενεχθεὶς ὁ θεῖος Εὐθύμιος, Ἡμεῖς μὲν, ὦ τέκνον, εἶπεν, ὅπερ δὲ καὶ αὐτῷ σοι λυσιτελεῖν ἐδόκει, συνεβουλεύσαμεν· σὺ δὲ μένων ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀπειθείας, ὅσον οὔπω τίς ὁ τῆς ἀπειθείας καρπὸς εἴσῃ. Οὔπω τέλος εἶχε τῷ μεγάλῳ τὰ εἰρημένα, καὶ κλόνον οὐκ οἶδ' ὅθεν ὁ Αὐξέντιος τοῦ σώματος ὑποστὰς, ἄθλιος ἐπὶ τὴν γῆν καταπίπτει, δακρύων διὰ τὴν συμφορὰν μόνον [q] ἄξιος. Οἱ γοῦν παρόντες τῶν ἀδελφῶν, ἐπικλασθέντες αὐτῷ τὰς ψυχὰς οὕτως ἐλεεινῶς ἔχοντι, ἐδέοντο Εὐθυμίου, ἱκέτευον, ἠντιβόλουν, βοηθῆσαι κειμένῳ, καὶ παρακοῆς ὑποστάντι πονηρὰν ἔκτισιν. Ὁ δὲ, πρὸς οὕτως ἀπειθῆ καὶ ἀνήκοον, ἕτοιμος ἦν ὑπακούειν. Καὶ λαβόμενος αὐτοῦ τῶν χειρῶν, ἀνίστησι τὸν Αὐξέντιον, ὑπότρομον ἔτι, καὶ διὰ πάντων μικροῦ τῶν μελῶν τὴν τιμωρίαν ὑπέχοντα. Εἶτα καὶ καθάπερ τι φάρμακον αὐτῳ τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον ἐπιβαλὼν, λύει τῷ ἀνθρώπῳ τὸ πάθος, καὶ ὑγιᾶ παραχρῆμα δείκνυσιν.

XLVII. Cum hæc diceret, et animæ noxam ut ad movendum idoneam, proferret, magnus iterum Euthymius: Sed Deum, inquit, orabimus, o fili, ut propter obedientiam, a nullo ex iis quæ lædunt, captus videaris. Ejus enim vox est: *Non veni ministrari, sed ministrare* [5]. Et: *Non facio voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me Patris* [6]. Ad ista adhuc magis exasperato Auxentio, et nequaquam cedente, gravius in eum invehens divinus Euthymius: Nos quidem, o fili, inquit, quod tibi ipsi quoque esse conducibile videbatur, consuluimus: tu autem in eadem manens inobedientia, mox scies, quisnam sit inobedientiæ fructus. Nondum horum dictorum magnus finem fecerat, et concussum corporis nescio unde passus Auxentius, miser in terram decidit, solum dignus lacrymis propter calamitatem. Qui ergo aderant ex fratribus, fracti animis super eo tam misere affecto, rogabant Euthymium, supplicabant, obsecrabant, ut opem ferret jacenti, gravemque perpesso inobedientiæ pœnam. Is vero erga adeo contumacem et inobedientem, paratus erat obedire; ac ejus manibus prehensis, erigit Auxentium, tremebundum adhuc, et per omnia fere membra pœnas pendentem. Deinde cum signum crucis, instar cujusdam medicamenti, ei immisisset, solvit hominem ab ea affectione, statimque sanum reddit.

ΜΗ'. Ἀνενεγκὼν οὖν ὁ Αὐξέντιος, καὶ τῆς μὲν παρακοῆς εἰς μνήμην ἐλθὼν, συνεὶς δὲ καὶ τὸ κατασκῆψαν εἰς αὐτὸν πάθος, καὶ ὅτι μόνης ἦν ἀπειθείας ἔργον μὴ ἀγνοήσας, ἔτι μείζονα δίκην ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἐπράττετο, καὶ μεταμέλειά τις αὐτὸν εἰσῄει δεινή. Ἀμέλει καὶ προσπίπτει τῷ Εὐθυμίῳ· τοῦτο μὲν συγγνώμην τῶν ἤδη γεγενημένων αἰτῶν,

XLVIII. Recreatus itaque Auxentius, et inobedientiæ quidem recordatus, intelligens vero calamitatem quæ ei incubuerat, nec inscius opus fuisse solius contumaciæ, majores adhuc luebat pœnas a conscientia, gravisque eum subiit pœnitentia. Quare ad pedes procidit Euthymii; partim petens veniam jam actorum, partim in futurum securitatem. Cum

[5] Matth. xx, 28. [6] Joan. v, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[o] al. add. [p] al. ἐχθροῦ. [q] al. μόνων.

is vero ei statim ignovisset (anima enim quæ vix tandem ad iram conversa fuerat, quomodo non fuisset prompte cursura ad commiserationem ?), et futurum tempus per orationem communiisset, ille cum voluptate et animi alacritate suscipit mulorum ministerium. Sic *disciplina Domini*[7], ut cum divina Scriptura loquar, et *aures aperit;* et plane adjicit intelligentiam. Et qui antequam deprimeretur humilisque redderetur, contumaciæ peccatum admiserat, post depressionem humilitatemque ex disciplina ortam, cognitus fuit ad obedientiam promptus. Hæc mihi anachoreta Cyriacus (57) ille qui ab ineunte quidem ætate tonsus fuerat in cœnobio Euthymii (58), postquam autem cum ejus (59) successoribus satis longo tempore esset versatus, omnemque ab eis viri et exercitationem, et vitæ rationem accurate didicisset, postea in laura veteris Sucæ (60) septuaginta (61) fere totis annis se exercuit, omni virtute ac honestæ vitæ præclaris factis admodum illustris.

XLIX. Et aliud autem ipse mihi retulit, quod duo ex fratribus, Maro et Clematius, ad austeritatem vitæ ac disciplinæ in laura observatæ fatiscentes, inter se convenerunt, ut illinc clanculum effugerent, et se noctu furtim subriperent. Hæc illi quidem communi consensu loquebantur et apud se cogitabant : sed qui secreta aperit, et iis qui sunt dedicati, dicit per Isaiam : *Non erit tibi amplius sol in lucem diei, neque ortus lunæ illuminabit tibi noctem ; sed erit tibi Dominus lux sempiterna* [8] : ipse hoc quoque manifestum facit famulo suo. Facit autem hoc pacto. In quiete enim degenti aliquando huic magno et admirabili Euthymio visus est malignus. Maroni et Clematio, tanquam ob oculos sancto assistentibus, frenum injicere, eosque in laqueum trahere gravissimum.

L. Is vero statim intellectis insidiis, arcessit fratres Maronem et Clematium, eosque hortatur, admonet, rogat, docet, alloquitur, et prolixam orationem habet de tolerantia, quodque opus sit ubique plurima custodia et cautione. Deinde in exemplum eis adducit Adamum et Jobum ; illum quidem in paradiso mandati violatorem, hunc vero omnigenæ virtutis, in sterquilinio demonstratorem. Neque hæc prætermittens, quod oportet monachum nequa-

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(84) Vitam S. Joannis Silentiarii dabimus 13 Maii; de Cyrilli cum eo familiaritate actum in proleg. num, 9, de ætate n. 12 et seqq.

(85) Est hic Thalelæus Cilix, qui sexaginta annos transegit in vita monastica, nunquam flere desistens, dicensque jugiter: «Tempus hoc nobis ad pœnitentiam indultum est, et valde requiretur a nobis, si illud neglexerimus.» Ita Moschus cap. 59. Alius ab hoc est Thalelæus Cilix, qui integro sæculo antiquior prope Gabalam in Syria vitam monasticam decennio exegit, quem celebrant Menæa 27 Februar, et Theodoretus, qui eum invisit, in Philotheo cap. 28, ad quem locum Rosweydus num. 81 utrumque confudit. Alius denique Thalelæus Martyr est in Menæis 20 Maii, cujus martyrio relato lib. I. Viridarii sacri ex tribus hisce Thalelæis unum facit Raderus. Verum hic martyr vixit sub Numeriano, ab aliis omnino distinctus

(86) Circa an. Ch. 554, imo S. Joannis Vitam adhuc viventis scripsit an. Ch. 557. Vide proleg. num. 15.

hic vir admirabilis, quo pacto in summa animi moderatione et mansuetudine, tantum pro rectis Ecclesiæ dogmatibus zelum intulerit; ut idem revera esset mitis et pugnator : et absolute quidem adversus omnes recta non sentientes, magno præditus erat atque ardenti zelo ; maxime autem contra manichæos, eosque qui nugas tuentur Origenis : qui multi cum essent tunc in locis Cæsaream ambientibus, tum ad eum venirent prætextu pietatis, erat leo adversus vulpes, sermone inexpugnabilis nec sustineri valens, demonstrationibus e sacra Scriptura petitis valide illos comprimens et suffocans ; et secundum Jeremiæ verba [25], efficiens ut ipsi confunderentur a gloriatione sua ; necnon fabulose apud eos traditam præexsistentiam et restitutionem evertens omnibus viribus atque dejiciens. Quinetiam in eos qui Arii et Sabellii laborant insania, acriter spirabat, eosque, juxta Prophetam, perfecto odio oderat [26].

LXXII. Cæterum septuagesimo et quinto anno ætatis (87) magni Euthymii, congregata fuit synodus Chalcedonensis ; in quam omnes fere totius orbis undique convenerunt pontifices (88) : eos enim ad conventum vocabant, quæ Ephesi scilicet innovata fuerant, a Dioscoro, inquam, Alexandrino ; quem cum eadem ac ille asserentibus, e sacris ejecerunt Catalogis; accuratumque fidei decretum exposuerunt. Huic synodo etiam intererant discipuli præcellentis Euthymii, Stephanus Jamniæ (89), et Saracenorum episcopus Joannes; cum Petrus quidem jam e vita excessisset, qui vero ei successit Auxolaus (90), adhæsisset Dioscoro, et ideo magno (proh dolor !) sane Euthymio invisus vitam finiisset. Ii ergo, Stephanus videlicet et Joannes, synodo præsentes, postquam fidei decretum jam erat mandatum litteris, eo statim arrepto, quam potuerunt celerrime ad Euthymium accedunt. Quonammodo affecti? Volentes scire, an ipse quoque assentiretur iis quæ scripta fuerant. Non mediocriter enim terrebat eos quod Auxolao contigerat ; neque habebant quo modo aut consentirent, aut differrent, antequam cognoscerent quo vergeret illius sententia. Postquam vero ille legisset, et quæ scripta erant invenisset recte se habere et rectæ regulæ veritatis concinero, pervasit repente fama totam solitudinem, quod et magnus Euthymius sequeretur synodum Chalcedonensem.

A Θαυμαστὸς οὗτος [b] ἀνὴρ · ὅπως ἐν μετρίῳ πάνυ καὶ ἐπιεικεῖ τῷ φρονήματι, τοσοῦτον ὑπὲρ τῶν ὀρθῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων εἰσήνεγκε ζῆλον, ὡς τὸν αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ πρᾶον εἶναι καὶ μαχητήν. Καὶ ἁπλῶς μὲν κατὰ πάντα ὀρθὰ μὴ φρονούντων, πολὺς ἦν τὸν ζῆλον καὶ διαπύρσιος [c] κατὰ Μανιχαίων δὲ μάλιστα, καὶ αὐτῶν τῶν τὰ Ὠριγένους ληρήματα πρεσβευόντων · οὓς πολλοὺς τότε ὄντας ἐν τοῖς περὶ Καισάρειαν τόποις, εἶτα καὶ εὐλαβείας προσχήματι πρὸς αὐτὸν φοιτῶντας, λέων πρὸς ἀλώπεκας ἦν, ἄμαχός τε τὸν λόγον καὶ ἀνυπόστατος, ταῖς ἐκ τῶν θείων Γραφῶν ἀποδείξεσιν ἰσχυρῶς αὐτοὺς συνέχων καὶ ἀποπνίγων · καὶ τὸ τοῦ Ἱερεμίου, αἰσχυνθῆναι τούτους ἀπὸ καυχήσεως αὐτῶν παρασκευάζων· τὴν παρ' αὐτοῖς τε μυθολογουμένην προὔπαρξιν καὶ B ἀποκατάστασιν ἀνατρέπων παντὶ σθένει καὶ καταβάλλων. Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτῶν ὅσοι τὴν Ἀρείου τε καὶ Σαβελλίου μανίαν ἐνόσουν, θερμὸν ἔπνει, καὶ τέλειον αὐτοὺς, κατὰ τὸν προφήτην, μῖσος ἐμίσει.

OB'. Ἑβδομηκοστῷ δὲ τῆς Εὐθυμίου τοῦ μεγάλου ἡλικίας καὶ πέμπτῳ ἐνιαυτῷ, καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι [d] συνεκροτήθη σύνοδος · καθ' ἣν ἁπάντων σχεδὸν τῶν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης συνελθόντων ἀρχιερέων · ἐκάλει γὰρ αὐτοὺς εἰς συνέλευσιν τὰ ἐν Ἐφέσῳ δηλαδὴ νεωτερισθέντα ὑπὸ Διοσκόρου, φημὶ, τοῦ Ἀλεξανδρέως · ὧν ἅμα τοῖς τὰ ἐκείνου πρεσβεύουσι τῶν ἱερῶν ἐκβαλόντων καταλόγων, ὅρον τε ἀκριβῆ τῆς πίστεως ἐκθεμένων · καὶ οἱ Εὐθυμίου μαθηταὶ τοῦ πάνυ τῇ συνόδῳ παρόντες ἐτύγχανον, Στέφανός τε ὁ Ἰαμνείας [e], καὶ ὁ τῶν Σαρακηνῶν ἐπίσκοπος Ἰωάννης · Πέτρου μὲν ἤδη τὸν βίον ἀπολιπόντος, τοῦ δὲ μετ' αὐτὸν Αὐξολάου τῷ Διοσκόρῳ προστεθέντος, καὶ διὰ τοῦτο ἐν ἀπεχθείᾳ τὸν βίον, οἴμοι ! τάγε πρὸς τὸν μέγαν Εὐθύμιον καταστρέψαντος. Οὗτοι γοῦν, Στέφανος δηλονότι καὶ Ἰωάννης, τῇ συνόδῳ παρόντες, ἐπείπερ ἤδη ὁ τῆς πίστεως ὅρος ἐν γράμμασιν ἦν, ἁρπάσαντες εὐθέως αὐτὸν, ἦ τάχους εἶχον πρὸς Εὐθύμιον παραγίνονται. Τί παθόντες ; Εἰ καὶ αὐτὸς στοιχοίη τοῖς γεγραμμένοις μᾶθεῖν ἐθέλοντες. Ἐφόβει γὰρ αὐτοὺς οὐ μετρίως τὸ κατὰ τὸν Αὐξόλαον · καὶ οὐκ εἶχον ὅπως ἢ συνθῶνται, ἢ ἀναβάλωνται, πρὶν ἂν καὶ τὴν ἐκείνου γνοῖεν τῆς γνώμης ροπήν. Ἐπεὶ δὲ ἐντυχὼν ἐκεῖνος, καλῶς ἔχοντα εὗρε τὰ γεγραμμένα, καὶ τῷ ὀρθῷ κανόνι τῆς ἀληθείας συνᾴδοντα, ἀθρόον ἡ φήμη πανταχοῦ τῆς ἐρήμου διέβαινεν, ὅτι καὶ ὁ μέγας Εὐθύμιος τῇ ἐν Χαλκηδόνι στοιχοίη συνόδῳ.

[25] Jerem. XII, 13. [26] Psal. CXXXVIII, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[b] al. ins. ὄντως. [c] al. διαπρύσιος. [d] al. Καλχηδόνι et infra. [e] al. Ἰαμνίας, et infra.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(87) An. Ch. 451, cœpta est 8 octobr. et post 13 sessiones absoluta 1 Novemb. Dicitur annus Euthymii 75, cum revera tantum esset 74, quod a Septembri annum inchoarent Orientales, isque principium contineret anni illius 75.

(88) Sexcenti et triginta.

(89) Uterque subscripsisse legitur Actioni 1, 2 et 6 ubi Joannes dicitur episcopus ἔθνους Σαρακηνῶν.

(90) Auxolaus hic interfuit synodo Ephesinæ II reprobatæ et adversus S. Flavianum, una cum Dioscoro, subscripsit. Hæc produnt acta Ephesina, quæ intexta sunt synodo Chalcedonensi sub finem Actionis primæ.

ΟΓ'. Τοῦτο δὲ κἂν πάντας ὀλίγου πρὸς αὐτῆ [f] τοὺς μοναχοὺς ἐπεσπάσατο, εἰ μή τις Θεοδόσιος, τὸ σχῆμα μὲν μοναχὸς, τὸν δὲ τρόπον γόης ἐπικαιρότατος καὶ διεφθαρμένος τὴν γνώμην, ἐπιεικῶς εἰς τὴν Παλαιστίνην ἐλθὼν, καὶ τοιαῦτά τινα κακούργως περὶ τῆς ῥηθείσης συνόδου πλασάμενος, ὡς ἀναιροίη μὲν τὸ τῆς ὀρθῆς πίστεως δόγμα καὶ ἀνατρέποι, εἰσάγοι δὲ μᾶλλον καὶ ἀνακαλοῖτο τα Νεστορίου, εἵλέ τε τὴν Αὐγούσταν Εὐδοκίαν, τῇ Παλαιστίνῃ τηνικαῦτα ἐπιδημοῦσαν, καὶ ἅπαν δι' αὐτῆς ὑπηγάγετο τὸ μοναχικόν. Ἔπειτα καὶ τῳ τῶν Ἱεροσολύμων θρόνῳ ἰταμῶς, ὦ δίκη, καὶ ἀναισχύντως ἐπιπηδᾷ· καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἀξουσίας εὐκολίαν παραλαβὼν, ἐπιστρατεύει τοῖς θείοις κανόσι καὶ νόμοις. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἄνθρωποι μὲν ἐπιεικεῖς καὶ σώφρονες, τῶν θρόνων καὶ ἱερῶν ἀπελήλαντο· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ἀνῃροῦντο παρ' αὐτοῦ, καὶ τὰς χεῖρας ὁ μιαρὸς ἀρχιερέων, φεῦ! ἐμίαινεν αἵμασι [g]· κακοῦργοι δὲ καὶ γόητες καὶ λοιμοὶ, καὶ δεσμωτηρίων μᾶλλον ἢ θρόνων ἄξιοι, ἱεροφάνται καὶ ἱερεῖς ἀνεδείκνυντο, καὶ πολλῆς παρὰ τῷ λυμεῶνι τούτῳ καὶ μιαρῷ τῆς παῤῥησίας ἀπελαυον.

ΟΔ'. Οὕτω δὲ [h] αὐτοῦ πάντας ἀνῃρητημένου τοὺς μοναχοὺς, καὶ ὅτη βούλοιτο ἄγοντος, μόνοι τὴν αὐτοῦ κοινωνίαν, καθάπερ ἄγος τι κίασμα, οἱ περὶ τὸν μέγαν Εὐθύμιον ἀπεστρέφοντο. Ἐπεὶ δὲ καὶ τούτῳ πεῖραν προσῆγεν ὁ δυσσεβὴς Θεοδόσιος, καὶ μετεκαλεῖτο πρὸς ἑαυτὸν, ἐκείνου μηδὲ ἀκοῦσαι τὸν λόγον ἀνεχομένου, πέμπει πρὸς αὐτὸν πάλιν πρεσβείαν, Ἐλπίδιον καὶ Γερόντιον· ὧν ὁ μὲν τοῦ μεγάλου Πασσαρίωνος, ὁ δὲ τῆς μακαρίας Μελάνης διάδοχος ἦν· ἀξιοῦντας, καὶ εἰ μὴ παρ' αὐτὸν ἀφικέσθαι βούλοιτο, ἀλλ' ὅῦν ἔν τινι τόπῳ συνελθεῖν ἀμφοτέρους, καὶ περὶ ὧν ἑκάτερος ἔχοι, πρὸς ἀλλήλους διαλεχθῆναι. Καὶ ὃς δεινῶς καὶ πρὸς ταῦτα σχελιάσας· Μή μοι γένοιτο, εἶπε, μήτε τοῦ ἀδίκου τῶν ἱερέων αἵματος, μήτε τῆς αἱρέσεως κοινωνῆσαι Θεοδοσίῳ. Οἱ δὲ, Ἀλλὰ τοῖς τοῦ Νεστορίου, φασὶ, κοινωνεῖν ἀναγκαῖον, ὅτι τε δύο φύσεις πρεσβεύει, ὅπερ οὐδέπω μέχοι καὶ νῦν ἔκ τινος παρειλήφαμέν, καὶ ὅτι περ αὐτοῖς καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος ἠκολούθησεν.

ΟΕ'. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ μέγας Εὐθύμιος, Τὰ μὲν ὑπὸ

LXXIII. Hoc autem omnes propemodum monachos ad eam attraxisset, nisi Theodosius (91) quidam, habitu quidem monachus, moribus (92) vero prætigiator exitiosissimus, et mente corruptus, veniens in Palæstinam præter expectationem, et hæc similiaque improbe de dicta synodo commentus, quod everteret quidem rectæ fidei dogma, introduceret autem potius atque revocaret Nestorii sententiam, cepisset Eudociam (93) Augustam, quæ tunc in Palæstina (94) versabatur et per eam omnem induxisset monasticum ordinem. Is postea etiam sedem Hierosolymitanam temerarie (o justitia!) et impudenter invadit (95); atque cum ex potestate accepisset facultatem, bellum gerit adversus divinos canones et leges. Inde homines quidem probi atque moderati a sedibus et sacris expellebantur; fuerunt et qui ab eo occisi (96) sunt; necnon manus sceleratus pontificum (97) (heu!) sanguine polluit; malefici autem et præstigiatores, et pestes potiusque digni carceribus quam sedibus, sacrorum interpretes et sacerdotes creabantur, atque apud hunc scelestum impurumque magnam assequebantur fiduciam.

LXXIV. Cum vero sic omnes monachi ab eo penderent, duceretque eos quo vellet, solus communionem ejus, tanquam scelus aliquod et piaculum aversabatur magnus Euthymius cum suis. Quoniam autem ei quoque tentationem inferebat impius Theodosius, et ad se arcessebat, illo ne sermonem quidem audire sustinente, rursus mittit ad eum legationem, Elpidium (98) et Gerontium (99); quorum ille quidem magni Passarionis, hic vero beatæ Melaniæ (1) erat successor, rogantes, ut si ad ipsum nollet venire, convenirent tamen ambo in locum aliquem, et de iis quæ uterque lamentatus: Absit, inquit, ut aut *in* injuste fuso sanguine sacerdotum, aut in hæresi communicem cum Theodosio. Ii autem: Sed necesse est, inquiunt, ut communices Nestorii sectatoribus, quoniam et is duas tuetur naturas: quod ne in hodiernum quidem diem ob aliquo accepimus, atque iis adhæsit Chalcedonensis synodus.

LXXV. Tunc magnus excipiens Euthymius ait:

VARIÆ LECTIONES.

[f] al. αὐτήν. [g] al. αἵματι. [h] al. δέ.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(91) De Theodosio hoc agit Evagrius lib. 2, cap. 5. Nicephorus lib. 15, cap, 9.

(92) Hic a suo proprio episcopo in maleficiis deprehensus; expulsus fuit monasterio; et quod, dum forte Alexandriæ versabatur, adæserat Dioscoro, et multis utpote seditiosus, verberibus dilaceratus, cameloque maleficorum mere impositus, circum urbem ductus fuerat, Ita Evagrius eumque secutus Nicephorus.

(93) Viduam Theodosii Junioris imperatoris, de cujus conversione, doctrina, conjugio actum est 8 Januarii in Vita S. Altici n. 40.

(94) Ut vitam a strepitu quietam tranquillamque duceret, cujus contrarium experta est, in Euthychianam hæresim seducta.

(95) Intrusus in cathedram ipso festo Resurretionis an. Ch. 452, cum Juvenalis Constantinopolim pellisset.

(96) Inter hos fuit S. Athanasius diaconus, de quo agit Martyrol. Romam. 5 Julii.

(97) Ex his S. Severianus episcopus Scythopolis, qui colitur 21 Februar.

(98) Elpidius præerat monasterio S. Passarionis, cum S. Sabas Hierosolymam veniret, ab eoque est missus ad S. Euthymium. Ita Cyrillus in Vita S. Sabæ.

(99) Hic Gerontius admodum pertinax permansit in hæresi, duxque cæterorum fuit.

(1) Est hæc Melane, aliis Melana et Melania junior, cujus vitam dabimus 31 Decemb. ubi plura de monasteriis, etiam virorum, ab ea Hierosolymis exstructis.

Quæ ab ea quidem synodo sunt statuta, nondum singulatim consideravi omnia sed quod attinet ad decretum ab eis expositum, non possum quæ definita sunt reprehendere. Statuit enim ipsa quoque, sequi sententiam trecentorum decem et octo sanctorum Patrum qui Nicææ convenerunt;et suadet amplecti synodum centum et quinquaginta Patrum Constantinopoli congregatorum;et jubet eos sequi qui Ephesi convenerunt adversus impium Nestorium; Cyrillum autem Alexandrinum,ut ejusdem sententiæ, associat, et rectæ fidei magistrum profitetur; Deiparam, sanctam Virginem libera lingua nominat,et unigenitum Dei Filium ex ea natum esse asserit;sine tempore quidem et sine corpore ex l'atre, in tempore autem et secundum carnem ex matre;unum Christum, a nobis inconfuse, immutabiliter, citra divisionem,in duabus naturis cognitum;et propter eos qui audent quamdam admittere divisionem in inexplicabili arcanaque unione,quæ secundum hypostasim seu personam facta est in utero,et eos qui per conversionem dicunt carnem factum esse Deum Verbum, carnemque Unigeniti asserunt esse consubstantialem divinitati; et alioqui propter eos etiam qui non confitentur unionem hypostaticam Verbi cum carne,at commistionem et confusionem; deinde et consubstantiationem impie ac prodigiose affirmant,qui quidem divinitatis et carnis aiunt unam fuisse naturam; adeo ut si spectentur quæ ab illis præter rationem dicta sunt,non possit amplius servari,nec id quod est Christi patibile,propter impatibilitatem divinitatis, neque id quod est impatibile,propter patibilitatem ipsius rursum humanitatis.Juxta hunc itaque rectæ sententiæ scopum,illud, *In duabus naturis*, decreto additum est a synodo; non tanquam seorsum atque per partes Christum exhibente, sed confitente eumdem in utroque, et utrumque in eodem.

LXXVI. Hæc persequente Euthymio,laudabat quidem Elpidius, et fatebatur recte habere quæ dicta fuerant,etiamsi non recesserit a communione Theodosii,statimque ostendit mutationem.Gerontius autem manebat in eadem sententia.Et sic reversi inter se dissentientes, Theodosio responsa annuntiant. Quibus ille auditis,quoniam in Palæstina jam omnia obtinebat, majus adhibebat studium, ut eum quoque in suam nassam traheret;magnoque assidue tendebat laqueos,ubique illecebras occultabat.Et quotidie aliquos ad eam submittebat, qui bona scilicet suaderent et utilia:ut discederet quidem ab iis quæ recte, et,ut Deo placet, sibi visa fuerant; Theodosio autem assentiretur,illiusque amplecteretur communionem. Ille vero quotidianos eorum adventus ægre et gravi animo ferens,quid agit? Cum omnes quibus præerat fratres convocasset, cautionemque multam eis præcepisset, ut nullo modo cederent, nec assentirentur pravæ Theodosii sententiæ; sed potius ita sentientium ora obstruerent,

A τῆς τοιαύτης συνόδου δόγματισθέντα, οὔπω, φησί, καταμέρος ἐπέσκεμμαι πάντα· πλὴν ὅσον ἐπὶ τῷ παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντι ὅρῳ, οὐκ ἔχω τῶν δεδογμένων ἐπιλαβέσθαι. Τά τε γὰρ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Ηατέρων τῶν κατὰ Νίκαιαν συνελθόντων, καὶ αὐτὴ δοξάζειν νομοθετεῖ· τήν τε τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν σύνοδον ἀσπάζεσθαι παραινεῖ, καὶ τοῖς ἐν Ἐφέσῳ κατὰ Νεστορίου συνελθοῦσι τοῦ δυσσεβοῦς ἀκολουθεῖν ἐπιτρέπει· Κύριλλον δὲ τὸν Ἀλεξανδρείας, ὡς ὁμόδοξον ἑταιρίζεται, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως διδάσκαλον ἀνομολογεῖ· Θεοτόκον τὴν ἁθίαν Παρθένον, ἐλευθέρᾳ γλώττῃ κατονομάζει, καὶ τὸν μονογενῆ
B τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα[1] πρεσβεύει· ἀχρόνως μὲν καὶ ἀσωμάνως ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὑπὸ χρόνον δὲ καὶ κατὰ σάρκα ἐκ τῆς Μητρός· ἕνα Χριστὸν ἡμῖν, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἐν δυσὶ ταῖς φύσεσι γνωριζόμενον· διά τε τοὺς διαιρεσίν τινα τολμῶντας ἐπὶ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἐν τῇ μήτρᾳ γεγεννημένης ἀφράστου καὶ ἀπορρήτου ἑνώσεως, καὶ τοὺς κατὰ τροπὴν λέγοντας σάρκα γεγενῆσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ τὴν τοῦ Μονογενοῦς σάρκα ὁμοούσιον τῆς θεότητος ἀποφαινομένους· ἄλλως τε δὲ, καὶ διὰ τοὺς μὴ ἕνωσιν τοῦ Λόγου καθ' ὑπόστασιν πρὸς τὴν σάρκα ὁμολογοῦντας, ἀλλὰ σύμφυρσίν νε καὶ σύγχυσιν· εἶτα καὶ συνουσίωσιν ἀσεβῶς τερατευομένους· οἵτινες τήν τε τῆς θεότητος καὶ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν, μίαν γεγενῆσθαί φασιν· ὡς μηκέτι δύνασθαι κατὰ τὰ ὑπ' ἐκείνων ἀλόγως εἰρημένα, μήτε τὸ παθητὸν τοῦ Χριστοῦ διὰ τὸ ἀπαθὲς τῆς θεότητος, μήτε τὸ ἀπαθὲς σώζεσθαι διὰ τὸ παθητὸν αὐτοῦ πάλιν τῆς ἀνθρωπότητος. Κατὰ τοῦτον τοινυν τὸν τῆς ὀρθῆς διανοίας σκοπὸν, τὸ, Ἐν δυσὶ φύσεσιν, ὑπὸ τῆς συνόδου τῷ ὅρῳ προστέθειται· οὐχ ὡς ἰδίᾳ καὶ ἀναμέρος τὸν Χριστὸν γνωριζούσης, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἐν ἑκατέρῳ διομολογούσης καὶ ἐν ταὐτῷ τὸ ἑκάτερον.

ΟΣ'. Ταῦτα τοῦ Εὐθυμίου διεξιόντος, ὁ μὲν Ἐλπίδιος ἐπῄνει, καὶ ὀρθῶς ἔχειν ὡμολόγει τὰ εἰρημένα, εἰ καὶ μὴ τῆς Θεοδοσίου κοινωνίας ἀπέστη, καὶ τὴν μεταβολὴν εὐθὺς ἐπεδείξατο. Ὁ δὲ Γερόντιος ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔμενε γνώμης. Καὶ οὕτως ἀσύμφωνοι ἀλλήλοις ἐπανελθόντες, ἀπαγγέλλουσι Θεοδοσίῳ τας ἀποκρίσεις. Ἀκούσας δὲ τούτων ἐκεῖνος,
D ἐπεὶ πάντων ἐγκρατὴς ἤδη τῶν κατὰ Παλαιστίνην ἐγένετο, πλείονι τῇ σπουδῇ ἐχρῆτο, καὶ αὐτὸν εἴσω τῆς οἰκείας σαγήνης λαβεῖς· καὶ παγίδας ἔκρυπτε τῷ μεγάλῳ πανταχοῦ καὶ δελέατα. Καὶ τινας αὐτῷ καθίει καθ' ἑκάστην ἡμέραν, οἳ τὰ χρηστὰ ὁρῶντες αὐτῷ καὶ λυσιτελῆ συνεβούλευον, ἀποστῆναι μὲν τῶν κελῶς καὶ ὡς Θεῷ φίλον αὐτῷ δεδογμένων, Θεοδοσίῳ δὲ συνθεσθαι, καὶ τὴν ἐκείνου κοινωνίαν ἀσπάσασθαι. Ὁ δὲ τὰς καθημερινὰς ἐκείνων προσελεύσεις δυσχεραίνων καὶ βαρυνόμενος, τί ποιεῖ; τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀδελφοὺς ἅπαντας συγκαλέσας, καὶ πολλὴν αὐτοῖς ἀσφάλειαν παραγγείλας, τοῦ μηδαμῶς ἐνδοῦναι. μηδὲ συνθέσθαι τῇ τοῦ Θεοδοσίου κακοδοξίᾳ· ἀλλ'

VARIÆ LECTIONES

[1] **al.** γεννηθῆναι.

ἐπιστομίζειν μᾶλλον τοὺς οὕτω φρονοῦντας, καὶ ὅση δύναμις χειραγωγεῖν εἰς ἀλήθειαν· ἀπαίρει καὶ νῦν ἐπὶ τὴν πανέρημον, πολλοὺς καὶ ἄλλους γενέσθαι παρασκευάσας ζηλωτὰς αὐτοῦ τῆς ἀναχωρήσεως.

OZ'. Ἦν δέ τις ἀναχωρητὴς ἐκεῖ μέγας πρὸ μικροῦ, ἔναγχος μὲν παραβαλὼν ἀπὸ τῆς Λυκίας, Γεράσιμος δὲ καλούμενος, ὃς πᾶσαν ἐν τῇ πατρίδι τὴν μοναχοῖς πρέπουσαν ἐπιδειξάμενος πολιτείαν, πολλοὺς καὶ κατὰ τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων εἰσήνεγκε τοὺς ἱδρῶτας. Οὗτος οὖν ἐν τῇ παρὰ τὸν Ἰορδάνην ἐρήμῳ καλῶς ἀσκούμενος, καὶ πολλὰ τοὺς δαίμονας πλήττων, βάλλεται καὶ αὐτὸς, ἢ σκελίζεται μᾶλλον, ὑπὸ τῆς αὐτῶν κακουργίας, καὶ τοῖς αἱρετικοῖς συναπάγεται. Ἀκούων δὲ παρὰ πάντων μικροῦ τῶν ἀναχωρητῶν τά γε τοῦ Εὐθυμίου, καὶ τοῖς περὶ αὐτοῦ ᾄδομένοις τὰ ὦτα πληρούμενος, ἦκεί ποτὲ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τὸν Ῥουβᾶν· καὶ χρόνον συνδιατρίψας συχνὸν, νάματός τε τῆς ἐκείνου γλώττης τοῦ καθαρωτάτου πιὼν, οἷά τινα νόσον τὴν αἵρεσιν ἐξεμεῖ, καὶ πρὸς τὴν ὑγιᾶ πίστιν ἐπάνεισι· πολλὴν τῆς ἀπάτης μετάνοιαν ἔχων, καὶ τὴν διαφθαρεῖσαν ὑπὸ κενῶν λόγων καρδίαν, κέντρῳ λύπης κολάζων καὶ τιμωρούμενος. Τούτῳ δὲ αὐτῷ καὶ ἀναχωρηταὶ ἕτεροι, Πέτρος ὁ Γυρνίτης j ἐπίκλην, καὶ Μάρκος καὶ Ἰούλων καὶ Σιλουανὸς ἠκολούθησαν, καὶ τῆς Θεοδοσίου καὶ αὐτοὶ βλαβερᾶς ἀπέστησαν κοινωνίας.

OH'. Δευτέρου δὲ μετὰ ταῦτα διαγεγονότος ἐνιαυτοῦ, οἴγεται μὲν ἐξ ἀνθρώπων ὁ Θεοδόσιος, κἀτεῖσι δὲ ἀπὸ τοῦ Ῥουβᾶ πρὸς τὴν λαύραν ὁ μέγας. Καὶ δή ποτε μιᾶς τῶν Σαββάτων, ὁ μὲν ἐλειτούργει Θεῷ, καὶ τὴν ἀναίμακτον αὐτῷ προσῆγε θυσίαν, Δομετιανὸς δὲ πρὸς τὰ δεξιὰ μέρη [k] μετὰ τῆς μυστικῆς ἐκείνης ῥιπίδος παρίστατο. Τελετσθαι δὲ ἤδη μελλούσης τῆς τοῦ τρισαγίου δοξολογίας, Τερέβων τε ὁ Σαρακηνὸς καὶ ὁ Χρυσίππου ἀδελφὸς Γαβριήλιος, ὁ μὲν πλησίον, ὁ δὲ τοῦ θυσιαστηρίου ἔνδον ἑστὼς (τῆς πολλῆς σου περὶ τὸν Εὐθύμιον, Χριστὲ, χάριτος!) ὁρῶσι πῦρ ἐκ τοῦ αἰφνιδίου, καθάπερ ἐπί τινος διακεχυμένον ὀθόνης, ἄνωθεν κατιὸν, καὶ αὐτόν τε τὸν μέγαν Εὐθύμιον, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Δομετιανὸν ἔνδον περιλαβόν, καὶ οὕτω περὶ αὐτοὺς διαμεῖναν ἀπαρχῆς τοῦ Τρισαγίου ἄχρι καὶ συμπληρώσεως τῆς ἱερᾶς λειτουργίας. Δέει δὲ ληφθέντα φησὶ τὸν Τερέβωνα, περιδεῆ καὶ κατάφοβον ὑποχωρῆσαι τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τοῦ λοιποῦ μηκέτι ἀναίδην ὡς εἶχε καὶ θρασέως τῆς τῶν ἁγίων εἰσόδου κατατολμῆσαι, ἀλλ' ἐν τοῖς τοῦ ναοῦ προπυλαίοις μετὰ πολλῆς κατὰ τὴν σύναξιν ἑστάναι τῆς εὐλαβείας· ὡς ὁ ἀναχωρητὴς ἐμοὶ Κυριακὸς ὕστερον διηγήσατο, παρὰ Τερέβωνος αὐτὰ καὶ Γαβριηλίου τῶν ἑωρακότων ἀκηκοώς.

A et pro viribus eos deducerent ad veritatem; nunc quoque recedit in omnimodam solitudinem; atque multos alios reddidit secessus sui imitatores.

LXXVII. Cæterum illic magnus quidam anachoreta a pauco tempore degebat, qui quidem nuper venerat ex Lycia, vocabatur autem Gerasimus (2); omnemque in patria monachos decentem ostenderat virtutem, necnon multos intulerat sudores contra spiritus nequitiæ. Is ergo, in eremo Jordani adjunctæ se præclare exercens, et sæpe multumque dæmones percutiens, pulsatur ipse quoque, seu potius supplantatur, ab eorum improbitate, et abducitur ab hæreticis. Cum autem audiret ab omnibus fere anachoretis de Euthymio, auresque haberet oppletas iis quæ de eo celebrabantur, venit aliquando ad eum in Ruban; diuque cum ipso versatus, postquam purissimum illius linguæ bibisset fluentum, veluti quemdam morbum evomit hæresim, et ad sanam fidem revertitur; multa ob seductionem ductus pœnitentia, et cor vanis corruptum sermonibus, doloris stimulo castigans et puniens. Hunc vero ipsum etiam alii secuti sunt anachoretæ, Petrus (3) Gyrnites cognomine, Marcus, Julon et Silvanus; ipsique pariter a Theodosii noxia communione recesserunt.

LXXVIII. Cum autem secundus (4) post hæc annus intercessisset, abit quidem clam hominibus Theodosius, e Ruban vero in lauram revertitur magnus Euthymius. Et aliquando una Sabbatorum, ille quidem Deo ministrabat, eique incruentum offerebat sacrificium; Domitianus autem astabat ad dexteram partem cum mystico illo ventilabro. Cumque jam peragenda esset Trisagii doxologia, Terebon Saracenus et Chrysippi frater Gabrielius, hic quidem prope, ille vero stans intra altare (o magnam, Christe, tuam erga Euthymium gratiam!) vident ignem derepente, veluti in quodam diffusum linteo, desuper descendentem, quique intus complecteretur ipsum magnum Euthymium unaque cum eo Domitianum, sicque circa ipsos permansisse ab initio Trisagii usque ad complementum sacræ liturgiæ. Terebonem autem ait metu terroreque correptum, ab altari recessisse, nec amplius postea libere (5) uti erat et fidenter ausum esse ingredi in adyta, sed in templi constitisse vestibulis cum magna per synaxim reverentia. Ut mihi postmodum narravit Cyriacus anachoreta, qui hæc audierat a Terebone et Gabrielio, miraculi spectatoribus.

B C D

VARIÆ LECTIONES.

j al. Γουρνίτης. k abest ab al.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(2) De S. Gerasimo agemus 5 Martii. Ejus virtutes describuntur infra cap. 15, apud Moschum in *Prato spirituali* cap. 107 et 141, et in Vita S. Sabæ et S. Quiriaci.

(3) Monasterii Abbatis Petri juxta Jordanem meminit Moschus cap. 16, 17 et 18, sed an hujus, non definimus.

(4) Menses 20 seditiosus Theodosius tyrannidem in sede Hierosolymitana exercuit, et ad montem Synæum profugit Nicephorus.

(5) Quia vir ipse conjugatus erat.

LXXIX. Neque hoc solum,sed ista quoque mihi retulit de Gabrielio, quod esset quidem natura eunuchus,post viginti vero et quinque annos accedebat tunc primum ad synaxim fratrum.Præterea hoc etiam mihi a Patribus renuntiatum est,a Deo datum fuisse Euthymio,ut internos animi motus ex aspectu externo, veluti per quoddam speculum, intelligeret, et accurate posset cognoscere, cum quibusnam nimirum quisque decertaret cogitationibus, et quasnam quidem superaret, a quibusnam vero per malignum vinceretur.

LXXX. Aiunt quoque illum aliquando dixisse quibusdam fratribus, qui cum eo seorsum versabantur, quod sæpe videret terribilem angelorum visionem,una secum ministrantium,et sacra peragentium ; quodque in Dominici corporis sumptione,aliquos quidem ex accedentibus cerneret ab ipsa illuminari,aliquos autem velut obscurari, morteque affici,quicunque scilicet indigni erant eo lumine et splendore.Quamobrem non cessabat testificari fratribus,illudque Apostoli optime admonere,ut unusquisque attendat et seipsum probet,sicque cum tremore sumat panem et calicem [27]; cum bene sciat is qui accedit,quod judicium sibi comedit et bibit,qui communionem indigne facit.Propterea quippe statim ac primum hoc sacrificium offert sacerdos,multitudinem veluti præmunit, cautioremque reddit, *Sursum habeamus corda*, eis acclamans ; acceptaque ab illis promissione, ita audet offerre oblationem.

LXXXI.Qua etiam peracta,ille iterum manibus in cœlum sublatis,et quasi ostendens dispensatum pro nostra salute mysterium,clara voce sic pronuntiat: *Sancta sanctis* : perinde ac si dixerit quispiam : Quandoquidem ego homo sum, similia ac vos patiens, ignorans uniuscujusque in vita opera, ideo ante contestor aperte, et hanc probationem communem suggessi vestræ conscientiæ : Si quis ab injuriæ recordatione vel odio,si quis ab invidia vel ira vel superbia captus fuerit; si quis a maledicto aut turpi loquela aut prava cupiditate aut alio quodam vitio fuerit correptus, *attractus per malitiæ inventorem*, ne prius accedat,quam per pœnitentiam expurgatus fuerit a scelere.Nam sancta hæc, inquit, non profanis,sed sanctis exhibentur.Quicunque ergo vestræ confiditis conscientiæ,ad eum accedite,et illuminemini,nec vestri vultus pudore afficiantur.Sed nescio quo modo dulcedo doctrinæ Euthymii, me vel nolentem assumens,præcedentiam abrupit consequentiam,et tantum non confusionem peperit. Itaque necesse est ut vos narrationem rursus revocetis in memoriam.

LXXXII. Capta ergo fuit,ut jam ante declaravimus, improbi Theodosii laqueis beata Eudocia,et a catholica communione discessit,atque de cætero

οθ'. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ταῦτα περὶ Γαβριηλίου μοι διεξῇει, ὡς εἴη μὲν εὐνοῦχος ἐκ φύσεως, παραβάλοι δὲ τότε πρῶτον διὰ πέντε καὶ εἴκοσι χρόνων τῇ τῶν ἀδελφῶν συνάξει. Ἔτι καὶ τοῦτό μοι παρὰ τῶν Πατέρων ἀπηγγέλη, πρὸς Θεοῦ δοθῆναι τῷ Εὐθυμίῳ, ὥστε τὰς ἔνδον τῆς ψυχῆς κινήσεις, ἀπὸ τῆς ἐκτὸς ὄψεως, οἱονεὶ διά τινος ἐσόπτρου, κατανοεῖν, καὶ ἀκριβῶς ἔχειν εἰδέναι, τίσιν ἄρα παλαίει λογισμοῖς ἕκαστος, καὶ οἵων μὰν περεγίνεται, οἵων δὲ ἥττων ὑπὸ τοῦ πονηροῦ γίνεται.

Π'. Φασὶ δὲ αὐτὸν καί ποτε πρός τινας τῶν ἀδελφῶν καταμόνας αὐτῷ συνόντας εἰπεῖν, ὡς ἄρα φοβερὰν ἴδοι πολλάκις ὄψιν ἀγγέλων, συλλειτουργοῦσαν [l] αὐτῷ καὶ τῶν ἱερῶν ἐφαπτομένην [m] · καὶ ὡς ἐν τῇ τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος μεταλήψει, τινὰς μὲν τῶν προσιόντων φωτιζομένους ὑφ' αὐτῆς ὁρῴη, τινὰς δὲ οἷον ἀμαυρουμένους καὶ νεκρουμένους · ὅσοι δηλονότι ἀναξίως εἶχον τοῦ φωτὸς ἐκείνου καὶ τῆς λαμπρότητος. Διὸ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς οὐκ ἔλαθε διαμαρτυρόμενος, καὶ τὸ τοῦ Ἀποστόλου ἄριστα παραινῶν, προσέχειν ἕκαστον, καὶ ἑαυτὸν δοκιμάζειν, καὶ οὕτω φρικτῶς τοῦ ἄρτου τε καὶ τοῦ ποτηρίου μεταλαμβάνειν · εὖ εἰδότα τὸν προσερχόμενον, ὅτι κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, ἀναξίως ποιούμενος τὴν μετάληψιν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὴν πρώτην εὐθὺς προσάγων τήνδε τὴν θυσίαν ὁ ἱερεὺς, οἱονεὶ τὸ πλῆθος προασφαλίζεται, Ἄνω σχῶμεν τὰς καρδίας, αὐτοῖς ἐπιφωνῶν · καὶ τὴν παρ' ἐκείνων λαβὼν ὑπόσχεσιν, οὕτω τὴν προσαγωγὴν θαῤῥεῖ τῆς ἀναφορᾶς.

ΠΑ'. Ἧς καὶ συντελεσθείσης, τὰς χεῖρας ἐκεῖνος πάλιν εἰς οὐρανὸν ἀνατείνων, καὶ ὥσπερ αὐτοῖς ὑποδεικνὺς τὸ οἰκονομηθὲν τῆς σωτηρίας χάριν τῆς ἡμετέρας μυστήριον, μετὰ λαμπρᾶς οὕτω φησὶ τῆς φωνῆς · Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις · ὡς ἂν εἴποι τις · Ἐπειδήπερ ἐγὼ ἄνθρωπος ὁμοιοπαθὴς ὑμῖν, ἀγνοῶν τὰ ἑκάστῳ βεβιωμένα, διὰ τοῦτο δὴ φανερῶς προδιαμαρτύρομαι, καὶ κοινὸν τὸ δοκίμιον τοῦτο τῷ ὑμετέρῳ συνειδότι καθῆκα · Εἴ τις ὑπὸ μνησικακίας ἢ μίσους, εἴ τις ὑπὸ φθόνου ἢ ὀργῆς ἢ ὑπερηφανίας ἑάλω, εἴ τις ὑπὸ λοιδορίας ἢ αἰσχρολογίας ἢ ἀτόπου ἐπιθυμίας, εἴτε τινὸς ἑτέρου πάθους κατείληπται [n], μὴ πρότερον προσίτω, πρὶν ἂν διὰ μετανοίας ἐκκαθαρθῇ τοῦ μιάσματος. Τὰ γὰρ ἅγια ταῦτα, φησὶν, οὐχὶ τοῖς βεβήλοις, ἀλλὰ τοῖς ἁγίοις ἀνέῖται. Ὅσοι τοιγαροῦν θαῤῥεῖτε τῷ συνειδότι, προσέλθετε πρὸς αὐτὸν καὶ φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἡ γλυκύτης με τῆς Εὐθυμίου διδασκαλίας παραλαβοῦσα καὶ μὴ βουλόμενον, διέκοψε τὴν ἀκολουθίαν τῶν προλαβόντων, καὶ σύγχυσιν ὀλίγου δεῖν ἐνειργάσατο. Οὐκοῦν ἀνάγκη καὶ πάλιν ὑμᾶς ἀναμνῆσαι τοῦ διηγήματος.

ΠΒ'. Ἤλω μὲν οὖν, ὡς ἤδη φθάσαντες ἐδηλώσαμεν, ταῖς Θεοδοσίου τοῦ μοχθηροῦ πάγαις ἡ μακαρῖτις Εὐδοκία, καὶ τῆς καθολικῆς κοινωνίας διέστη,

[27] I Cor. xi, 28, 29.

VARIÆ LECTIONES.

[l] al. συλλειτουργούντων. [m] al. συνεφαπτομένων. [n] al. add. ὑπὸ τοῦ τῆς κακίας ἐφευρετοῦ παρασυρείς.

καὶ τὸ λοιπὸν σπουδῇ πάσῃ κατὰ τῶν ὀρθοδόξων δι- A adversus orthodoxos toto studio decertabat: sed et
ηγωνίζετο· ἐπηγάγετο δὲ καὶ πάντας τοὺς μοναχοὺς, induxit omnes monachos, quotquot vel in solitu-
ὅσοι τε τὴν ἔρημον, καὶ ὅσοι τὴν ἁγίαν πόλιν κατ- dine vel in sancta habitabant civitate, persuasitque
ῴκουν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐκείνῃ πρεσβεύειν ἔπεισεν. Ἐπεὶ ut eadem cum illa assererent. Postquam autem
δὲ ἡ δίκη μετῆλθε τὸν Θεοδόσιον, καὶ ὁ μὲν ἐκποδὼν justitia sumpsit vindictam de Theodosio, isque jam
ἤδη γίνεται. Ἰουβενάλιος δὲ τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἀπο- amotus fuit, Juvenalis vero sedem suam recepit,
λαμβάνει, καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις τὰ λυπηρὰ διαλύον- dissoluta sunt quæ Ecclesiis afferebant moles-
ται, γράμματα πολλάκις τῇ βασιλίδι Οὐαλερίου τοῦ tiam, litteræ Valerii (6) fratris et Olybrii (7) ge-
ἀδελφοῦ, καὶ Ὀλυβρίου τοῦ γαμβροῦ πέμπονται neri sæpe mittuntur ad imperatricem hac de
πάρ' αἰτίαν, ὥστε τῆς τῶν Εὐτυχιανιστῶν ἀφεμένην causa, ut Eutychianistarum relicta communione,
κοινωνίας, τοῖς τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ δεδογμένοις sequatur ea quæ ab Ecclesia catholica decreta
ἀκολουθῆσαι. Ἡ δὲ πρῶτα μὲν τὴν μεταβολὴν ὤκνει fuerunt. Illa vero primum quidem mutationem
καὶ ἀνεβάλλετο, καὶ οὐκ εἶχεν ὅπως ἂν τὰ ἤδη δόξαν- detrectabat et differebat, neque noverat quo mo-
τα καταπρόηται. do prius placita abjiceret.

ΠΓ'. Ἐπειδὴ δὲ μάθοι τόν τε γαμβρὸν αὐτῆς ἐν LXXIII. Verum postquam didicisset generum
Θράκῃ ἀναιρεθῆναι, τὴν θυγατέρα τε καὶ τοὺς παῖδας B suum in Thracia (8) fuisse interemptum [28] (9), fi-
ὑπὸ τοῖς πολεμίοις ἤδη γενέσθαι, καὶ αἰχμαλώτους liamque (10) et ejus filias esse in potestate hos-
εἰς Καρχηδόνα ἀπάγεσθαι, σφόδρα πληγεῖσα τὴν tiam, atque captivas abduci Carthaginem: corde
καρδίαν, καὶ ἀνταπόδοσιν εἶναι τούτων τὴν τῶν φιλ- valde sauciata, et arbitrata charissimorum amissio-
τάτων ἀποβολὴν κρίνασα, διδάσκαλον εὑρίσκει τὴν nem retribui gestis suis, invenit calamitatem ma-
συμφορὰν τοῦ καλῶς ἔχοντος· Καὶ ἡ παιδεία γάρ gistram ejus quod recte habet: nam *Et disciplina*
σου, φησὶν, αὐτή με διδάξει· καὶ πρὸς τὴν ὀρθό- *tua*, inquit, *ipsa me docebit* [29]; et ad rectam veram-
τομον [a] καὶ ἀληθῆ πίστιν δι' ἐκείνης ὁδηγηθεῖσα, que fidem per illam deducta, statuit deinceps va-
σχολάσαι τὸ λοιπὸν ἔγνω θείοις ἀνδράσι τυπουμένη, care, a viris divinis instituta, iisque utens ducto-
καὶ χειραγωγοῖς χρωμένη πρὸς σωτηρίαν. Ταύτῃ τοι ribus ad salutem. Atque ideo Anastasium chore-
καὶ τὸν χωρεπίσκοπον Ἀναστάσιον, μετὰ τινων piscopum (11) cum quibusdam aliis ministris suis
ὑπηρετουμένων αὐτῇ καὶ ἄλλων, εἰς Ἀντιόχειαν mittit Antiochiam ad Symeonem (12) columnarem
παρὰ τὸν κιονίτην Συμεὼν, τὸν ὑψωθέντα τῇ ἀρετῇ illum, qui multo altius erat sublatus virtute quam
πολλῷ μᾶλλον ἢ τῷ κίονι, τὸ θαῦμα τῆς οἰκουμένης, columna, totius orbis miraculum; eique per litte-
ἐκπέμπει, σημάνασα διὰ γραμμάτων αὐτῷ τὸν της ras significat cordis propositum, rursusque postu-
καρδίας σκοπὸν, ἀξιοῦσά τε παρ' ἐκείνου πάλιν γνώ- C lat ab eo consilium accipere. Quale igitur ipsius
μην λαβεῖν. Ἡποία οὖν ἡ παρ' ἐκείνου γνώμη, καὶ consilium, quodque responsum? Scias, inquit, quod
τίς ἡ ἀπόκρισις; Γίνωσκε, φησὶν, ὡς ὁ πονηρὸς, τὸν malignus, videns opes tuarum virtutum, expetivit ut
πλοῦτον τῶν σῶν ὁρῶν ἀρετῶν, ἐξητήσατο σινιάσαι σε cribraret te sicut triticum [30]; valdeque per pes-
ὡς τὸν σῖτον· καὶ πολλά γε διὰ τοῦ λυμεῶνος ἐκείνου tiferum illum Theodosium, religiosam tuam cor-
Θεοδοσίου τὴν θεοφιλη σου ψυχὴν ἐλυμήνατο. Ἀλλὰ rupit animam. Sed confide. Non enim defecit fi-
θάρσει. Οὐ γὰρ ἐξέλιπέ σου ἡ πίστις. Ἐμοὶ δὲ καὶ des tua. Mihi autem succurrit hoc vehementer ad-
τοῦτο λίαν ἔπεισι θαυμάζειν, ὅτιπερ ἐν [p] γειτόνων mirari, quod cùm tibi sit fons propinquus, ipsum
σοι της πηγης οὔσης, αὐτὴν μὲν παροράς, πόρρωθεν quidem despicis, procul vero quæris eamdem
δὲ ζητεῖς τοῦ αὐτοῦ ἀρύεσθαι ὕδατος. Ἔχεις τοίνυν aquam haurire. Habes igitur Deo plenum Euthy-
τὸν θεοφόρον Εὐθύμιον· οὐ ταῖς διδασκαλίαις ἑπο- mium, cujus sequens doctrinam, non aberrabis a
μένη, οὐχ ἁμαρτήσεις τοῦ σώζεσθαι. salute.

[28] V. in Boll. [29] Psal. XVII, 36. [30] Luc XXII, 31, 32.

VARIÆ LECTIONES.

[a] al. ὀρθόδοξον. [p] al. ἐκ.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(6) Ejus meminit Nicephorus lib. 15, cap. 12 per D quem et Olybrium, ambos Patricios, Eudocia reconciliata est S. Pulcheriæ Imperatrici, de qua agemus 10 Sept.

(7) Olybrius populi Romani princeps, ex urbe Roma a Genserico rege Wandalorum capta Constantinopolim profugus, erat apud Marcianum imperatorem. Huic desponsata tum erat Placidia, neptis Eudociæ, filio Valentiniani imperatoris ex Eudoxia Eudociæ filia. Evagrius lib. 2, cap. 7. Nicephorus lib. 15, cap. 11. Olybrius dein Marciano et Festo coss. Indictione X, an. 472. Anthemio in Imperio Occidentali substitutus, septimo mense imperii sui vita defunctus est. Marcellinus in Chron.

(8) Græce ἐν Θράκῃ, mendum; reponimus ἐκ Θράκης, ex Thracia, scilicet intellexisset.

(9) Valentinianus Imperator, dolo Maximi in Campo Martio confossus est XVI Kalend. Aprilis an. Ch. 455.

(10) Eudoxia in necem Maximi Gensericum in Italiam evocarat, a quo Urbe capta ipsa etiam captiva in Africam abducta est cum duabus filiabus, quarum altera desponsata Olybrio, cum matre Constantinopolim remissa est an. Ch. 462. Altera Eudocia nupta Hunerico Genserici filio, ei Hildericum peperit. Tandem clam dilapsa, in loco sancta profugit an. 472 et sepulcrum aviæ Eudociæ longe post exosculata est.

(11) Absolute episcopus dicitur a Nicephoro lib. XV, cap. 13, ubi eadem hinc narrat.

(12) De S. Symeone Stylita actum 5 Januarii.

LXXXIV. Ad ista negligens non fuit Eudocia, neque supina circa boni inquisitionem; sed statim multum de viro perscrutata, cum didicisset eum sibi interdixisse accessum ad ullam civitatem, turrem ædificat in solitudine quæ vergit ad exorientem solem, super altissimum promontorium, intervallo a laura non plus quam triginta stadiorum. Et illa quidem in eam ascendit, ut nullo prohibente, frueretur (13) ad satietatem doctrina Euthymii Statim vero mittit ad inquisitionem illius, Cosmam crucis custodem et superius a me memoratum Anastasium chorepiscopum. Illi autem adeo ardenti mandato æquale obsequium afferentes, in lauram quidem protinus perveniunt : comperto autem quod abesset, sed jam diu ante transiisset ad Ruban, neque sic a cœpto destiterunt; at secum sumentes beatum Theoctistum, ad illum abeunt, communiterque orant precibus intensis et vehementibus, suppliciter obtestantur, et tandem persuadent, ut ad turrim veniat ; ubi nunc conditum est Scholarii (14) monasterium.

ΠΔ'. Πρὸς ταῦτα οὐκ ἀμελὴς ἦν ἡ Εὐδοκία, οὐδ' ὑπτία περὶ τὴν τοῦ καλοῦ ζήτησιν · ἀλλ' αὐτίκα μάλα διερευνησαμένη περὶ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ μαθοῦσα ὡς ἀπηγόρευται δὴ αὐτῷ, πόλει τινὶ παραβάλλειν, πύργον ἐν τῇ πρὸς ἀνίσχοντα ἡλιον ἐρήμῳ ἐφ' ὑψηλοτάτης ἀκρωρείας οἰκοδομεῖ, οὐ πλέον ἢ τριάκοντα σταδίους τῆς λαύρας ἀπέχοντα. Καὶ ἡ μὲν ἄνεισιν ἐπ' αὐτὸν, ὥστε μηδενὸς εἴργοντος ἀπολαύειν εἰς κόρον τῆς Εὐθυμίου διδασκαλίας. Πέμπει δὲ κατὰ ζήτησιν εὐθέως αὐτοῦ, Κοσμᾶν τε τὸν σταυροφύλακα, καὶ τὸν ἀνωτέρω μοι εἰρημένον χωρεπίσκοπον Ἀναστάσιον. Οἱ δὲ τῇ πολλῇ θερμότητι τῆς ἐπιταγῆς, ἴσην ἄρα καὶ τὴν ὑπουργίαν εἰσενεγκόντες, καταλαμβάνουσι μὲν εὐθέως τὴν λαύραν · μαθόντες δὲ ὡς οὐ παρὼν εἴη, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ ἤδη μεταβαίη πρὸς τὸν Ῥουβᾶν, οὐδὲ οὕτω τῆς ὁρμῆς ἔστησαν · ἀλλὰ τὸν μακαρίτην συμπαραλαβόντες Θεόκτιστον, ἅπασι πρὸς αὐτὸν, καὶ δέονται κοινῇ δέησιν ἐκτενῆ καὶ σπουδαίαν, καὶ λιπαροῦσι, καὶ τέλος, πείθουσι παρὰ τὸν πύργον ἐλθεῖν, ἔνθα νῦν ἡ Σχολαρίου μονὴ ᾠκοδόμηται.

LXXXV. Porro videns eum imperatrix Eudocia, non leviter aspexit, sed ut æstate qui sitit aquam : et ad pedes illius cum summo gaudio procidens, Nunc cognovi, inquit, quod Dominus me visitatione donaverit. Ille vero, solita benedictione ei impertita : Sed oportet, inquit, te, o filia, tibi deinceps attendere, et in futurum diligenter cavere. Quia enim vel parum abducta fuisti cum Theodosio, molesta ideo tibi evenerunt in charissimis rebus. Sed ut per totam vitam abstineas ab hac præter rationem contentione. Nam oportet te, præter tres alias sanctas et œcumenicas synodos : nempe Nicænam, quæ convenit adversus Arium ; Constantinopolitanam, ea vero congregata fuit in Macedonium; et Ephesinam primam contra Nestorium; admittere etiam decretum quod edidit Chalcedonensis nuperrime habita ; atque a Dioscori communione sejungentem te, Juvenali archiepiscopo Hierosolymitano penitus communicare et in omnibus consentire.

ΠΕ'. Ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν ἡ βασιλὶς Εὐδοκία, οὐχ ἁπλῶς εἶδεν, ἀλλ' ὡς ἐν θέρει ὁ διψῶν ὕδωρ · καὶ τοῖς ἐκείνου ποσὶν ἡδονῆς ὅλη πεσοῦσα, Νῦν ἔγνων ὅτι ἐπισκοπήν μου [q], φησὶν, ἔθετο Κύριος. Κἀκεῖνος τῆς συνήθους αὐτῇ μεταδοὺς εὐλογίας, Ἀλλὰ προσέχειν σε δεῖ τοῦ λοιποῦ σεαυτῇ, τέκνον, ἔφη, καὶ τὸ μέλλον ἀκριβῶς ἀσφαλίσασθαι. Ὅτι γὰρ καὶ μικρὸν συναπῄχθης Θεοδοσίῳ, διὰ τοῦτό σοι καὶ τὰ λυπηρὰ συνέβη περὶ τὰ φίλτατα · ἀλλ' ὅπως ἀπόσχῃ διὰ βίου τῆς ἀλόγου ταύτης φιλονεικίας. Δεῖ γάρ σε, πρὸς ταῖς ἄλλαις τρισὶν ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς συνόδοις (τῇ τε ἐν Νικαίᾳ δηλονότι, ἣ καὶ συνῆλθε κατὰ Ἀρείου, καὶ τῇ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἠθροίσθη δὲ αὕτη κατὰ Μακεδονίου · καὶ τῇ ἐν Ἐφέσῳ, κατὰ Νεστορίου, τὸ πρότερον), δέχεσθαι καὶ τὸν ἐκφωνηθέντα ὅρον ὑπὸ τῆς νῦν ἐν Χαλκηδόνι συγκροτηθείσης · καὶ τῆς Διοσκόρου κοινωνίας ἀπορραγεῖσαν, Ἰουβεναλίῳ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ Ἱεροσολύμων κοινωνεῖν ὅλως, καὶ πρὸς ἅπαντα συμφρονεῖν.

LXXXVI. His dictis, et precatus pro imperatrice, cum deinde ei valedixisset, recedit. Illa vero statim operi præcepta mandavit; sanctamque ingressa civitatem, Juvenali et catholicæ communicat Ecclesiæ; simulque ingentem monachorum laicorumque multitudinem confestim inducit; iis quemadmodum dissensionis, ita et communionis exemplum optime facta. Quorum unus fuit archimandrita Elpidius. Quandoquidem Gerontius, ut qui maluerit in malo consenescere, non sibi solum, sed multis quoque

ΠΣ'. Ταῦτα ὁ μὲν εἰπὼν, καὶ τῆς βασιλίδος ὑπερευξάμενος, εἶτα καὶ συνταξάμενος αὐτῇ, ἐχώρει. Ἡ δὲ εὐθὺς, ἔργῳ τὰ ἐντεταλμένα ἐδίδου · καὶ τὴν ἁγίαν εἰσελθοῦσα πόλιν, Ἰουβεναλίῳ τε καὶ τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ κοινωνεῖ · πολὺ δὲ καὶ πλῆθος μοναχῶν τε καὶ λαϊκῶν ἀθρόον ἐπάγεται · καθάπερ αὐτοῖς ὑπόδειγμα τῆς διαστάσεως, οὕτω καὶ τῆς κοινωνίας ἄριστα γενομένη. Ὧν εἷς καὶ ὁ ἀρχιμανδρίτης Ἐλπίδιος ἦν. Ἐπεί τοι Γερόντιος τῷ κακῷ μᾶλλον ἐπιγηρασαι θελήσας, οὐχ ἑαυτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς

VARIÆ LECTIONES.

[q] al. μοι.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(13) « S. Sabas venit ad quemdam montem, ubi quondam B. Eudocia commanens virtutem magni Euthymii imitabatur.» Ita Cyrillus in Vita S. Sabæ ex interpretatione antiqua ms. cui consentit ms. Græcum, licet perperam apud Lipomanum et Surium in ribus editionibus legatur « celeberrimi Theodosii doctrinæ fructum percepisse:» quorum mala lectione seducti, id supra 11 Januar. ad vitam S. Theodosii num. 20 in prolegomen. annotaveramus.

(14) Exstructum id a S. Saba. Ejus meminit Moschus cap. 178.

ἑτέροις ἀπωδείας κατέστη αἴτιος· ᾧ γε καὶ δύο τινὲς τῆς Ἐλπιδίου συνοδίας, Μαρκιανός τε καὶ Ῥωμανὸς, τὴν πρὸς ἀπώλειαν φέρουσαν ὁμοίως ἐβάδισαν· κοινόβιά τε ἑκάτερος, ὁ μὲν περὶ τὴν ἁγίαν Βηθλεὲμ, ὁ δὲ ἐν τῇ Θεκώων κώμῃ συνεστήσαντο.

ΠΖ′. Ἡ μέντοι μακαρῖτις Εὐδοκία, τοὺς τοῦ σταυροφύλακος ἀδελφοὺς, Χρύσιππόν τε καί Γαβριήλιον, ἀπὸ τῆς λαύρας μετακαλεῖται, καὶ πρεσβυτέρους χειροτονηθῆναι παρασκευάζει. Καὶ Χρύσιππος μὲν τῷ πρεσβυτερίῳ διαπρέψας, συγγράμματα μνήμης ἄξια καταλέλοιπε. Γαβριηλίῳ δὲ, τὴν τοῦ φροντιστηρίου πιστεύει ἐπιστασίαν Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος. Βασσα γε μὴν ἡ θεοφιλὴς, Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν Στεφάνου τοῦ Ἰαμνείας ἐκ τῆς λαύρας καὶ αὐτὴ μεταστειλαμένη, ποιμένα τοῦ ὑπ' αὐτῆς ᾠκοδομημένου φροντιστηρίου (εἰς ὄνομα δὲ τοῦτο Μηνᾶ τοῦ μάρτυρος οἰκοδομηθὲν ἦν) καὶ ἡγούμενον ἀποδείκνυσιν.

ΠΗ′. Δευτέρῳ δὲ τῆς Εὐθυμίου ἡλικίας ἐπὶ τοῖς ὀγδοήκοντα ἔτει, πρόσεισιν ὁ μακαρίτης Σάβας, νέος ὢν ἔτι, καὶ μήπω γενείου μηδὲ πρώτῳ ἄθει παρειῶν ὥραν ἐφικλύπτων, καὶ ὑπ' αὐτῷ μένειν καὶ ὑπ' αὐτῷ ἀσκεῖσθαι τὴν ἀρετὴν ἀξιοῖ. Ὁ δὲ, ὑποδέχεται μὲν τὰ πρῶτα Δομετιανῷ δὲ τῷ μαθητῇ παραδίδωσιν. Ἔπειτά καλέσας αὐτὸν, Οὐ χρὴ, τέκνον, ἔφη, νέον ὄντως [r] σε καὶ ἀγένειον ὄντα, διατρίβειν κατὰ τὴν λαύραν. Λυσιτελὴς γὰρ μᾶλλον τοῖς οὕτως ἔχουσιν, ἡ ἐν κοινοβίῳ διαγωγή. Ταῦτα εἰπὼν, πρὸς τὸν μακαρίτην Θεόκτιστον, διά τινος αὐτόν τῶν ἀδελφῶν παραπέμπει. Δέξαι τὸν νεανίαν, εἰπὼν, καὶ φιλοπόνως ὑπὸ σοὶ [s] ἀσκείσθω τε ἅμα καὶ ἀναγέσθω. Ὡς γὰρ ἐμοὶ δοκοῦσε, τὰ μεγάλα ἔν τε ἀσκητικῇ πολιτείᾳ καὶ κατορθώματι διαπρέψει [t]. Ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα περὶ τοῦ Σάβα προέφη· τῇ προρρήσει δὲ ἄρα σύμφωνος καὶ ἔκβασις ἠκολούθει. Οὐ γὰρ ἔστι νῦν, οὐκ ἔστιν, οὐ πόλις, οὐ χώρα, οὐκ ἔρημος, ἔνθα τὰ κατὰ τὸν θεῖον ἐκεῖνον ἄνδρα οὐκ ᾄδεται, καὶ ἡδονὴν ἅμα τῷ σε λέγοντι φέρει καὶ τοῖς ἀκούουσιν. Ὧν οὐχ οἷόν πάρεργον τῶν Εὐθυμίου διηγημάτων ἐπιμνησθῆναι· ἀλλ' εἴπερ θεῷ φίλον ἐντελῆ πραγματείαν αὐτὰ ποιησόμεθα· ἐπεὶ μηδὲ εὐπρεπὲς μηδὲ ὅσιον, Ἑλλήνων μὲν βίους στήλαις τιμᾶσθαι παρὰ τοῖς ἔξωθεν καὶ συγγράμμασιν· ἡμῖν δὲ, μεγάλα οὕτως ὁρετῆς ἔργα, σιωπῆς ἄξια κρίνειν, καὶ λήθην αὐτῶν αἰωνίαν καταψηφίζεσθαι.

aliis causa exstitit interitus : cum eo etiam duo quidam e conventu Elpidii, Marcianus (15) et Romanus (16), viam ad exitium ducentem simili modo ingressi sunt ; et construxit uterque cœnobia ; ille quidem circa sanctam Bethleem, hic vero in Thecoorum (17) vico.

LXXXVII. Et beata quidem Eudocia arcessit e laura fratres custodes crucum, Chrysippum et Gabrielium, efficitque ut presbyteri ordinarentur. Et Chrysippus quidem, in presbyteratu insignis, scripta reliquit memorabilia. Gabrielio autem præfecturam committit monasterii Stephani (18) protomartyris. At Bassa (19) pia mulier Andream fratrem Stephani Jamniensis episcopi e laura etiam arcessitum, pastorem præfectumque efficit monasterii quod ædificaverat : ædificatum porro fuerat in nomine Menæ martyris (20).

LXXXVIII. Cæterum octogesimo (21) et secundo anno ætatis Euthymii, accedit beatus Sabas (22), juvenis adhuc, et nec barbæ quidem prima lanugine genarum venustatem tectam habens, rogatque ut sub eo maneret, sub eo se exerceret in virtute. Ille autem primo quidem suscipit, Domitiano vero tradi discipulo. Deinde vocato eo : Non oportet, inquit, fili, te cum sis juvenis adeo et imberbis, in laura versari. Magis enim expedit talibus vita in cœnobio. His dictis, per quemdam ex fratribus eum transmittit ad beatum Theoctistum: Accipe, dicens, adolescentem, et sub te diligenter exerceatur simul et educetur. Mea enim sententia magnopere in ascetica conversatione et in recte factis excellet. Hæc ille quidem de Saba prædixit; prædictionem autem consonans quoque secutus est exitus. Non est enim nunc, non est, non urbs, non regio, non solitudo, ubi quæ ad divinum illum virum spectant non celebrentur, simulque tum dicenti, tum audientibus afferant voluptatem. Quorum non licet obiter inter gestorum Euthymii narrationem meminisse: sed si Deo placuerit, de iis opus integrum conscribemus: quandoquidem neque decorum neque sanctum est, gentilium quidem vitas apud externos columnis honorari et scriptis, nos autem adeo magna virtutis opera, judicare digna silentio, æternaque damnare oblivione.

VARIÆ LECTIONES.

[r] al. οὕτω. [s] al. σοῦ. [t] al. διαλάμψει.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(15) Marcianus hic infra num. 123 sustulit schisma.

(16) Romani et Gerontii in pertinacia exitus infra narratur num. 123 ot 124.

(17) Infra num. 124, Thecorum. In Vita S. Sabæ Thecoum, ex cujus ruinis laura nova deinde fuit exstructa. De his infra num. 103.

(18) Infra n. 99, templum S. Stephani curat dedicari. Distabat ab urbe Hierosolymo non stadio integro teste Evagrio, lib. I, cap. 22, quo in loco « saxis obrutus putatur, » Nicephorus lib. XIV, cap. 50.

(19) « B. Bassa semper Eudociæ, ut eadem secum in religione sentiret, molesta erat » Ita Nicephorus lib XV, cap. 13. Erat Bassa abbatissa monasterii Hierosolymis, ad quam Pulcheria scripsit, monuitque fallacias Theodosii pseudoepiscopi evitandas. Exstat ea epistola e Græcis Latine reddita a Baronio tomo 6. an. Ch. 453, num. 17 et seqq.

(20) De S. Menna martyre agemus 11 Novemb.

(21) An. Ch. 458.

(22) Hæc plenius ab eodem Cyrillo in Vita S. Sabæ describuntur.

LXXXIX. Sed et oportet de magno disserere Gerasimo; quales, inquam, is ediderit regulas formasque iis qui sub ipso exercebantur, et veluti condimentum attexere sermoni narrationem, quæ nimirum multam habet utilitatem. Hic ergo magnus Gerasimus, solitudinis ad Jordanem (23) sitæ civis simul et patronus factus, cum lauram illic maximam, non pauciores quam septuaginta anachoretas habentem, construxisset, prætereaque cœnobium in medio ejus quam optime collocasset; curabat ut qui introducebantur quidem monachi, in cœnobio manerent, in quo vitam monachalem exercerent; qui autem crebris longisque laboribus exercitati erant, jamque ad perfectionis mensuras pervenerant, eos in iis quæ vocantur cellis collocans, sub hac jubebat vivere regula; ut quidem dies quinque hebdomadæ in sua cella unusquisque quietus maneret, nihil aliud gustans ex esculentis, nisi tantum panem, aquam, et dactylos; Sabbato autem et Dominica ad ecclesiam accedentes, post sanctorum participationem, in cœnobio utentur cocto, sumerentque parum vini. At in cella nulli permittebatur aut ignem accendere, aut coctum gustare. Voluntaria autem paupertas tantæ erat eis curæ, quantæ nihil aliud; et humilitate maxime ornabantur.

XC. Porro unusquisque laborem manuum suarum, qui per hebdomadam ab eis factus fuerat, Sabbato ferens in cœnobium, circa vesperam Dominicæ, hebdomadæ sumptus iterum accipiens, panes, inquam, et palmulas, et aquam in vase quodam, et palmarum ramos: rursus in cellam redibat. Adeo autem erant curis vacui, et a negotiis humanis omnino liberi, ut nihil haberent præter indumenta, nec secundus iis esset amictus. Stratum vero quid aliud, quam storea, quæque solent appellare centonium (24) et imbrymium (25)? Item vas fictile ad aquam, quod simul sufficiebat ad potum et ad palmas irrigandas.

XCI. Hæc lex autem eis est optime tradita a Gerasimo, ut egressi dimitterent cellas apertas, quo liceret ei qui vellet ingrediendo quod placeret acci-

Πθ'. Δεῖ δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν μέγαν Γεράσιμον, καὶ οἵους αὐτὸς ἐξετίθει κανόνας φημὶ καὶ τύπους τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀσκουμένοις, διαλαβεῖν, καὶ ὡς ἥδυσμα τὸ διήγημα πολὺ δήπου καὶ τὸ ἐπωφελὲς ἔχον, παραπλέξαι τῷ λόγῳ. Οὗτος οὖν ὁ μέγας Γεράσιμος τῆς κατὰ τὸν Ἰορδάνην ἐρήμου πολίτης ἅμα καὶ πολιοῦχος γενόμενος, λαύραν ἐκεῖσε μεγίστην, οὐκ ἐλάττους ἢ ἑβδομήκοντα τοὺς ἀναχωρητὰς ἔχουσαν, συστησάμενος, πρὸς δὲ, καὶ κοινόβιον μέσον αὐτῆς ὡς ἄριστα καθιδρύσας· τοὺς μὲν εἰσαγομένους τῶν μοναχῶν, ἐν τῷ κοινοβίῳ μένειν, ἐν αὐτῷ τε τὴν μοναχικὴν ἐξασκεῖσθαι διαγωγὴν παρεσκεύαζεν· ὅσοι δὲ συχνοῖς ἔτι καὶ μακροῖς πόνοις ἐνεγυμνάσαντο, καὶ τῶν τῆς τελειότητος ἤδη μέτρων ἐπέβησαν, τούτους δὲ [u] ταῖς καλουμέναις κέλλαις ἐγκατοικίζων, ὑπὸ τοιούτῳ ζῆν ἐκέλευε τῷ κανόνι· ὥστε τὰς μὲν πέντε τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας, ἕκαστον τῇ ἰδίᾳ κέλλῃ ἐφησυχάζειν, οὐδενὸς ἄλλου τῶν εἰς βρῶσιν, ὅτι μὴ μόνον ἄρτου τε καὶ ὕδατος καὶ φοινίκων ἀπογευόμενον· Σαββάτου δὲ καὶ Κυριακῆς εἰς τὴν ἐκκλησίαν παραβαλόντας, μετασχόντας τε τῶν ἁγιάσμάτων, εἰς τὸ κοινόβιον ἑψητῷ χρῆσθαι, καὶ οἴνου μεταλαμβάνειν ὀλίγου. Ἐν κελλίῳ δὲ, οὐδενὶ ἐφεῖτο ἢ πῦρ καῦσαι, ἢ ἑψητοῦ γεύσασθαι. Ἡ δὲ ἀκτημάσύνη, ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ἕτερον ἀξιοσπούδαστον ἦν· καὶ ταπεινοφροσύνῃ μάλιστα ἐκοσμοῦντο.

ξ'. Ἕκαστος μέντοι τὸν πόνον τῶν οἰκείων χειρῶν, ὃς διὰ τῆς ἑβδομάδος αὐτοῖς εἴργαστο, Σαββάτου ἀποφέρων εἰς τὸ κοινόβιον, περὶ δείλην Κυριακῆς τὸ ἀνάλωμα πάλιν τῆς ἑβδομάδος ἀναλαμβάνων (ἄρτους φημὶ καὶ φοίνικας, καὶ ὕδωρ ἐν ἀγγείῳ τινί. καὶ βαΐα) εἰς τὸ κελλίον αὖθις ἐπανήει. Οὕτω δὲ ἦσαν ἀφρόντιδες καὶ πράγμασιν ἀνθρωπίνοις οὐδαμῶς κάτοχοι, ὥστε μηδὲν αὐτοῖς εἶναι πλέον ὧν ἀμφιέννυντο, δευτέρας μὴ οὔσης περιβολῆς. Ἡ στρωμνὴ δὲ τί ἕτερον, ἢ ψίαθος, καί ἃ κεντώνιόν τε καὶ ἐμβρύμιον συνήθως καλοῦσι; σκεῦός τε κεραμεοῦν εἰς ὕδωρ, ὅπερ ὁμοῦ πρὸς πόσιν, καὶ τὴν τῶν βαΐων δεῦσιν ἐξήρκει.

ξα'. Νόμος δὲ οὗτος αὐτοῖς ὑπὸ Γερασίμου ἄριστα παραδεδομένος, ἐξιόντας ἀνεῳγμένας ἀφιέναι τὰς κέλλας, ὥστε ἐξὸν εἶναι τῷ βουλομένῳ εἰσιόντα λαμ-

VARIÆ LECTIONES.

[u] abest ab al.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(23) Uno fere milliari distare monasterium Gerasini a Jordane docet Moschus cap. 107.

(24) Cento vestis est e variis panniculis consarcinata. Idemque ut videtur hic centonium significat.

(25) Quid imbrymium sit, exponit Cassianus collat. 1, cap. 23. « His itaque B. Moyses collationi nostræ dans finem, adhuc nos avidos ac de suo ore pendentes, degustare somnum paulisper hortatus est, iisdem ipsis, quibus insidebamus, psiathiis admonens incubare; embrimiis pariter capiti nostro cervicalium vice suppositis, grossioribus papyris in longos gracilesque fasciculos coaptatis. Quæ pedali intervallo pariter colligata, nunc quidem humillimum sedile ad scabelli vicem fratribus in synaxi considentibus præstant, nunc vero subjecta cervicibus dormientium præbent, capiti non nimie durum, sed tractabile aptumque fulcimentum. Ad quos monachorum usus hæc idcirco vel maxime opportuna habentur et congrua, quod non solum sint aliquatenus mollia parvoque et opere præparantur et pretio, utpote passim papyro emergente per Nili fluminis ripas, quam cuique volenti in usum assumere nemo prohibeat desecare; sed etiam quod ad removendum seu cum necesse fuerit ad movendum habilis materiæ levisque naturæ sint. » De voce disputant recentiores quidam grammatici Scaliger, Casaubonus, Martinius: et hic quidem dubitat num forte Celtica sit aut Germanica, a *brem*, id est, genista, sparto, quo facta erant imbrymia, loco plumarum et tomenti. Sed usum imbrymiorum præcipue a Geltis cœpisse oporteret aut Germanis, ut cum re nomen etiam ad Syros Ægyptios que perlatum esset.

δάνειν ὃ βούλοιτο τῶν εἰς χρείαν φαύλων ἐκείνων καὶ ἀναγκαίων, οὐδενὸς εἴργοντος· ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἀποστολικῶς βιοῦντας ὁρᾶσθαι, καὶ εἶναι [v] τῶν ἐν ἐρήμῳ οἰκούντων παραπλησίως αὐτοῖς τὴν καρδίαν τε καὶ τὴν ψυχὴν, μίαν. Ἐπεὶ μηδεὶς τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ μηδὲν ἔκρινεν ἴδιον εἶναι, ἀλλὰ πάντα ἐπίσης αὐτοῖς κεῖσθαι κοινά. Καὶ τοῦτο δὲ περὶ τῶν ἀναχωρητῶν λέγεται, ὅτι Προσελθόντων αὐτῷ τινων, καὶ ἐφεῖσθαι αὐτοῖς αἰτουμένων ὕδωρ τε θερμαίνειν, καὶ ἑψητοῦ μετέχειν, καὶ ὑπὸ λύχνον ἀναγινώσκειν, τὸν μέγαν Γεράσιμον ὑπολαβόντα, Εἰ οὕτω ζῆν βούλεσθε, φάναι, πολὺ τὸ σῦμφέρον ἐν κοινοβίῳ διάγειν ὑμᾶς. Ἐγὼ γὰρ οὐμενοῦν οὐδαμῶς ἐφήσω παρ' ὅλον δὴ μου τὸν τῆς ζωῆς χρόνον, τοῦτο παρ' ἀναχωρηταῖς γίνεσθαι.

Ἱεροσολύμων τοπους δηώσαντός τε καὶ ἐκπορθήσαν- A τος, ἐπεὶ τοῦτο ἤκουσεν ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, καὶ ὡς πάντα τὰ ἅγια πυρὶ παρεδόθη, θρηνεῖ μὲν ἐπίσης Ἱερεμίᾳ τὸ γεγονὸς, οὐ μέχρι δὲ τούτου τὸ συμπαθὲς ἵστησι. Κτήσιππόν τινα θεοφιλῆ ἄνθρωπον ἀποστέλλει χρυσίον αὐτῷ συχνὸν ἐγχειρίσας, σῖτόν τε καὶ τροφὰς ἑτέρας καὶ περιβόλαια, καὶ πρὸς τὴν αὐτῶν μετακομιδὴν ὑποζύγια πάμπολλα, ὁμοῦ μὲν τὴν ἐρήμωσιν κατοψόμενον, ὁμοῦ δὲ τοὺς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας περιλειφθέντας ἱκανῶς διὰ τῶν εἰρημένων ἀνακτησόμενον. Πρὸς τούτῳ καὶ Θεόδωρον Ἀμαθοῦντος ἐπίσκοπον, καὶ Ἀναστάσιον τὸν τοῦ ὄρους τοῦ μεγάλου καθηγούμενον Ἀντωνίου, καὶ Γρηγόριον Ῥινοκουρούρων ἐπίσκοπον, ἐπὶ ἀναλήψει τῶν αἰχμαλωτισθέντων ἐκπέμπει, χρυσίον οὐκ εὐαρίθμητον παρασχόμενος.

vastasset et depopulatus esset veneranda loca Hierosolymorum; postquam hoc audivit homo ille Dei, et quod omnia sancta fuissent igni tradita, deflet quidem, non secus atque Jeremias, id quod factum fuerat: non hactenus autem constitit ejus commiseratio, sed mittit etiam Cetsippum (4) quemdam, virum pium, tradens ei multum auri, frumentumque et alia alimenta et indumenta, et ad ea vehenda jumenta plurima: tum ut aspiceret vastitatem, tum etiam, ut eos qui remanserant ex captivitate, satis per ea quæ dicta fuerunt, recrearet. Præterea autem Theodorum quoque Amathuntis episcopum, et Anastasium præfectum magni montis Antonii (5), et Gregorium episcopum Rinocurorum (6), emittit ad eos recipiendos, qui abducti B fuerant in captivitatem, vim auri præbens prope innumerabilem.

CAPUT II.

Varia misericordiæ opera exercita.

Ζ'. Πῶς δ' ἄν τις τοῦτο σιωπῇ παραδοίη, καὶ μὴ μᾶλλον ἀκοαῖς εὐσπλάγχνων χαρίσαιτο δι' αὐτοῦ, ἅτε καὶ πλέον διασημαῖνον τὸ περὶ τὴν ἐλεημοσύνην τοῦ ἀνδρὸς ἐπιμελέστατον καὶ θερμότατον; Ἅμα γὰρ τῷ πιστευθῆναι τὴν ἀρχιερωσύνην, μεταλαλεσάμενος τοὺς τὰς ἐκκλησίας οἰκονομοῦντας, ἀκουόντων ὁμοῦ καὶ τῶν τοῦ σεκρέτου· Οὐ δίκαιον, εἶπεν, ἀδελφοί τε καὶ συλλειτουργοί, ἕτερόν τι πρὸ τοῦ Χριστοῦ διὰ φροντίδος ἡμᾶς ποιήσασθαι. Οὐκοῦν ἀνὰ πᾶσαν πορευθέντες τὴν πόλιν καθ' ἕνα δὴ τοὺς ἐμοὺς ἀπογράψασθε δεσπότας. Τῶν δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ διαπορουμένων, καὶ τίνες ἂν εἶεν οἱ τοῦ πατριάρχου δεσπόται διαπυνθανομένων, Οὓς ὑμεῖς, ἔφη, πένητας καὶ προσαίτας καλεῖν εἰώθατε, τούτους ἐγὼ δεσπότας ὁμοῦ καὶ συλλήπτορας ὀνομάζω. Αὐτοὶ γάρ μοι καὶ C μόνοι δύναιντ' ἂν συλλαβέσθαι πρὸς τὸ τῆς βασιλείας Χριστοῦ μὴ διαμαρτεῖν. Ὡς δὲ ταχὺ γεγονὸς τὸ προσταχθὲν κατενόησε, καὶ εἰς ἑπτακισχιλίους ἅπαντας πρὸς τοῖς πεντακοσίοις ἀριθμηθέντας, ἑκάστῳ τούτων ἐκέλευσεν ἡμερησίαν παρέχεσθαι τὴν δαπάνην.

VII. Quemadmodum autem hoc quispiam mandarit silentio, et non potius misericordium auribus per ipsum fuerit gratificatus, ut quod magis significet, quam is in eleemosyna longe diligentissimus fuerit et vehementissimus? Nam cum primum ejus fidei creditus fuisset pontificatus, iis accersitis qui res Ecclesiæ dispensabant, iis etiam simul audientibus qui erant a secreto: Non est, inquit, justum, o fratres et in ministerio socii, ullius alterius rei curam gerere prius, quam Christi. Euntes itaque per totam civitatem, singulatim describite meos dominos. Cum autem illi, postquam hoc dixisset, dubitarent, et quinam essent patriarchæ domini, interrogarent, Quos vos, dixit ille, pauperes et C mendicos soletis appellare, eos ego dominos meos et adjutores nomino. Nam ii soli mihi possunt opem ferre, ut a Christi regno non excidam. Postquam autem cito factum fuerat quod jusserat, intellexit omnes, qui numerati fuerant, efficere septem millia et quingentos, et jussit unicuique eorum dari sumptum diurnum.

Η'. Μετ' ἐκεῖνο σπούδασμα τοῦ ἀνδρὸς γίνεται, τὸ δικαίοις ζυγοῖς καὶ σταθμοῖς χρῆσθαι τοὺς τὰ ὤνια πωλοῦντας κατὰ τὴν τῆς πόλεως ἀγοράν, ὃ δὴ καὶ δι' ἐγγράφων προθεμάτων κατώρθωται τῷ δικαίῳ· καὶ τοῦτο δὲ ἔργον ἐκείνου, κατὰ πολλὴν πρόνοιαν τῶν ἀδικουμένων γενόμενον. Μαθὼν γὰρ πολλοὺς αὐτῷ προσελθεῖν μέλλοντας καὶ περὶ ὧν ἠδίκηνται δεηθῆναι, εἴργεσθαι παρὰ τῶν ἑπομένων αὐτῷ τί ποιεῖ; Δύο τῆς ἑβδομάδος ἀποτάξας ἡμέρας, τετράδα φημὶ, καὶ Παρασκευὴν, ἐν ταύταις παρὰ τὰ τοῦ ναοῦ προπύλαια καθεζόμενος, παντὶ τῷ ἐντυχεῖν βουλομένῳ ἄνετος ἦν καὶ εὐπρόσιτος, ἑνίους τῶν D

VIII. Post hæc suum convertit studium ad hoc, ut justis ponderibus et mensuris uterentur qui vendebant in civitate. Quod quidem pulchre fecit vir justus, publice præscriptis edictis. Porro vero hoc quoque ab illo factum est, quod magnam curam gerebat eorum, quibus fiebat injuria. Nam cum accepisset multos ad eum accessuros, et de iis quæ illis factæ fuerant injuriis supplicaturos, ab iis qui ipsum sequebantur, arceri; quid facit? Duobus hebdomadæ constitutis diebus, quarto, inquam, die, et die Parasceves, sedens in templi porticibus, se cuilibet volenti præbebat adeundum, nonnullos ex iis

tus; ast ab hoc cap. 55 vocatur *Sarbarazan*. Theophanem sequitur Cedrenus; apud quos nulla Rasmiszi mentio.

(4) Surius *Cresippum*, Baronius an. 614, n. 15, *Chrysippum* vocat.

(5) De montis hujus situ actum est XVII Januarii, ad Vitam S. Antonii § 2 in Prolegom. De primis successoribus et abbatibus seu præfectis monasterii § 5.

(6) Rhinocorura, sive Rhinocolura, urbs in confinio Ægypti et Syriæ, ut pluribus dictum est XVI Januar. ad Vitam S. Melæ, sive Melanis, ejusdem urbis episcopi.

qui erant virtute insignes, habens secum confidentes. Quibus sæpe dictitabat illud, dignum quod scriptis et memoriæ mandetur : Si nobis, dicens, qui sumus homines, licet omnino ad Deum accedere absque ullo intercessore, et de quibus volumus eum rogare; quomodo non ipsi quoque nostris conservis portas aperuimus absque ullo impedimento, et non cuilibet, cui est opus, benignam aurem præbuerimus? Scimus enim, qua mensi fuerimus mensura, eadem non esse mensum vicissim accepturos [1].

A ἐπ' ἀρετῇ διασήμων ἔχων αὐτῷ συνεδρεύοντας, οἷς ἐπέφερε συνεχῶς τὸ γραφῆς ἐκεῖνο καὶ μνήμης ἄξιον, Εἰ ἡμῖν, λέγων, ἀνθρώποις οὖσιν ἄδεια πᾶσα προσελθεῖν ἀμέσως τῷ Θεῷ, καὶ περὶ ὧν βουλόμεθα δεηθῆναι, πῶς οὐχὶ τοῖς ὁμοδούλοις ἀκωλύτους αὐτοὶ τὰς θύρας ἀνοίξαιμεν, καὶ παντὶ τῷ χρείαν ἔχοντι οὗς φιλήκοον ὑποκλίναιμεν ; Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ᾧ μέτρῳ μετρήσομεν, κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἡμῖν ἀντιμετρηθήσεται.

IX. Cum autem, ut consueverat, aliquando præsedisset, et nullus accessisset, surgens vespere, recessit tristis et lacrymans Nullo vero audente rogare causam cur esset tristis, divinus qui aderat Sophronius, Quid est, inquit, o vir divine, quod te affecit molestia, et animi ægritudine bonam tuam implevit animam? Ille autem miti et leni voce: Hodie, inquit, miserandus Joannes non ab aliquo ullam accepit mercedem, neque ullum vel minimum piaculum potuit offerre Christo pro multis et magnis suis delictis, quomodo neque alias unquam. Quid hoc illo minus, nisi etiam majus dixeris, quod dicunt esse cujusdam (7) imperatoris Romanorum, qui dixit: Hodie non regnavimus, quoniam neminem affecimus beneficio? Cum itaque sacrosanctus intellexisset Sophronius, quid sibi vellet, quod ab eo dictum fuerat: Te potius, inquit, lætari oportet, et non tristitia affici, o beatissime domine, quod tibi commissum gregem feceris vivere in tanta pace, ut nullus de re aliqua cum vicino habeat controversiam: sed tanquam angeli aliqui, absque ulla lite et contentione homines vivant in terra. Cum autem verum esse quod dixerat, invenisset vir mitissimus, statim fuit traductus ad animi lætitiam, et pro eo Deo egit gratias. Hoc dicunt etiam esse imitatum, qui Heraclio in imperio successit, Constantinum, qui etiam hujus divini viri fuit filius secundum spiritum.

B Θ'. Συνήθως γοῦν ποτε προκαθεσθέντος αὐτοῦ καὶ μηδενὸς προσελθόντος, ἀναστὰς περὶ δείλην ὀψίαν, κατηφὴς ὢν καὶ σύνδακρυς ἐπανῆει · μηδενὸς δὲ τολμῶντος πυθέσθαι τὴν αἰτίαν τῆς σκυθρωπότητος, ὁ θεῖος παρὼν Σωφρόνιος, Τί τὸ λυπῆσαν, ἔφη, θεσπέσιε, καὶ ἀθυμίας τὴν ἀγαθήν σου πληρῶσαν ψυχήν ; Ὁ δὲ πραεῖᾳ καὶ γαληνῇ τῇ φωνῇ, Σήμερον ὁ ταπεινὸς Ἰωάννης, εἶπε, μισθὸν οὐδ' ὑπό τινος οὐδένα διεκομίσατο, οὐδ' ἔσχε μικρόν τι καὶ τὸ τυχὸν ἐξίλασμα, ὑπὲρ τῶν μεγάλων αὐτοῦ καὶ πολλῶν σφαλμάτων προσενεγκεῖν τῷ Χριστῷ, ὥσπερ γοῦν οὐδὲ ἄλλοτέ ποτε. Τί τοῦτο ἐκείνου ἔλαττον, εἰ μὴ καὶ μεῖζον ἐρεῖς, ὃ Τίτου τοῦ Ῥωμαίων ἄρξαντος λέγουσιν εἶναι, τὸ μὴ βασιλεῦσαι σήμερον εἰπεῖν, ἐπεὶ μηδένα εὐεργετήσαμεν ; Ὁ τοίνυν ἱερὸς Σωφρόνιος συνεὶς ὃ τὸ ῥηθὲν αὐτῷ ἐβούλετο, Χαίρειν ἔδει σήμερον καὶ εὐθυμεῖν, μακαριώτατε δέσποτα, ἀνθ' ὧν οὕτω τὴν πιστευθεῖσάν σοι ποίμνην ζῆν ἐν εἰρήνῃ παρεσκεύασας, ὡς μηδένα μηδ' οὕτινος οὖν πρὸς τὸν πλησίον ἀμφισβητεῖν, ἀλλ' ὥσπερ τινὰς ἀγγέλους ἀμάχως διάγειν τοὺς ἀνθρώπους ἐπὶ τῆς γῆς. Ὡς οὖν ἀληθὲς εἶναι τὸ ῥηθὲν εὕρισκεν ὁ πραότατος, ἐπὶ τὸ εὐθυμότερον εὐθὺς μετεβάλλετο, καὶ τῷ Θεῷ χάριτας ὑπὲρ τούτου διωμολόγει. Τοῦτό φασι μιμήσασθαι καὶ τὸν μετὰ Ἡράκλειον τῆς βασιλείας ἄρξαντα Κωνσταντῖνον, ὃς καὶ κατὰ πνεῦμα υἱὸς τοῦ θείου ἀνδρὸς ἐγεγόνει.

X. Sed quæ sunt proposita, persequatur oratio, et tradat auribus ea quæ sunt auditu digna et utilissima. Tunc autem, cum ad B. Joannem accessissent ii, quibus fuerat commissa distributio eleemosynæ, et tale quid annuntiassent, quod scilicet puellæ quædam bene ornatæ, et quæ collo gestabant monilia, ipsæ quoque conveniunt ut sint participes eorum, quæ dantur pauperibus, et petiissent an eis quoque præbere oporteat, mitissimus Joannes torve in eos intuens: Si humilis quidem et abjecti Joannis, vel potius ipsius Christi ministri esse vultis et distributores, parete divino jussui, qui jubet dare cuivis petenti. Sin autem dicitis vos esse alicujus alterius, qui imperat ut examinetis vitam et statum mendicantium, sciatis quod neque Christus ipse, neque humilis Joannes opus habet curiosis ministris. Nam

C

D

Ι'. Ἀλλ' ἐχέσθω τῶν προκειμένων ὁ λόγος, καὶ ἀκοαῖς διδότω τὰ ἀκοῆς ἄξια καὶ ὠφελιμώτατα. Τότε γοῦν τῷ μακαρίῳ προσελθόντων τῶν τὴν διανομὴν τὴν τῆς ἐλεημοσύνης πιστευθέντων, καί τι τοιοῦτο προσαγγειλάντων, ὡς κόραι τινὲς κόσμιά τε καὶ περιδέραια περιβεβλημέναι συνέρχονται καὶ αὗται τῶν τοῖς πένησι διδομένων μεταλαβεῖν, καὶ εἰ χρὴ ταύταις ὀρέγειν · ὁ πραότατος δριμύ τι καὶ βλοτυρὸν εἰς αὐτοὺς ἀποβλέψας, Εἰ μὲν τοῦ ταπεινοῦ, φησὶν, Ἰωάννου, μᾶλλον δὲ Χριστοῦ, ὑπηρέται εἶναι καὶ διανομεῖς βούλεσθε, τῷ θείῳ τούτου προστάγματι πείθεσθε, ὃ παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοσθαι κελεύει · εἰ δέ καὶ ἑτέρου τινὸς εἶναι λέγετε, ὃς ἐξετάζειν ὑμᾶς καὶ διερευνᾶσθαι τοὺς τῶν προσαιτούντων βίους καὶ τὴν κατάστασιν ἐπιτάττει · ἴστε ὡς οὔτε Χριστὸς αὐτὸς, οὔθ' ὁ ταπεινὸς Ἰωάννης ὑπηρετῶν δεῖται φιλο-

[1] Luc. VI, 38.

(7) Titus is fuit, de quo Suetonius cap. 8 : « Atque etiam recordatus quondam super cœnam quod nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam vereque laudatam vocem edidit : Amici, diem perdidi. »

πραγμόνων. Εἰ μὲν γὰρ ἡμέτερα ἦν τὰ διδόμενα καὶ παρ' ἡμῶν ταῦτα εἰσενήνεκται εἰς τὸν κόσμον, ἴσως ἂν καὶ συγγνώμη τις ἦν τῷ φειδοῖ τούτοις χρωμένῳ· εἰ δὲ τοῦ Θεοῦ πάντα τυγχάνουσιν ὄντα, τὸ αὐτοῦ πρόσταγμα πάντως ἐν τοῖς αὐτοῦ προσήκει φυλάττεσθαι· εἰ δὲ φόβος ὑμᾶς ὑπῆλθεν ἐξ ἀπιστίας, ὡς μὴ ποτε τὸ τῶν ἀναλισκομένων πλῆθος τὰς ἐκκλησιαστικὰς προσόδους ὑπερβάλλοι· ἐγὼ κοινωνεῖν ὑμῖν τῆς ὀλιγοπιστίας ταύτης οὐδὲ ποσῶς ἀνέξομαι· πέπεισμαι γὰρ ὅτι κἂν τὸν κόσμον ὅλον εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐν ταὐτῷ γένοιτο συνελθεῖν εὐποιΐας δεόμενον, ἥκιστα ἂν τοὺς τοῦ Θεοῦ στενώσειε θησαυρούς.

A si nostra quidem essent, quæ dantur, et ea a nobis illata essent in mundum; fortasse aliqua danda esset venia ei, qui parce eis uteretur. Si autem Dei sunt omnia quæ sunt ejus, servare oportet. Sin autem vos subiit timor ex incredulitate, ne forte multitudo impensarum superet reditus ecclesiasticos, ne tantillum quidem sustinebo esse socius vestræ modicæ fidei. Persuasum enim habeo, quod etiamsi contingeret universum mundum venire simul Alexandriam, egentem beneficentia, hos Dei thesauros nequaquam in angustum redegerit.

ΙΑ'. Ὡς δὲ πᾶσαν αὐτῶν ἀπιστίαν συνεταῖς παραινέσεσι θεραπεύσας ἐξέπεμψε, τοῖς συγκαθεζομένοις ἐπὶ τῷ μεγαλοδώρῳ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως ἐκπληττομένοις, τοιοῦτόν τι ἀναλαβὼν ἐξηγεῖτο διήγημα, Ἐμοί, λέγων, πέντε πρὸς τοῖς δέκα χρόνων ὑπάρχοντι, κατὰ τὴν Κύπρον τε διατρίβοντι, μιᾶς τῶν νυκτῶν, κόρη τις ὄναρ ἐπιφαίνεται· κάλλος οἷον ἐξαίσιον καὶ ἀπόῤῥητον, ἔσταλτο δὲ λαμπρῶς, καὶ τῷ ἐξ ἐλαιῶν στεφάνῳ τὴν κεφαλὴν ἔστεπτο. Ἐγγύς δέ μοι παραστᾶσα, καὶ τῇ χειρὶ κατὰ πλευρὰν νύξασα, θορυβέντα με διυπνίζει· καὶ εὐθὺς οὐκέτι ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἦν τὸ φαινόμενον· καὶ τίς εἴη ἠρόμην αὐτήν, πόθεν τε παρείη, καὶ πῶς ὑπνοῦντί μοι τολμήσειεν ἐπέλθειν. Ἡ δὲ μειδιῶντι καὶ ἡδεῖ προσώπῳ ἱλαρόν τι καὶ γελήνιον ἐνιδοῦσα, Ἐγὼ πρώτη τῶν θυγατέρων τοῦ μεγάλου Βασιλέως, φησί· ἐμὲ φίλην αὐτὸς εἰ κτήσῃ, προσοικειῶσαί σε αὐτῷ δύναμαι· ἐμοῦ γὰρ οὐδενὶ τῶν ἄλλων παῤῥησία πλείων τις ὡς αὐτὸν, ὅτι τοι καὶ κατελθεῖν αὐτὸν οὐρανόθεν εἰς γῆν, καὶ σάρκα λαβεῖν ἀνθρωπίνην, ἐγὼ πείσαιμι. Ταῦτα εἶπε, καὶ εὐθὺς ἀπιοῦσα ᾤχετο. Ἐγὼ δὲ ἐν ἐμαυτῷ γενόμενος, καί τὸ θεαθὲν ὅ τι εἴη στρέφων κατά νοῦν, τὴν ἐλεημοσύνην αὐτὴν ἔκρινον εἶναι· διὰ ταύτης γὰρ καὶ Θεὸς ἐπὶ γῆς ἐλθεῖν καὶ ἀνθρώποις ὅμοιος ὀφθῆναι οὐκ ἀπηξίωσεν.

XI. Postquam autem eorum incredulitate admonitionibus curata, eos emisit, iis qui considebant munificum ejus animum stupentibus, talem retulit narrationem, dicens: Mihi, cum essem XV annos natus, et versarer in Cypro, quadam nocte puella quædam apparet in somnis eximia pulchritudine, et quæ verbis non potest exprimi, erat autem splendide vestita, et oleagina corona erat ei caput redimitum. Cum vero prope me stetisset, et manu latus pupugisset, me territum e somno excitat, statimque non amplius sommum, sed re vera aderat id quod apparebat. Rogavi autem eam, quænam esset et unde veniret, et quomodo ausa esset accedere ad me dormientem. Illa autem subridenti et læto vultu me hilariter et placide intuens: Sum inquit, prima ex filiabus magni Regis. Si tu me tibi amicam paraveris, potero te ei efficere familiarem. Nulli enim major est apud eum, quam mihi, fiducia: quoniam ei, ut e cœlo descenderet in terram, et carnem acciperet humanam, ego persuasi. Hæc dixit, et statim recessit. Ego vero cum ad me rediissem, et id quod visum fuerat, mente versarem, judicabam eam esse misericordiam. Propter eam enim et Deus in terram venire, et hominibus similis conspici non est dedignatus.

ΙΒ'. Εὐθέως οὖν ἀναστὰς ἐπὶ τὴν ἐκκλησίας μόνος ἐβάδιζον· ὄρθρος γὰρ ὑπηύγαζεν ἤδη· καὶ συναντῶ πένητι ἀνδρὶ γυμνῷ τε ὄντι καὶ τῷ κρύει σφοδρῶς πηγνυμένῳ· τοῦτῳ ἀποδυσάμενος ὃ περιεβεβλήμην ἱμάτιον, ἐπιδίδωμι, πρὸς ἐμαυτὸν εἰρηκὼς ὡς Εἴπερ ἀληθὲς εἴη καὶ μὴ ἀπάτη τὸ θεαθὲν, εἴσομαι. Πρότερον οὖν ἢ τὴν ἐκκλησίαν καταλαβεῖν προσελθών μοί τις ἀνὴρ λευκὰ περιβεβλημένος, ἐπιδίδωσι χρυσίου ἀπόδεσμον ἑκατὸν νομισμάτων, Δέξαι, προσειπών, φίλε, ταῦτα. Ἐμοὶ δὲ καίτοι ἀσμένως αὐτὰ δεξαμένῳ μετέμελεν αὖθις, καὶ τὸ τάχος ἐπιστραφεὶς ἀποδοῦναι τῷ δεδωκότι τὸ χρυσίαν διενοούμην, ἅτε μηδὲν δεόμενος· καὶ ὁ δεδωκὼς εὐθὺς ἀφανὴς ἦν. Τότε συνῆκα, μὴ φαντασίαν εἶναι τὴν ὀπτασίαν, ἀλλὰ δήλην ἀλήθειαν. Ἐξ ἐκείνου τοίνυν ἐπειδάν τινί τι παρεῖχον, Ἰδοιμι, ἔλεγον, εἴγε δὴ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν ἑκατονταπλασίονά μοι ἀντιμετρήσειεν ὁ Χριστός· ὡς δὲ μυριάκις οὕτω ποιῶν αὐτοῖς ἐπιστούμην ἔργοις, Παῦσαι, πρὸς ἐμαυτὸν, ἔφην, ἄχρι τίνος τὸν ἀπείραστον ἐκπειράσεις; Τοσαύτας ἐναργεῖς ἐμοῦ τὰς πίστεις δεξαμένου, οἱ μικρόψυχοι οὗτοι,

B C D

XII. Statim ergo surgens ivi solus ad ecclesiam: mane enim jam illucescebat: et fio obviam viro pauperi, qui erat nudus et valde affligebatur frigore. Ei, cum me exuissem ea veste, qua eram indutus, trado, apud me dicens: Seiam, an sit verum et non deceptio id quod a me visum est. Et prius quam venissem in ecclesiam, ad me accedens vir quidam candidatus tradit mihi auri fasciculum: Hæc accipe, dicens, o amice. Ego autem etsi illud libenter accepissem, ductus sum pœnitentia, et quamprimum conversus, cogitabam id reddere ei qui dederat, ut qui non indigerem. Is autem qui dederat, protinus evanuerat. Tunc intellexi visionem non esse phantasiam, sed apertam visionem. Ab illo tempore cum aliquid aliud præbuissem, Videam, dicebam, an convenienter promissioni sit mihi Christus centuplum redditurus. Cum autem millies sic faciens, ipsis factis rem ita esse essem expertus, dixi apud me: Cessa; quousque tentabis eum, qui non potest tentari? Cum ego, inquit, tam evidentia accepissem argumenta, isti, qui sunt sordidi et liberales, vene-

runt ut me arriperent et efficerent socium suæ infidelitatis, et me vocarent ad misericordiam.

φησὶ, τήμερον ἦλθον συναρπάσαι τε καὶ κοινωνὸν τῆς αὐτῶν ἀπιστίας δεῖξοι, καί πρὸς ἀσπλαγχνίαν με ἐκκαλέσσασθαι.

XIII. Hujus maximam benignitatem cum considerasset quidam advena, cogitavit eum tentare, qui erat superior omni tentatione. Cum se ergo panniculis induisset, accedit ad eum euntem ad visendos eos qui erant in nosocomio (solebat enim hoc bis et ter facere in hebdomada) et verbis lugubribus: Miserere mei, inquit, domine, qui sum captivus. Ille autem jubet distributori dare ei sex nummos. Ille vero iis acceptis et mutato habitu, per aliam viam accedit rursus similiter rogans. Beatus autem ei rursus jubet dari sex nummos. Ad magnum autem virum accedens is, qui dabat, illi in aurem significat eum esse, qui paulo ante alios sex acceperat. Cum vero simulans tertio rursus venisset ad accipiendum, distributor innuit patriarchæ, eumdem esse rursus significans. Ille autem illud præclarum rursus dicit et facit, ut qui dixerit : Da ei duodecim nummos; nam ille ipse est Dominus meus, qui me tentat. Sed hæc quidem sic. Oratio autem vult etiam alia plurima tractare, significantia qualis esset vir ille summus circa benignitatem.

ΙΓ'. Τούτου τὴν πολλὴν χρηστότητα τῶν ἐπηλύδων τις κατανοῆσαι πείρασας διενοήθη τὸν πάσης πείρας ἀνώτερον. Ῥάκια τοίνυν ἀμφιασάμενος, προσεισιν αὐτῷ προσιόντι ἐπισκέψασθαι τοὺς ἐν τῷ νοσοκομείῳ (εἴθιστο γὰρ αὐτῷ δὶς καί τρὶς τοῦτο τῆς ἑβδομάδος ποιεῖν), καὶ ῥήμασι γοεροῖς, Ἐλέησόν με οὕτω φησὶ, δέσποτα, τὸν αἰχμάλωτον. Ὁ δὲ τῷ διανομεῖ, ἐξ αὐτῷ νομίσματα δοῦναι κελεύει· καὶ ὃς ταῦτα λαβὼν καὶ ἀμείψας τὸ σχῆμα, πρόσεισι δι' ἄλλης πάλιν ὁμοίως δεόμενος. Ὁ τοίνυν μακάριος ἐξ αὐτῷ καὶ αὖθις νομίσματα ἐπιτρέπει δοθῆναι. Ἐγγίσας δὲ τῷ μεγάλῳ πρὸς τὸ οὖς ὁ διδοὺς, τοῦτον αὐτὸν εἶναι τὸν καὶ πρὸ βραχέος τὰ ἕτερα ἐξ εἰλημφότα γνωρίζει, Ὡς δὲ ὑποκρινάμενος ἐκ τρίτου πάλιν ἔλθοι λαβεῖν, ὁ διανομεὺς νύττει τὸν πατριάρχην, τὸν αὐτὸν εἶναι σημαίνων· καὶ ὃς τὸ ἀοίδιμον ἐκεῖνο καὶ φθέγγεται καὶ ποιεῖ, Λώδεκα δὸς αὐτῷ νομίσματα, εἰρηκὼς, μή ποτε καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Κύριός μου ἐστι καὶ πειράζῃ με. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὧδέ. Ὁ λόγος δὲ καὶ ἕτερα πλεῖστα διαλαβεῖν βούλεται, οἷος ἦν ἄκρος περὶ τὸ φιλάνθρωπον ὁ μέγας δηλοῦντα.

CAPUT III.

Subventum pauperi mercatori, et nobili.

XIV. Mercator (9) quidam possidens navem propriam, cum ei infelicissime cessisset mercatura, gravi premebatur inopia. Ei ergo, cum accessisset et petiisset aliquid auxilii, beatus jubet dari quinque libras auri. Quas quidem cum accepisset, et ea quibus opus habebat esset mercatus, navigavit : Postquam autem fuit circa Pharon, vi ventorum vexatus, amittit quidem ea, quæ vehebat; navigium vero solum servat vacuum. Accedit ergo rursus ad patriarcham simul quidem tragice deflens id quod acciderat, et cum ad majorem vocans commiserationem, Ille autem cum audiisset, hortatur quidem ne animum despondeat, aperte autem subjungit, dicens: Nisi iis, quæ tibi reliquæ erant ex iniquitate, Ecclesiæ quoque pecunias conjunxisses, non hoc tibi contigisset. Rursus ergo jubet ei dari decem libras auri, jubens, ne eas injiceret cum aliis. Quamprimum ergo navigavit mercator, accidit ut et pateretur priori gravius naufragium, ut qui cum nave onus simul amiserit. Cum ergo in extremam cecidisset desperationem, et victus esset animi ægritudine, et nec tantillum quidem posset cohibere motum animi, et jam manum sibi esset allaturus ; deinde cum quod factum erat, rursus rescivisset, patriarcha eum accersit. Ille autem accessit veste disrupta, coma evulsa, et caput habens conspersum cinere, habitu miserabilis, miserabilior autem gravitate calamitatis, et multis lacrymis lacrymas oculorum attrahens. Quem etiam hic magnus cum vidisset: Propitius, inquit, sit tibi Deus. Cur pro-

ΙΔ. Ἔμπορός τις ναῦν κεκτημένος ἰδίαν, δυστυχέστατα διατεθεὶς πρὸς τὴν ἐμπορίαν, ἀπορίᾳ ἐπιέζετο χαλεπῇ. Τούτῳ γοῦν προσελθόντι, καὶ τινος ἐπικουρίας ἀξιοῦντι τυχεῖν, ὁ μακάριος πέντε χρυσίου λίτρας δοθῆναι προστάττει· ἄσπερ δὴ καὶ λαβὼν καὶ ὧν ἐδεῖτο ἐμπορευσάμενος, ἔπλει. Ὡς δὲ περὶ τὸν Φάρον ἐγένετο, βίαις περιληφθεὶς ἀνέμων ἀποβάλλεται μὲν τὰ ἀγώγιμα, μόνον δὲ τὸ πλοῖον διασώζει κενόν. Προσέρχεται τοίνυν καὶ αὖθις τῷ πατριάρχῃ, ἅμα μὲν ἐκτραγῳδῶν τὸ συμβὰν, ἅμα δὲ καὶ πρὸς συμπάθειαν αὐτὸν πλείονα ἐκκαλούμενος. Καὶ ὃς ἀκούσας, παραινεῖ μὲν μὴ ἀπαγορεύειν, ἐπιλέγει δὲ φανερῶς ὡς, Εἰ μὴ τοῖς ἐξ ἀδικίας περιλειφθεῖσι καὶ τὰ τῆς Ἐκκλησίας χρήματα συνῆψας, οὐκ ἂν τοῦτο συμβεβήκοι. Αὖθις οὖν δέξα λίτρας αὐτῷ δοθῆναι κελεύει χρυσίου, παραγγείλας ἕτερα τούτοις μὴ ἐμβαλεῖν. Κατὰ τάχος οὖν ὁ ἔμπορος ἔπλει καὶ ναυαγίῳ πάλιν χρῆται τοῦ προτέρου χαλεπωτέρῳ, αὐτῇ νηΐ καὶ τὸν φόρτον ἀποβαλών. Ἐσχάτῃ τοιγαροῦν ἀπογνώσει περιπεσὼν, ἤττων τε τῆς ἀθυμίας γενόμενος καὶ μηδὲ βροχὴ τοῦ πάθους ἐγκρατὴς εἶναι δυνάμενος, καὶ ἑαυτὸν ἤδη διαχειρίζεσθαι ἔμελλε, εἶτα τὸ γέγονὸς καὶ αὖθις ὁ πατριάρχης ἀναμαθὼν εἰσκαλεῖται τοῦτον· καὶ ὃς προσῄει τὴν ἐσθῆτα διερρηγμένος, τὴν κόμην διεσπασμένος, κόνει τὴν κεφαλὴν καταπεπασμένος, ἐλεινὸς τὸ σχῆμα, ἐλεεινότερος τῷ βάρει τῶν συμφορῶν, δάκρυσί τε πολλοῖς δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν ἐφελκόμενος. Ὃν καὶ ὁ μέγας αὐτὸς θεασάμενος, Ἵλεώς σοι, φησὶν, ὁ Θεὸς. Τί οὕτως αὐτὸν ἐκ μικροψυχίας διέθηκας ; Πέποιθα τῷ Θεῷ

(8-9) Leontius, *nauclerus*, quod infra hic dicitur.

μου, ὡς οὐκέτι σοι τοῦ λοιποῦ πλοῖον οὐδαμοῦ ναυαγήσει. Πλὴν ἴσθι σαφῶς παρ' οὐδὲν ἄλλο καὶ τοῦτο συμβῆναι, ἢ ὅτι σοι καὶ αὐτὸ τὸ πλοῖον οὐ δικαίως οὐδὲ καλῶς ἐτύγχανε προσκτηθέν. A

pter pusillum et abjectum animum ita es affectus? Confido in Deo meo, quod de cætero tibi navis nullum patietur naufragium. Sed scias hoc tibi nulla alia de causa accidisse, nisi quod hæc navis non juste, non honeste, a te esset acquisita.

ΙΕ'. Ταῦτα εἰπὼν ὁυθῆναί οἱ ἓν τῶν τῆς Ἐκκλησίας πλοίων κελεύει, σίτου μυριάδων δύο πεπληρωμένον, ὅπερ λαβὼν ἐξέπλει τῆς Ἀλεξάνδρου. Καὶ δῆτα ἐπιφόρῳ χρησάμενος πνεύματι, παραδοὺς ἑαυτὸν τῷ φέροντι, ἤγετο μηδὲν εἰδὼς ὅποι καὶ εἴη· ἡμέρας γὰρ εἴκοτι καὶ νύκτας τὰς ἴσας τῆς νηὸς οὕτω θεούσης, οὔτ' αὐτὸς, οὔτε τις τῶν ἐν τῇ νηὶ ἕτερος, οὐκ ἐκ τῶν ἄστρων, οὐκ ἐξ ἐγχωρίων δή τινων γνωρισμάτων ὅπου ποτὲ γῆς ἦσαν, ἐδύναντο διαγνῶναι, ὅτι μὴ τῷ κυβερνήτῃ μόνῳ ὁ πατριάρχης ὑποφαινόμενος ἦν, ἰθύνων σὺν αὐτῷ τὸ πηδάλιον. Ἐπεὶ δὲ εἰκοστὴ παρέλθοι, νήσοις ἐντυγχάνουσι ταῖς Βρετανικαῖς, ἔνθα δὴ καὶ προσορμισάμενοι, λιμὸν εὑρίσκουσιν ἀπηνέστατον, λιμὸν ἀθλίως τοὺς ἐγχωρίους κατεργαζόμενον. Ἐπεὶ δὲ τῷ πρώτῳ τούτων ἐνέτυχον, καὶ ὅτι σῖτον φέροιεν αὐτῷ διεγνώσθησαν, εὐθυμίας ἐπληροῦτο πάσης, καὶ σὺν πολλῇ τούτους ὑπεδέχετο τῇ περιχαρείᾳ, οὐκ ἀθεεὶ γεγενῆσθαι τὴν αὐτῶν λογισάμενος παρουσίαν. Ἐπεὶ οὖν οἱ τῆς νήσου τὸν ὅλον ἐπρίαντο σῖτον, χρυσίον μὲν ὑπὲρ τοῦ ἡμίσεως παρασχόμενοι, κασσίτερον δὲ τοῦ λοιποῦ (οὕτω γὰρ ὑπῆρχεν ἀμφοτέροις συμφωνηθὲν), καὶ ὁ ἔμπορος ἤδη ἀνεκομίζετο, γίνεταί τι πρᾶγμα μνήμης μὲν καὶ γραφῆς, εἴπερ ἄλλο τι, ἄξιον, εἰσδέξασθαι δὲ καὶ πιστεῦσαι τῇ μὴ πάνυ πιστοτάτῃ τῶν ἀκοῶν, οὐδαμῶς ῥᾴδιον. B C

XV. Hæc cum dixisset, jussit ei dari unam ex navibus Ecclesiæ, impletam viginti millibus modiorum frumenti. Qua quidem accepta, navigavit ex Alexandria, et vento usus secundo, cum se ipsum tradidisset ei, qui ferebat, ducebantur nihil sciens ubinam esset. Nam cum viginti dies et totidem noctes navis sic curreret, neque ipse, neque ullus alius ex iis, qui erant in navi, nec ex astris, nec ex regionis indiciis, ubinam essent poterant discernere, nisi quod soli gubernatori apparebat patriarcha, cum eo clavum dirigens. Cum autem præteriisset vicesimus dies, perveniunt ad insulas Britannicas. Quem in locum cum appulissent, inveniunt famem crudelissimam, famem quæ homines illius regionis misere conficiebat. Cum autem eorum principem convenissent, et ab eis cognitum esset, quod frumentum afferrent, magna (10) animi alacritate impleta est tota civitas, et eos cum magna accepit lætitia, non sine Dei numine eos advenisse reputans. Cum autem insulares totum frumentum emissent, pro dimidio quidem aurum præbentes, pro reliquo autem stannum (ita enim inter utrosque conveneral) et mercator jam rediret, fit res quædam, quæ digna est, si ulla alia, quæ memoriæ quidem et scriptis mandetur : admittere autem et credere, nisi fidelissimis auribus, nequaquam est facile.

ΙϚ'. Ὡς γὰρ τὴν Δεκάπολιν ἤδη κατέλαβον πλέοντες, ὁ ναύκληρος τῆς νηὸς ἀποβὰς, φίλῳ τινὶ καὶ συνήθει ἀργυροκόπῳ τὴν τέχνην περιτυχών, πεντήκοντα λίτρας αὐτῷ ἀφ' οὗπερ εἵληφε κασσιτέρου δοὺς, τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ τιμὴν ἀντελάμβανε. Ὁ δὲ διαβασανίσει τοῦτον πυρὶ βουλόμενος, ὥστε μαθεῖν οἷος εἴη, ἄργυρον εὑρίσκει δόκιμόν τε καὶ καθαρώτατον. Νομίσας οὖν πειράζοντα μᾶλλον ἢ ἀληθεύοντα τὸν ναύκληρον οὕτω δρᾶσαι, ὠνείδιζε παραστὰς, Τί τοῦτό σοι πέπρακται ; λέγων· Μὴ γὰρ οὐχ ἱκανὸς ὁ μέχρι τήμερον πιστωσασθαι χρόνος, ὅπως ἀδόλως ἡμεῖς περὶ τὰ συναλλάγματά σοι συγχρώμεθα, σὺ δὲ ἀργύριον νῦν ὡς ἂν ἐκπειράζων ἀντὶ κασσιτέρου κατέθηκας ; Αὐτίκα γοῦν ἐπὶ τῷ λόγῳ καταπλαγεὶς ὁ ναύκληρος, Οὐ, φησὶν, ἑταῖρε, μὰ τὴν ἀλήθειαν, οὐδὲν εἰς πεῖραν ἡμεῖς, ἀλλὰ κασσίτερον ἄντικρυς οἶδά σοι παρασχών. Εἰ δὲ καὶ ταῖς τοῦ πατριάρχου εὐχαῖς ἀμείφθη πρὸς ἄργυρον, τοῦτο ξένον οὐδέν· δυνατά γὰρ ἐκείνῳ ταῦτα, ὃς καὶ ὕδωρ εἰς οἶνον καὶ εἰς αἷμα πάλιν ἄλλοτε μεταβέβληκεν. Ἵνα δὲ καὶ αὐτόθεν εἴῃ σοι τὸ πιστεῦσαι, εἰς τὸ πλοῖον ἐμβὰς καὶ τὸ ὅλον ὡς ἔχει φύσεως καταμάνθανε. Καὶ ὃς εἰσελθὼν εὑρίσκει καὶ αὐτὸν ἐμφανῶς, ὥσπερ δὴ καὶ ἦν, ἄργυρον καθαρώτατον. Ὁ ναύκληρος δὲ πάντα D

XVI. Cum enim jam Decapolim (11) pervenissent navigantes, nauclerus de nave descendens, cum in quemdam incidisset amicum et familiarem, arte aurificem, datis ei quinquaginta libris e stanno, quod acceperat, pro eo accepit pretium. Ille autem, cum id vellet igne probare, ut sciret quale esset, invenit argentum probum et purissimum. Arbitratus itaque nauclerum id magis facere, ut tentaret, quam quod verum esse putaret, accedens eum probris est insectatus, dicens : Quid hoc a te factum est ? Annon sufficit tempus ad fidem faciendam usque in hodiernum diem, quod sine dolo versamur in contractibus ? Tu autem nunc, utpote tentans, argentum deposuisti pro stanno. Protinus ergo, eo quod dixerat obstupefactus nauclerus : Nihil, inquit, per ipsam, o amice, veritatem, nihil fecimus ut tentaremus : sed scio me tibi stannum aperte præbuisse. Si autem patriarchæ precibus mutatum est in argentum, non est hoc novum et alienum. Ille enim hæc potest qui aquam in vinum, et rursus aliquando eam (12) mutavit in sanguinem. Ut autem vel hinc possis credere, ascende in navem et totum disce cujusmodi sit naturæ. Ille vero ingressus, aperte invenit ipsum, sicut erat, argentum puris-

(10) Ita Gentianus, ad Mss. id referunt de solo principe illius loci, quem πρῶτον vocant.

(11) Ita Mss. Græca, ac Leontius *Pentapolim*.

(12) Gentianus, *id*, quasi vinum in sanguinem mutatum dicat. Mss. ipsam aquam in sanguinem mutatam habent, quod scilicet Exodi XII narratur.

simum. Naûclerus autem cum omnia statim ab initio usque ad finem exposuisset, ad gloriam Dei et laudem patriarchæ, qui fuit ei gratificatus, omnes evocavit auditores. Sed pergendum est ad sequentem narrationem.

A εὐθὺς τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι καὶ τέλους ἐξηγησάμενος, εἰς δόξαν Θεοῦ, ἔπαινόν τε τοῦ αὐτῷ κεχαρισμένου πατριάρχου, τοὺς ἀκροατὰς πάντας ἐξεκαλέσατο· ἀλλ' ἐπὶ τὰ τῆς ἑξῆς ἰτέον τῆς διηγήσεως.

XVII. Ad magnum aliquando euntem ad ecclesiam accedit quidam nobilis, cui fures quas habebat facultates diripuerant, et qui sic erat ad extremam redactus paupertatem : cujus misertus, quæ tam brevi tempore acciderat, inopiæ, jussit ei dari quindecim libras auri. Ille autem, qui jussus fuerat dare, partim quidem cedens inobedientiæ, partim autem suggestioni eorum, qui administrabant res Ecclesiæ, tanquam non essent multa reliqua, utpote quod nesciret magnus Joannes thesaurum recondere, præbuit quinque solas ei qui rogaverat Beato B autem Joanni ex ecclesia egredienti, mulier quædam vidua admodum dives, ei tradit chartam, in qua scriptum erat donum quingentarum librarum. Quam cum legisset, intellexit ex ea, quæ in ipso habitabat, gratia, id quod non fuerat factum prout jusserat, de diminutione, inquam, quindecim librarum auri. Cum eos ergo, qui id fecerant, accersivisset, de eo examinavit. Cum ii autem de re gesta mentiri conarentur, et non solum in re prius, sed etiam mendaces exsistere in sermone, eo ipso qui rogaverat accersito, cum rescivisset eum accepisse solas quinque libras auri, ostendens illis chartam mulieris : A vobis, inquit, Dominus est exacturus alias mille. Si enim vos quindecim libras, ut a nobis statutum fuerat, ei qui rogarat præbuissetis, C mille et quingentas Deo præbuisset mulier. Ut autem factis fides fiat ejus quod vobis est incredibile, accersite mihi, inquit, hanc piam mulierem.

ΙΖ'. Ἀπιόντι τῷ μεγάλῳ ποτὲ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, πρόσεισί τις τῶν εὐγενῶν ὑπὸ κλεπτῶν τὰ ὄντα διασεσυληκώς, καὶ πάντα πρὸς ἐσχάτην πενίαν συνελαθείς· ὃν ἐλεήσας τῆς ἐν βραχεῖ ταύτης ἐνδείας, πεντεκαίδεκα χρυσίου λίτρας δοθῆναί οἱ διεκελεύσατο. Ὁ μέντοι δοῦναι προστεταγμένος, τοῦτο μὲν παρακοῇ εἶξας, τοῦτο δὲ καὶ ὑποβολῇ τῶν τὰ τῆς Ἐκκλησίας διοικονομουμένων, ὡς μὴ πολλῶν ὄντων τῶν ὑπολελειμμένων, ἅτε τοῦ μεγάλου μὴ θησαυρίζειν ἐπισταμένου, πέντε μόνας τῷ δεηθέντι παρέσχετο. Ἐξιόντι δὲ τῷ μακαρίῳ τῆς ἐκκλησίας, γυνή τις χήρα πάνυ σφόδρα πλουσία, χάρτην αὐτῷ ἐγχειρίζει, ᾧ δωρεὰ χρυσίου πεντακοσίων λιτρῶν ἐγγέγραπτο, ὃν ἐπελθὼν συνῆν ὑπὸ τῆς αὐτῷ ἐνσκηνούσης χάριτος, ὃ μὴ κατὰ τὸ ἐπιτέταγμένον ὑπ' αὐτοῦ γέγονεν, ἐπὶ τῇ ὑφέσει δήπου τῶν πέντε καὶ δέκα χρυσίου λιτρῶν. Τοὺς οὖν διενεργήσαντας μετακαλεσάμενος ἤτασε περὶ τούτου. Ὡς δὲ αὐτοὶ τοῦ πεπραγμένου καταψεύδεσθαι ἐπειρῶντο, καὶ πρότερον περὶ τὸ πρᾶγμα μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ περὶ τὸν λόγον ψεύστας γίνεσθαι, αὐτὸν τὸν δεηθέντα μεταπεμψάμενος, καὶ μαθὼν ὅτι πέντε μόνας εἰλήφει λίτρας χρυσίου, τὸν τῆς γυναικὸς χάρτην ἐκείνοις ὑποδεικνύων, Ἐξ ἡμῶν, ἔφη, Κύριος τὰς ἑτέρας χιλίας ἀπαιτεῖν μέλλει. Εἰ γὰρ ὑμεῖς τὰς πέντε καὶ δέκα λίτρας, ὡς γε διώριστο παρ' ἡμῶν, τῷ δεηθέντι παρέχετε, χιλίας καὶ πεντακοσίας ἂν καὶ ἡ γυνὴ τῷ Θεῷ παρέσχεν· ἵνα δὲ καὶ ἔργοις πιστωθείη τὸ ὑμῶν ἄπιστον, καλεῖτέ μοι, ἔφη, τὴν θεοφιλῆ ταύτην γυναῖκα.

XVIII. Cum ea autem accessisset, et aurum promissum attulisset : Dic mihi, inquit patriarcha, an tantum pecuniæ statuisses Deo offerre ab initio ? Illa vero cum sensisset illum non latuisse id quod seorsum ab ea factum fuerat, magno metu correpta, universum arcanum enuntiavit, dicens : Revera, Domine, mille et quingentas libras scripseram in charta tibi data. Paucis autem post diebus cum eam evolvissem, inveni mille, nescio quo modo sua sponte deletas. Hinc judicavi Deo omnino non placere, ut plures quingentis libris offerrem. Hæc illis, qui audierant, magnum metum injecerunt : et accedentes simul ad pedes magni Joannis, petierunt ut sibi remitteretur peccatum inobedientiæ. Illi autem Christi amanti viduæ multam a Deo precatus benedictionem, dimisit beatus Joannes, ut abiret in pace.

ΙΗ'. Τῇ δὲ παραστάσῃ καὶ τὸ ἐπαγγελθὲν χρυσίον διακομισαμένῃ, Εἰπέ μοι, ἔφη ὁ πατριάρχης, εἰ τοσαῦτα τῷ Θεῷ χρήματα ἐκ πρώτης ἔγνως προσενεγκεῖν. Ἡ δὲ ὡς ἤσθετο μὴ διαλαθὸν ἐκεῖνον ὃ κατὰ μόνας αὐτῇ πέπρακτο, δέει πολλῷ ληφθεῖσα πᾶν τὸ ἀπόῤῥητον ἐξηγόρευσεν, ἐπειποῦσα ὡς, Ταῖς ἀληθείαις, δέσποτα, χιλίας καὶ πεντακοσίας λίτρας τῷ ἐπιδοθέντι σοι χάρτῃ ἐγγράψασα ἦν. Ὀλίγαις δὲ πρότερον ἡμέραις ἀνελίξασα τοῦτον, τὰς χιλίας οὐκ οἶδ' ὅπως εὗρον κατὰ τὸ αὐτόματον ἀπαλειλιμμένας· κἀντεῦθεν ἔκρινα μὴ δοκοῦν εἶναι τῷ Θεῷ πάντως πλειόν με τῶν πεντακοσίων προσενεγκεῖν. Ταῦτα D ἐκείνοις ἀκούσασι, πολὺν ἐμβέβληκε φόβον εἰς τὴν ψυχήν, καὶ προσπεσόντες ἅμα τοῖς ποσὶ τοῦ μεγάλου, ἀφεθῆναι τούτοις τὸ ἁμάρτημα τῆς παρακοῆς ἠτήσαντο. Τῇ μέντοι φιλοχρίστῳ πολλὴν ἀπὸ Θεοῦ τὴν εὐλογίαν ἐπευξάμενος ὁ μακάριος, ἀφῆκεν ἀπελθεῖν ἐν εἰρήνῃ.

CAPUT IV.

Abunde subministrata, quæ largiretur pauperibus.

XIX. Huic munifico animo et manui invidens malignus dæmon, suggerit patricio Niceæ, quem ei fuisse amicum et familiarem prius diximus, ut quiddam suam virtute indignum cogitaret et diceret.

ΙΘ'. Τούτῳ τῆς μεγαλοδώρου ταύτης καὶ προαιρέσεως καὶ χειρὸς ὁ πονηρὸς δαίμων διασασκήνας, ὑποβάλλει τῷ πατρικίῳ Νικήτᾳ, ὃν συνήθη αὐτῷ καὶ φίλου γενέσθαι ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ἀνάξιόν τι

τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐννοῆσαί τε καὶ εἰπεῖν. Προσελθὼν τοίνυν τῷ μακαρίῳ, Ἡ βασιλικὴ χείρ, ἔφη, δέσποτα, πολλῶν δεῖται χρημάτων εἰς ἀναγκαίας τοῦ κοινοῦ χρείας ὅσαι ὧραι καταναλίσκουσα· ὁρᾷς γὰρ καὶ αὐτὸς, ὡς ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ τοῦ κοινοῦ περιέστη. Προσῆκον οὖν ἐστι τὰ εἰκῇ καὶ εἰς οὐδὲν δέον παρὰ σοῦ δαπανώμενα, τῷ τοῦ δημοσίου ταμείῳ προσενεχθῆναι. Ὁ δὲ μηδὲν ἐπ' αὐτῷ διαταραχθεὶς, Οὐ δίκαιον, ἔφη, τὰ τῷ ἐπουρανίῳ βασιλεῖ καθιερωμένα τῷ ἐπιγείῳ καταπροέσθαι. Ἱεροσυλία γὰρ ἄντικρυς τοῦτο, καὶ εἰς Θεὸν οὐ φαῦλον ἁμάρτημα. Εἰ δέ σοι οὕτω δέδοκται πράττειν, ἰδοὺ τὰ τῆς Ἐκκλησίας πάντα λαβὼν ποίει κατὰ τὴν σὴν θέλησιν, εἴγε μηδείς σε λόγος τῆς γνώμης ταύτης ἀφίστησι· προαιρέσει γὰρ οἰκείᾳ, οὐδ' ὀβολὸν ἕνα τῶν κειμένων προήσομαι. Οὐδὲν οὖν ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος ἀνὴρ οὐκ οἶδ' ὅπως ὑποστειλάμενος, εἰσκαλεῖται τοὺς ἑπομένους καὶ τὰ χρήματα εὐθὺς ἆραι κελεύει, μηδὲν πλέον, ὅτι μὴ ἑκατὸν μόνας τοῦ χρυσίου λίτρας τῷ πατριάρχῃ καταλιπών.

Κ'. Ἐν ᾧ δὲ κατῄεσαν οἱ ταῦτα διαβαστάζοντες, συναντῶσιν ἀνερχομένοις τισὶ πρὸς τὸν πατριάρχην, κεράμια μέλιτος ἐπικομιζομένοις· ὧν τοῖς μὲν, Πρώτατον, τοῖς δὲ, Ἄκαπνον ἐπιγέγραπτο. Ἐπεὶ οὖν ὁ πατρίκιος ἐθεάσατο ταῦτα, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ὅπως εἶχεν ἀνέγνω, δηλονότι παραχρῆμα τῷ πατριάρχῃ ἓν τῶν κεραμίων αὐτῷ ἐκπεμφθῆναι. Τοῦ δὲ πιστευθέντος αὐτὰ διάπειραν, ὡς ἔθος, αὐτῶν πιουμένου· εἶτα καὶ τὸ γεγονὸς ἐπ' αὐτοῖς θαῦμα καταμαθόντος, καὶ τῷ μακαρίῳ γνωρίσαντος, ὡς πάντα μεστὰ χρυσίου τυγχάνουσιν ὄντα, ἓν αὐτῶν παραχρῆμα πέμπει τῷ πατρικίῳ, ὃ Μέλι πρωτεῖον, τὴν ἐπιγραφὴν εἶχε. Τούτῳ τοιγαροῦν καὶ γράμματα στέλλει, ὧν ἡ δύναμις οὕτως ἦν· Ὁ εἰπὼν Κύριος, «Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω,» ἀψευδὴς ὢν αὐτὸς, καὶ νῦν ὧν ἡ σὴ ἐνδοξίᾳ ἀφεῖλετο χρημάτων ἀντιδίδωσιν ἕτερα. Δηλώσει δέ σοι καὶ τὸ νῦν ἐκπεμφθὲν κεράμιον, ἓν τούτων ὑπάρχον. Ἴσθι τοίνυν ἀκριβῶς ὅτι τὸν καὶ πνοὴν καὶ τροφὴν πᾶσι διαχορηγοῦντα Θεὸν, φθαρτὸς ἄνθρωπος στενῶσαι οὔ ποτε ἂν οὐδαμῶς δυνήσεται. Παρήγγειλε δὲ καὶ τοῖς τὸ κεράμιον διακομίζουσιν, ἐπὶ μάρτυσιν αὐτοῖς ἀνοιγῆναι κατ' ὄψιν τοῦ πατρικίου, ἀπαγγεῖλαί τε ὡς καὶ τἄλλα πάντα, ὅσα δὴ καὶ τεθέαται, οὕτως ἔχει, καὶ χρυσίου τυγχάνει πεπληρωμένα. Εὐωχουμένων τοίνυν καταλαβόντες, ἐγχειρίζουσιν αὐτῷ τὴν ἐπιστολὴν ἐπιδεικνύντες καὶ τὸ κεράμιον· ὅπερ ὡς ἐθεάσατο, Χολῇ μοι πάντως ὁ δεσπότης μου, ἔφη, ἐπεὶ οὐκ ἄν ἓν μοι μόνον ἐπέστελλέν. Οἱ μέντοι διακομισταὶ, καθὼς ἦν αὐτοῖς ἐπιτετεταγμένον, ὑπ' ὄψις αὐτοῦ διανοίξαντες τὸ κεράμιον καὶ τὰ χρήματα ἐκκενώσαντες, χρυσίου πεπλῆρωσθαι καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως ἀπήγγελλον. Ὡς δὲ καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἔπιων, εὗρεν ὅτι Θεὸν ἄνθρωπος στενῶσαι οὐ δύναται, συσταλεὶς ἐπὶ τούτῳ, καὶ δέους ὑποπλησθεὶς (ταχεῖα γὰρ εἰς τὴν τοῦ μὴ κα-

(13) Leontius lagunculas scribit missas fuisse, habentes pecunias, non mel : nec miraculum hic ullum mutati in pecuniam mellis, sed divinam Providentiam agnoscit in hisce muneribus eo tempore missis.

A Accedens itaque ad Beatum : Manus, inquit, imperatoris eget multis pecuniis, ut quas ad necessarios usus reipublicæ quotidie consumat. Nam ipse quoque vides, in quantas angustias redacta sit respublica. Oportet ergo, ut quæ temere et ad nihil quod oportet a te consumuntur, deferantur ad ærarium publicum. Ille autem nihil propterea conturbatus : Non est, inquit, justum, ut quæ Regi cœlesti sunt consecrata, prodantur regi terreno. Est hoc enim plane sacrilegium, et non parvum in Deum peccatum. Sin autem tibi visum est sic facere, ecce quæcunque sunt Ecclesiæ, ea accipe, et fac ut volueris, si quidem te nulla ratio ab hac abducit sententia : mea enim voluntate ne obolum quidem dimittam eorum quæ B sunt reposita. Nihil ergo, nescio quo modo, ex eo repressus vir ille admirabilis, vocat eos qui sequebantur, et statim jubet tollere pecunias, nihil aliud relinquens patriarchæ nisi solas centum libras auri.

XX. Interim autem dum descendebant ii, qui eas portabant, occurrunt quibusdam ascendentibus ad patriarcham, qui mellis (13) amphoras afferebant ad eum, in quarum nonnullis inscriptum quidem erat, Primarium ; in aliis autem, Fumo carens. Postquam ergo hæc vidit Patricius, et agnovit inscriptionem, significavit patriarchæ, ut ad ipsum mittatur una ex amphoris. Cum is autem, cujus fidei hæc commissa fuerant, eorum, ut mos est, fecisset periculum, et deinde intellexisset, quod in C eis factum erat miraculum, et beato Joanni significasset quod sunt omnia auri plena, illico unum mittit ad Patricium, quod inscriptum erat, Mel primarium. Ad eum autem mittit etiam litteras, quarum hæc erat vis : Dominus qui dixit, « Non te dimittam, nec te derelinquam, » ipse pro iis, quas tua Celsitudo nunc abstulit, pecuniis reddit alias. Id autem tibi declarabit quæ nunc ad te missa fuit amphora, quæ est una ex iis. Scias ergo, quod Deum, qui spiritum et alimentum omnibus suppeditat, homo, in quem cadit interitus, nequaquam poterit in angustum redigere. Porro autem præcepit etiam iis, qui ferebant amphoram, ut eis præsentibus aperiretur in conspectu Patricii, et ei renuntiarent, quod aliæ omnes, quas vidit, ita se habent, D et sic sunt auro plenæ. Cum eum ergo invenissent convivantem, ei tradunt epistolam, ostendentes etiam amphoram. Quam quidem postquam vidit : Irascitur mihi omnino dominus meus, inquit : neque enim unam mihi solam misisset. Qui autem portabant, quomodo fuerat eis imperatum, cum in ejus conspectu aperuissent amphoram, et pecunias effudissent, annuntiabant fuisse reliquias auro similiter repletas. Cum vero perlegens epistolam, invenisset quod homo Deum non potest in angustum redigere,

ad se postea reversus et timore repletus (eorum enim, quæ non recte facta sunt, pœnitentia cito movetur generosa virtutis amans anima), Vivit Deus,

XXI. Cum statim itaque surrexisset, et quascunque ex ecclesia sustulerat pecunias rursus sumpsisset, et ipsam quæ missa fuerat amphoram, quinetiam e suo libras trecentas addidisset, ascendit ad patriarcham, veniam petens inconsiderati consilii. Ille autem eum libenter excipiens, neque ei exprobravit, neque aliquid locutus est, quod ei afferret molestiam: sed verbis potius animum consolantibus et spiritualibus admonitionibus confirmatum amandavit. Ab eo autem tempore tanto fuerunt inter se conjuncti vinculo amicitiæ, ut etiam patriarcha fuerit ejus filiorum susceptor. Ut autem non solum per uberiorem laxamque et solutam vivendi rationem cognosceretur animus ejus incomparabilis, et bona spes ejus in Deum fidei, sed etiam per angustiorem, quam esset probatus, esset evidens: (clarum est enim, quod sunt utraque periculosa, nempe et res secundæ, quæ enervant et emolliunt, a Deique recordatione ejiciunt; et res adversæ rursus, quæ in aretum cogunt, pusillumque et abjectum animum efficiunt) : propterea providit Deus, ut is cadat in egestatem. Quonam modo autem id provisum sit, dicam.

XXII. Cum magna multitudo eorum, qui manum Persicam effugerant, confugisset Alexandriam, et esset magna alimenti penuria, maxime quod nec illo tempore Nilus ascendisset, ut consueverat, et pecuniæ Ecclesiæ essent consumptæ; coactus est ille magnus mille libras auri mutuas accipere ab aliquibus. Cum autem eas quoque consumpsisset, agitabatur magna sollicitudine, et Dei orabat benignitatem, ut in rebus dubiis aliquam viam excogitaret. Sed etiamsi ad tantam redactus fuisset inopiam, non fuit tamen victus a calamitate, non divinas leges et sacras constitutiones affecit dedecore, nec intermisit commissum sibi gregem accurate regere. Itaque cum quidam clericus, ex iis qui secundas nuptias contraxerant, abundans divitiis, vellet consequi gradum diaconatus, rescivisset autem has patriarchæ angustias, et arripuisset tempus tanquam opportunum, si pecuniis levata inopia assequeretur id, quod desiderabat, chartam tradidit beato Joanni, quæ sic habebat : Cum accepissem angustias in quas redacta est munifica dextera mei domini, non existimavi oportere me quidem degere in deliciis et rerum abundantia, dominum autem meum redactum esse in angustias. Sunt apud me frumenti quidem multa millia, auri autem centum libræ et quinquaginta : eas velim per te dare Christo, si tantum judicatus fuero dignus ejus diaconatu per sanctam tuam ordinationem. Inventum enim est alicubi quid dictum fuisse apud Apostolum [2], ex necessitate legis quoque fieri translationem.

[2] Heb. VII.

A λῶς πεπραγμένου μετάνοιαν εὐγενὴς ψυχὴ καὶ φιλάρετος), Ζῇ Κύριος, ἐξεβόησεν, οὐδὲ ὁ ταπεινὸς Νικήτας στενῶσαι τοῦτον πειραθῆναι ἀνέξεται.

ΚΑ'. Παραυτίκα τοίνυν διαναστὰς, καὶ τὰ χρήματα πάντα ὅσα δὴ καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀφείλετο πάλιν ἀναλαβὼν, καὶ αὐτὸ τὸ σταλὲν κεράμιον, ἀλλὰ καὶ παρ' ἑαυτοῦ χρυσίου λίτρας τριακοσίας προσεπιθεὶς, ἄνεισι πρὸς τὸν πατριάρχην, συγγνώμην τῆς ἀβουλίας αἰτούμενος. Ὁ δὲ ἀσμένως αὐτὸν δεξάμενος, οὔτε ὠνείδισεν, οὔτε τι τῶν λυπούντων ἀπεφθέγξατο πρὸς αὐτόν· λόγοις δὲ μᾶλλον παρακαλοῦσι ψυχὴν, καὶ νουθεσίαις ἐπιστηρίξας πνευματικαῖς, ἀπέστειλε. Καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε οὕτω πρὸς φιλίαν ἀλλήλοις ἀμφότεροι συνεδέθησαν, ὡς καὶ ἀνάδοχον τῶν αὐτοῦ παίδων γενέσθαι τὸν πατριάρχην. Ἵνα δὲ μὴ μόνον διὰ B τῆς ἀφθονωτέρας ἀγωγῆς καὶ ἀνέτου, τὸ ἀπαράβλητον τῆς τοῦ ἀνδρὸς προαιρέσεως, τῆς τε πρὸς Θεὸν πίστεως τὸ εὔελπι γνωρισθῇ, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς στενωτέρας τὸ δοκίμιον οἷος φανηρὸς γένηται· (δῆλον γὰρ ὡς ἐπισφαλῆ ἀμφότερα· εὐημερία χαυνοῦσα καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης ἐκβάλλουσα, καὶ δυσπραγία πάλιν ἀποστενοῦσα καὶ πρὸς μικροψυχίαν ἐλαύνουσα)· διὰ ταῦτα οἰκονομεῖ τοῦτον ἐνδείᾳ περιπεσεῖν ὁ Θεός. Τίς δὲ ὁ τῆς οἰκονομίας τρόπος, ἐρῶ.

ΚΒ' Τοῦ πολλοῦ πλήθους τῶν τὴν Περσικὴν χεῖρα διαφυγόντων εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν καταπεφευγότων, C καὶ τῶν τροπῶν σφόδρα σπανιζουσῶν, τῷ μάλιστα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ μηδὲ τὸν Νεῖλον ὥσπερ σύνηθες ποιήσασθαι τὴν ἀνάβασιν, καὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας χρημάτων ἀναλωθέντων, ὀπηναγκάσθη ὁ μέγας χιλίας χρυσίου λίτρας παρά τινων ἐκδανείσασθαι· ὡς δὲ καὶ ταύτας ἀνάλωσε, πολλή τις αὐτὸν ἐκλόνει φροντὶς, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἐδεῖτο πόρον ἐν ἀπόροις ἐπινοήσασθαι· ἀλλὰ καὶ οὕτως εἰς ἔσχατον ἀπορίας ἐληλακὼς, οὐχ ἥττων ὤφθη τῆς συμφορᾶς, οὐ τοὺς θείους νόμους καὶ τὰς ἱερὰς ἠσχύνε διατάξεις, οὐδὲ καθυφῆκέ τι τοῦ μὴ πρὸς ἀκρίβειαν ἰθύνειν τὸ πιστευθὲν ποίμνιον. Ταύτῃ τοι καὶ κληρικὸς τις τῶν δευτέροις γάμοις ὠμιληκότων, πλούτῳ περιττῶς ἔχων, τοῦ τῶν διακόνων βαθμοῦ τυχεῖν ἐφιέμενος τὴν στένωσιν ταύτην τῷ πατριάρχῃ μεμα- D θηκὼς, καὶ τὸν καιρὸν ἁρπάσας ὡς ἐπιτήδειον, εἴγε χρήμασι τὴν ἔνδειαν θεραπεύσας αὐτὸς ἐπιτύχοι τοῦ ποθουμένου, χάρτην ἐγχειρίζει τῷ μακαρίῳ οὕτω πως ἔχοντα· Τὴν συνέχουσαν στένωσιν τὴν μεγαλόδωρον δεξιὰν τοῦ ἐμοῦ δεσπότου καταμαθὼν, οὐ δέον ἡγησάμην ἐμὲ μὲν ἐν ἀπολαύσει διάγειν καὶ ἀφθονίᾳ, τὸν δεσπότην δὲ τὸν ἐμὸν ἐν στενώσει διατελεῖν. Εἰσὶ τοίνυν παρ' ἐμοὶ σίτου μὲν χιλιάδες πολλαὶ, χρυσίου δὲ λίτραι ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. Ταύτας δέομαι δοῦναι διὰ σοῦ τῷ Χριστῷ, εἰ μόνον ἄξιος τῆς αὐτοῦ διακονίας κριθείην διὰ τῆς σῆς ἁγίας χειροτονίας. Εὕρηται γάρ που τοιοῦτον καὶ παρὰ τοῦ Ἀποστόλου λεχθὲν, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεσθαι.

ΚΓ'. Μεταστέλλεται τοίνυν ὁ πάτριάρχης ἰδίᾳ τὸν ἄνδρα, αἰσχύνναι τοῦτον ἐπὶ πολλῶν μὴ βουλόμενος, καὶ φησιν πρὸς αὐτόν· Ἡ μὲν προσαγωγή σου, τέκνον, πολλή τε καὶ τῷ νῦν καιρῷ ἀναγκαία, ἐπίμωμος δὲ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἀπαράδεκτος· οὐκ ἀγνοεῖς γὰρ ὅτι τὰ κατὰ νόμον προσαγόμενα πρόβατα, εἰ μὴ ἄμωμα ἦν, κἂν μεγάλα ἐτύγχανεν ὄντα, εἰς θυσίαν ἀπρόσδεκτα ἦν· καθ' ἣν αἰτίαν οὐδὲ τὰ τοῦ Καΐν τῷ Θεῷ προσεδέχθη. Τὸ δὲ ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσιν γίνεσθαι, τοῦτο περὶ τοῦ παλαιοῦ νόμου εἰρῆσθαι τῷ Ἀποστόλῳ γινώσκομεν. Ἐπεὶ τί σοι δοκεῖ τὸ παρὰ τῷ θεαδέλφῳ κείμενον Ἰακώβῳ; Ἔχει δὲ οὕτως· « Τὸν πάντα τὸν νόμον τελέσαντα, πταίσαντα δὲ ἐν ἑνί, ἔνοχον εἶναι πάντων. » Τοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἡμῶν τοὺς πένητας, κἂν ἡμεῖς ἀπορήσαιμεν, ἀλλ' ὅγε θρέψας εἰς δεῦρο Θεὸς, αὐτὸς περὶ τούτων καὶ τοῦ λοιποῦ φροντιεῖ, μόνον εἰ ἡμεῖς τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ εἴημεν ἀκινήτως διατηροῦντες. Τί γὰρ ἀδύνατον ἢ δυσχερὲς τῷ τοὺς πέντε ἄρτους ἐν ἐρήμῳ ποτὲ πληθύναντι, καὶ τοὺς δεκα μοδίους τοὺς ἐν τῷ σιτῶνι τῷ ἐμῷ εὐλογήσαντι, πρὸς πολὺ πλῆθος αὐξῆσαι. Διό σοι, τέκνον, τὸ ἐν ταῖς Πράξεσι πρὸς Σίμωνα εἰρημένον ἁρμόσει ἂν ὅτι, « Οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τούτῳ τῷ μέρει. »

XXIII. Eum ergo seorsum accersit patriarcha, non volens multis præsentibus eum afficere dedecore, et dicit ei : Tua quidem oblatio, o fili, est magna et huic tempori necessaria. Sed est vitiosa, et propter hoc ipsum non admittenda. Non ignoras enim, quod oves, quæ ex lege offerebantur, si non essent vitii expertes etiamsi essent magnæ, non poterant admitti ad sacrificium. Qua de causa nec munera Cain Deo fuerunt accepta. Illud autem, Ex necessitate etiam fieri legis translationem, hoc ab Apostolo dictum esse scimus de lege veteri. Quid enim tibi videtur, quod situm est apud fratrem Domini Jacobum? Sic autem habet : « Qui totam legem impleverit, in uno autem lapsus sit, esse omnium reum [3]. » Fratres autem nostros pauperes, etiamsi nos versemur in inopia, at qui aluit Deus usque in hodiernum diem, ipse eorum quoque de cætero curam geret, si modo nos ejus mandata servamus immobilia. Quid est enim quod facere non possit? aut quid sit difficile ei, qui quinque panes in deserto aliquando multiplicavit, si decem modios, qui sunt in meo horreo, benedixerit, eos in magnam augere multitudinem? Quamobrem tibi, o fili, conveniet id, quod Simoni dictum est in Actis: « Non est tibi pars, neque sors in hac parte [4]. »

ΚΔ'. Οὕπω τὴν ἑαυτοῦ οἶκον ἐκεῖνος ἀποπεμφθεὶς ἄπρακτος ὑπῆρχε καταλαβών, καὶ μηνύεται τῷ μεγάλῳ δύο τῶν τῆς Ἐκκλησίας πλοίων ἐν τῷ λιμένι κατᾶραι, σίτου πολλὰς χιλιάδας ἐκ Σικελίας ἄρτι διακομίζοντα· ὅπερ ἀκούσας, ἐκεῖνος εἰς γόνατα πεσὼν, ηὐχαρίστει τῷ Θεῷ λέγων, ὅτι Οἱ ἐκζητοῦντές σε, Κύριε, καὶ τὰς ἐντολάς σου φυλάττοντες, οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ· διὸ μεγαλύνω σόν τὸ πανάγιον ὄνομα, ὅτι μὴ συνεχώρησας τῷ δούλῳ σου χρημάτων ὤνιον τὴν χάριν σου θέσθαι. Ἀλλ' οὕτω μὲν ἐν στενώσει πλατυνθεὶς ὁ ἀοίδιμος οὐ προήκατο τῆς ἀναγκαίας χρείας τὴν τοῦ κανόνος ἀκρίβειαν.

XXIV. Nondum ille dimissus domum, re infecta, redierat, cum magno Joanni significatur duas naves Ecclesiæ in portum appulisse, ferentes ex Sicilia multa frumenti millia. Quod quidem cum ille audivisset, procidens in genua, Deo egit gratias, dicens: Qui te quærunt, Domine, et servant tua mandata, non minuentur omni bono. Quamobrem magnifico sanctissimum nomen tuum, quod non permiseris servo tuo, ut tuam gratiam venumdaret pecunia. Sed sic quidem in angustiis dilatatus vir inclytus, non prodidit pro usu rerum necessariarum accuratam regulæ observationem.

CAPUT V.

Mansuetudo animi.

ΚΕ'. Δεῖ δὲ καὶ ὑπόμνημα τῆς πολλῆς ἧς εἶχεν ἀνεξικακίας ἐρεῖν, καὶ οἷα ἦν αὐτῷ περὶ τήνδε τὴν ἐντολὴν ἡ ἀκρίβεια διηγήσασθαι. Δύο τινὰς τῶν αὐτοῦ κληρικῶν ἀλλήλοις ἐπιμανέντας ἀφορισμῷ καθυπέβαλεν ὁ θαυμάσιος· ὧν ὁ μὲν εἷς, ἄσμενος κατεδέξατο τὴν ἐπιτιμίαν· θάτερος δὲ πρόφασιν ὥσπερ τῆς ἑαυτοῦ ῥᾳθυμίας αὐτὴν εὑρηκὼς, εὐχῶν μὲν καὶ συνάξεων τὸ παράπαν ἠμέλει, ἐπιθυμίαις δὲ ταῖς ἰδίαις διαπαντὸς ἐνεσχόλαζεν· εἶτα προσηπείλει καὶ τῷ μεγάλῳ καταπανουργήσασθαι τῆς πολλῆς ἐκείνης καὶ ἁγιωτάτης ἁπλότητος. Φασὶ δέ τινες καὶ τοῦτον αὐτὸν εἶναι τὸν ὑποβεβληκότα Νικήτᾳ πατρικίῳ τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἀνελέσθαι χρήματα, οἰόμενον ἐκ τούτου λύπης αἴτιον καταστῆναι τῷ πατριάρχῃ. Ἐπεὶ τοίνυν ἔγνωστο τοῦτο τῷ μεγάλῳ, λογισάμενος μήποτε καὶ τῷ διαβόλῳ παρανάλωμα γένηται, καλεῖν

XXV. Oportet autem dicere etiam indicium magnæ, quam habuit, tolerantiæ, et narrare quam se perfecte gereret in hoc præcepto. Duos quosdam ex suis clericis, qui inter se invicem fuerant debacchati, vir admirandus subjecerat segregationi. Quorum unus quidem pœnam libenter subierat; alter autem cum eam invenisset tanquam prætextum suæ socordiæ, precum quidem et congregationum nullam omnino curam gerebat, vacabat autem omnino suis cupiditatibus : deinde minabatur etiam, se magni illius viri summam illam et sanctissimam simplicitatem calliditate aliqua circumventurum. Dicunt vero aliqui, hunc quoque eum esse, qui Nicetæ patricio suggesserat, ut pecunias tolleret Ecclesiæ, dum existimaret se ea ratione patriarcham affecturum molestia. Cum ergo hoc magnus cognovisset

[3] Jac. II, 10. [4] Act. VIII, 12.

patriarcha, timens ne forte is a diabolo consume- A retur, eum erat vocaturus et dignaturus commiseratione: meliore autem providentia mandatur oblivioni id, quod animo cogitabat, ut suprema ejus humilitas fieret evidens majori commiseratione.

XXVI. Nam cum adesset dierum omnium præcipuus, ipse autem astaret in altari (14), et incruentum offerret sacrificium, ea ipsa hora, in qua sacrum velum auferret a sanctis donis, recordatus ejus, qui odium in eum conceperat, et memor præcepti Dominici, quod jubet quidem dimittere donum ante altare, procedere autem prius ad fratris reconciliationem [5], et tunc donum offerre; significat diacono, ut connexam resumat petitionem, et sæpe dicat, donec ipse redierit. Ipse autem ventrem præ- texens, egressus est ab altari, et mittit magna B celeritate, ad se vocans illum clericum : qui quidem mox aderat. Sanctus vero procidit ad ejus pedes, nihil omnino aversans oculos eorum, qui aderant, veniam postulans. Deinde ille, qui prius fuerat insipiens, videns hoc sacrosanctum caput projectum ad suos pedes, fuit statim fractus animo, timens ignem de cœlo, et quæ illinc mittuntur fulmina. Ipse quoque pronus cadens, petiit ab eo veniam. Beatus autem Joannes : Deus ambobus, inquit, ignoscat, fili mi. Deinde eum quoque secum assumit, et cum gaudio et cum quanta dici non potest voluptate aram ingressus, tunc ausus est Deo dicere cum fiducia : Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Abhinc ergo fuit hic clericus adeo modestus et moderatus, C ut visus sit dignus, qui ordinaretur presbyter. Sed hoc quidem, sicut diximus, est indicium magnæ illius tolerantiæ et moderationis.

ἔμελλε τοῦτον καὶ συμπαθείας καταξιοῦν· προμηθείᾳ δὲ κρείττονι λήθη παραιρεῖται τὸ μελετώμενον, ὥστε τὸ ὑπέρμεγα τῆς αὐτοῦ ταπεινώσεως, μείζονι συμπαθείᾳ γενέσθαι καταφανές.

A mali fugam sentire. Sæpe enim ut vis gaudii corporis morbum expellit, ita mœroris acerbitas infirmitatem absentem advocat. Amplexatus igitur liberos, ac totus iis ex lætitiæ abundantia circumfusus, et simul ex dilectissimorum conspectu gaudii plenus, simul in tristitiam ex eorum privatione mortisque memoria relabens, in multiplices variosque affectus distrahebatur; hinc quidem exsultans, inde autem dolens, mœstitiaque perfusus: nunc lacrymis genas inundans, nunc gratulabundus Deo, nunc humanæ naturæ cogitatione ingemiscens.

V. Deinceps et verba facere cœpit, quibus eos ad virtutem componeret; indignum ratus si obnoxiam corruptioni illis hæreditatem relinqueret, et non
B omni cura præcepta ac monitiones tam pretio, quam utilitate terrenis rebus longe superiores, ad eosdem patrimonii loco transmitteret: Mea quidem, inquit, vita, liberi, jam ad metam spectat: quod si vobis aliquam parenti gratiam referre cordi est (de quo vestri in me amoris ardor dubitare non sinit), hoc unum mihi, quod cæteris omnibus præferam, reponite, ut divinæ voluntati, quemadmodum facitis, obsequamini, vitamque ex præscripto ejusdem instituatis. Quod porro dicturus sum, id haudquaquam ab inani gloriatione, sed a summo vos incitandi desiderio, profectum accipite. Si enim vita mea tanquam exemplo uti libuerit, conjectisque in eamdem oculis vos ad eam velut quoddam specimen atque imaginem conformare, fortassis alius vobis
C magister non erit onus: cum et exemplar vobis domi futurum sit, et sic facilius in vobis suam sit formam expressurum. Nam doctrina domestica, qua sermone, qua opere expressa, et ad docendum accommodatior, et ad persuadendum efficacior est, quam externa. Cæterum nostis, quæ mea fuerit cum omnibus agendi ratio, quæ undique non amorem modo sed venerationem quoque mihi conciliavit, ex modestia nostra morumque benignitate, non ex ostentatione, aut vanæ laudis aucupio prognatam. Nunquam sane cuiquam insolenter injurius fui, linguam a calumniis abstinui, abjectis non insultavi, non furtim res proximorum diripui, nulli offendiculi causam dedi, in subditorum neminem iracun-
D diæ frena laxavi, inimicitias et iras in pectore latere non sivi, æque linguæ et oculis custodiam imposui, in alienam pulchritudinem non intendi, ad mulierem non accessi, præterquam ad matrem vestram; qua donec vos mihi clarissimos peperit, usus sum, castimonia deinceps ex pacto mutuo servata. Sed et in hisce imitari nos abunde potestis, si volueritis pupillos curare, tutari viduas, morbis onerato visitare, oppressos injuria a potentiorum manu vindicare, matri reverentiam, sacerdotibus honorem tribuere, monachis, ac præsertim iis qui in solitudinibus, montibus ac speluncis et in cavernis terræ degunt, omni sollicitudine providere: ad hæc servos mansuete et clementer habere, propter eum qui pro nobis secun-

dum ineffabilis benignitatis leges servi formam indutus est. Juniores igitur servi tanquam filii curandi sunt, seniores atque ætate provecti libertate donandi; ac ne tum quidem curæ vestræ expertes esse debent, vestrum usque dum vivere desinant, alimenta ipsis suppeditanda. Insuper amicis estote fidi, inimicis benevoli, nulli malum reddentes. Hac vivendi ratione et propitium vobis Numen habebitis, et longitudine dierum saturabimini.

A τὸν ὑπὲρ ἡμῶν, νόμοις ἀφάτου φιλανθρωπίας, δούλου μορφὴν ἐνδυσάμενον· καὶ τῶν μὲν νέων ὡς ἰδίων προνοεῖν τέκνων, τοὺς γηραίους δὲ καὶ προβεβηκότας ἐλευθερίας μὴν ἀξιοῦν, πλὴν μηδὲ οὕτως ἀπολύειν προνοίας, ἀλλ' ἄχρι τέλους τὰ τῆς τροφῆς αὐτοῖς χορηγεῖν· φίλοις εἶναι πιστοὺς, ἐχθροῖς εὐμενεῖς, κακοῦ δὲ ἀνταποδοτικοὺς οὐδενί. Οὕτω βιοῦντες ἵλεών τε τὸ Θεῖον ἐφ' ὑμᾶς ἕξετε, καὶ μακρότητος ἡμερῶν ἀπολαύσεσθε.

VI. His auditis, filii lacrymis perfusi, tantum acerbitatis ex imminente intolerabili parentis sibi charissimi morte sensere, quantum ferre vix possent, et ore, et oculis et toto corporis habitu ne ipsos desereret, sed vitam potius a Deo longiorem peteret, obsecrabant. Perspexerant enim B quo ille esset apud Deum loco, quem sincera probitas tot factis testata commendaret. Quod si impetrarent, tum demum aiebant perpetuo sibi mandata divina cordi fore. At Xenophon altum ex imo pectore suspirium ducens, Ex quo, inquit, hic me morbus lecto affixum tenet, non alio spectarunt preces meæ: quin hac ipsa nocte utrorumque votis Deus annuit. Divino enim oraculo compertum habeo, me jussu Dei nunc in vita mansurum. Quo intellecto filii præ lætitiæ magnitudine se continere non poterant, perinde ac si non patris vita prorogata, sed mors ipsorum decreto quodam abrogata esset. Ubi vero, superata vi morbi, perfecta sanitate pater frui cœpit, haudquaquam insomnio delusus, denuo C filios Berytum, ad literarii cursus cœptum stadium conficiendum, revertere jussit: Vos, inquiens, abite filii, ac studia cordi habetote; ego interim de matrimonio vestro so licitus ero, et quam brevissime reduces, cum idoneis vos uxoribus conjungam. Hæc locutus, navigio impositos dimittit.

ς'. Τούτων οἱ παῖδες ἀκούσαντες, δάκρυά τε θερμὰ τῶν ὀφθαλμῶν καταχέαντες, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς στέρησιν φορητὴν αὐτοῖς εἶναι λέγοντες οὐδαμῶς, ἠξίουν καὶ χείλεσι, καὶ ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς σχήμασι μὴ ἐγκαταλιπεῖν αὐτοὺς, ἀλλ' αἰτῆσαι παρὰ Θεοῦ καὶ ἔτι τὴν ἐν τῷ βίῳ ζωήν. Καὶ γὰρ ἥδεσα οἷα τῷ πατρὶ πρὸς Θεὸν ἡ διὰ τῶν ἔργων τῶν ἀγαθῶν οἰκείωσις. Οὕτω γὰρ, ἔλεγον, καὶ τελειωτὰς ἡμᾶς ὀφθῆναι παρασκευάσεις τῶν σῶν ἐντολῶν. Ἐκεῖνος οὖν μέγα τι καὶ βύθιον ἀπὸ τῆς ψυχῆς στενάξας. Ἀφ' οὗ, εἶπεν, ἡ κλίνη με αὕτη ἔσχε τῇ νόσῳ κάτοχον, τοῦτο μοι δέησις πρὸς Θεὸν, καὶ τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἀμφοτέροις ὑμῖν ἐπινεύει τὴν αἴτησιν. Τοῦτο γὰρ εἶδον σαφῶς δι' ἀποκαλύψεως κελευσθεὶς ἔτι περιεῖναι τῷ βίῳ. Ἤκουσαν οἱ παῖδες, καὶ καθεκτοὶ οὐδ' ὅλως ὑφ' ἡδονῆς ἦσαν, ὥσπερ οὐ τοῦ πατρὸς εἰσέτι ζῆν μέλλοντος, ἀλλ' αὐτῶν μηδέποτε θανεῖν ὡρισμένων. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς νόσου κρείττων ἦν ὁ πατὴρ, καὶ ὑγείας ἀπέλαβε [*f.* ἀπέλαυε] καθαρᾶς, οὐδὲν αὐτὸν ψευσαμένων τῶν ὀνειράτων, ἐπέτρεπεν αὖθις τοὺς παῖδας τὴν εἰς Βηρυτὸν ὁδεύειν, ὥστε τοῖς ἠργμένοις ἤδη τῶν μαθημάτων ἐπιθεῖναι πέρας. Ὑμεῖς μὲν, ἄπιτε, ὦ παῖδες, εἰπὼν, καὶ τούτου ὑμῖν τοῦ ἔργου μελήσει· ἐμοὶ δὲ περὶ γάμων ὑμετέρων ἡ φροντὶς ἔσται, καὶ ὅπως θᾶττον ἐπανελθόντας γυναιξὶν ὑμᾶς συνάψω ταῖς προσηκούσαις. Ἔφη, καὶ εἰς πλοῖον αὐτοὺς ἐμβάλων ἀπέπεμπεν.

CAPUT III.

Filii ad studia revertantes, naufragium patiuntur.

VII. Atque nunc quidem ad ea quæ dicturus sum, intendendus est animus, cum sese jam prodat jucundissima narrationis pars, quæ simul divinæ providentiæ ac bonitatis multiplicatem, simul admirandam propositi nobis argumenti seriem ostendit. Secunda igitur navigatione aliquantisper D usi sunt fratres, leni vento provecti: inde turbo repente in navem incumbere, magnique ac teterrimi fluctus excitari, et præter morem mugire salum, tum immensi aquarum montes irruere, navigioque exitium minari; cum interea demissis festinanter velis nautæ in incertum agerentur. At juvenes (animadverte, obsecro, radicis bonæ surculos bonos) cæterorum immemores, illico se vertebant ad Deum, nimirum unicum verumque præsidium. Cujus opem cum implorarent, non opera sua, sed paternum bene agendi studium commemorabant, satis gnari hac se ratione citius exauditum iri. Recor-

ζ'. Ἀλλὰ προσέχειν ἤδη τοῖς ῥηθησομένοις ἐπιμελῶς δεῖ· ἔνθεν γὰρ προκύπτον ὁρῶ τοῦ λόγου τὸ χαριέστατον, ὁμοῦ μὲν καὶ τὸ ποικίλον τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας καὶ χρηστότητος ὑπεμφαῖνον, ὁμοῦ δὲ καὶ τῶν προκειμένων ἡμῖν εἰς διήγησιν τὴν θαυματίαν οἰκονομίαν. Εἶχε μὲν τοὺς παῖδας ὁ πλοῦς καλῶς μέχρι τινὸς καὶ πράῳ τῷ πνεύματι φερομένους· εἶτα λαίλαπος ἀθρόον τῇ νηὶ προσπεσούσης, κλύδωνός τε μεγίστου καὶ χαλεποῦ γενομένου, καὶ τῆς θαλάσσης μὲν ἐξαίσιόν τι καὶ φρικώδες μυκησαμένης, τῶν κυμάτων δὲ δεινῶς ἐπεγειρομένων, καὶ καλύπτειν ἤδη τὴν ναῦν ἀπειλούντων, οἱ μὲν ναῦται σπουδῇ τὰ ἱστία καθέντες ἐφέροντο· οἱ παῖδες δὲ (καὶ ὅρα ῥίζης ἀγαθῆς ἀγαθὰ βλαστήματα), πάντων ἀπογνόντες τῶν ἀλλων, πρὸς Θεὸν εὐθὺς ἔδραμον τὴν μόνην ἀληθινὴν βοήθειαν, αὐτόν τε καλοῦντες εἰς προστασίαν, οὐκ οἰκείων ἔργων, ἀλλὰ πατρικῆς ὑπεμίμνησκον ἀγαθοεργίας, καὶ οὕτω

μᾶλλον δυσωπεῖν ἔγνωσαν, Μνήσθητι, λέγοντες, ἔργων πατέρων ἡμῶν, Δέσποτα, καὶ δι' αὐτοὺς μὴ ἐάσῃς ἐν ἡμίσει ἡμερῶν ἡμῶν εἰς βάθη τῆς θαλάσσης ἡμᾶς καταβῆναι, μηδὲ καταποντισάτω ἡμᾶς καταιγὶς ὕδατος. Μνήσθητι σῶν οἰκτιρμῶν, μνήσθητι χρηστότητος ἀνεικάστου· βλέψον ἐκ ναοῦ ἁγίου σου, ἐκ φρικτοῦ κατοικητηρίου τῆς σῆς ἀφράστου μεγαλειότητος, καὶ ἴδε πῶς ἐν ψυχῇ συντετριμμένῃ καὶ πνεύματι ταπεινώσεως δεόμεθά σου τῆς ἀηττήτου χειρός· καὶ μὴ παραδῴῃς ἡμᾶς εἰς τέλος διὰ τὸ ὄνομά σου, ἀλλὰ ποίησον μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου ἐξελοῦ ἡμᾶς, εἰς δόξαν τῆς μεγαλωσύνης σου· οὐδὲ γὰρ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε, οὐδὲ πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς ᾅδην, ἀλλ' ἡμεῖς οἱ ζῶντες εὐλογήσομέν σου τὸ φοβερὸν ὄνομα. Καὶ τοιαύτη μὲν τῶν ἱερῶν παίδων ἡ πρὸς τὸν Θεὸν δέησις, παισὶν ἑτέροις πολλῷ πρότερον δεηθεῖσιν ὁμοίως ἔχουσα. οὐκ ἐκ πυρὸς κατ' ἐκείνους, ἀλλ' ἐξ ὕδατος σωθῆναι θερμῶς δεομένων.

Η'. Ἐπεὶ δὲ ὁ κλύδων οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐσπένδετο, θεοῦ κρίμασιν οἷς αὐτὸς οἶδε τὰ ἐκείνων θαυμασίως οἰκονομοῦντος, καὶ ὁ κίνδυνος ὅσον οὔτω προσδόκιμος ἦν, οἱ ναῦται μὲν εὐτρεπίσαντες ἤδη τὴν ἐφολκίδα, πρὸς αὐτὴν ἥλαντο, καὶ ἔνθα ἂν αὐτοὺς ἦγε τὸ πνεῦμα δόντες ἑαυτοὺς ἤγοντο. Οἱ δὲ παῖδες, ἐπεὶ τῆς ἄνωθεν ἀπεγνώκεισαν βοηθείας, καὶ ἄπρακτον αὐτοῖς γένεσθαι τὴν εὐχὴν ᾤοντο, ἀγνοοῦντες βαθυτέρας λόγους οἰκονομίας, καὶ τὸ ἄβυσσον εἶναι πολλὴν τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα, ὥσπερ ἐν ὀφθαλμοῖς ἤδη τὸν πικρὸν θάνατον ὁρῶντες, ὅλοι τοῦ πάθους ἐγένοντο· καὶ ἀλλήλους περιλαβόντες, καὶ χερσὶ χεῖρας καὶ πόδας ποσὶ συμπλέξαντες, ὄμμασί τε ὄμματα, καὶ στόμα στόματι περιθέντες, ἀσπασμοῖς τε πυκνοῖς τὸ πάθος παρεμυθοῦντο, καὶ δακρύων πηγαῖς ἀλλήλους κατέκλυζον, καὶ τὴν μακρὰν ὥσπερ στέρησιν ἀπωδύροντο. Εἶτα δεινόν τι καὶ γοερὸν ἀνοιμώξαντες, βοῇ τε τὸ πάθος σημαίνοντες τῆς ψυχῆς, καὶ οἷον πικρότερον καὶ αὐτοῦ θανάτου τὸν χωρισμὸν λογιζόμενοι, Χαῖρε, φίλη πατρὸς ὄψις, χαῖρε, μητρὸς, ἔλεγον, συγγενῶν φίλων ἡδονή, χαῖρε· οὐκ ἔτι ἀλλήλοις εἰς θέαν ἥξομεν, οὐκ ἔτι τὰς παρ' ἀλλήλων εὐφροσύνας ἕξομεν. Φεῦ! ἀδελφὲ φίλτατε, φεῦ! ὄψις ἡδίστη, φεῦ, ὅπως ὀδυνηρῶς διασπώμεθα! Τί ποτε ἄρα ἦσαν αἱ γονέων εὐχαί; τί αἱ πρὸς τοὺς πένητας εὐποιΐαι, αἱ πρὸς τοὺς φιλαρέτους ἄνδρα καὶ μοναχοὺς θεραπεῖαι; Οὐδενὸς τούτων οὐδεμία πρὸς Θεὸν ἀνέβη εὐχή; ἡ ἀνέβη μὲν, ἰσχυροτέρα δὲ ταύτης ἡ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ὤρθη δύναμις; Φεῦ, ὅπως πατέρα θρηνοῦντες πρὸ μικροῦ θνήσκοντα, ἐμέλλομεν μᾶλλον αὐτοὶ πατρὶ καὶ μητρὶ γενέσθαι δακρύων πρόφασις, θρῆνος οὐκ ἔχων πέρας, πένθος ὅλῳ βίῳ παρατεινόμενον! Ἀποκρύψῃ, πάτερ, τοὺς παῖδας, ὡς ἤλπισας, πλήρεις μαθημάτων, πλήρεις παιδείας, ὧμου δὲ [*f* ὧν μηδὲ] θανόντων κόνιν ἕξεις ἰδεῖν. Γάμους τῶν υἱῶν ὄψει, πάτερ, ὡς εἶχες νοῦν, καὶ τὸν ὑμέναιον ᾄδόμενον ἐπ' αὐτοῖς ἀκούσαι, inquiunt, Domine, opera parentum nostrorum, ac propter eos ne siveris nos in dimidio dierum nostrorum demergi in profundum maris, neque absorbeat nos tempestas aquæ. Memento miserationum, memento incomparabilis benignitatis. Respice de templo sancto tuo, ex tremendo habitaculo ineffabilis magnitudinis tuæ, ac vide quemadmodum animo contrito et spiritu humilitatis imploramus invictam manum tuam. Ne tradas nos in mortem, propter nomen tuum, sed fac nobiscum secundum clementiam tuam, et secundum multitudinem misericordiæ tuæ eripe nos ad gloriam majestatis tuæ. Neque enim mortui laudabunt te, neque omnes descendentes in infernum; sed nos qui vivimus, benedicemus tremendum nomen tuum. Hæc erat sanctorum juvenum ad Deum precatio, aliorum antiquissimorum juvenum orationi simillima, non ex ignibus, ut ulli [3], sed ex aquis ferventer eripi postulans.

VIII. Postquam vero procella ne tum quidem dedit inducias (Dei utique judicio, quibus ipse nosset modis mirabiliter eorum cursum gubernantis), et periculum pristino majus incubuit, tum nautæ in scapham jam paratam desiliunt, et quocunque ventus impelleret, ferebantur. Verum fratres a cœlesti jam ope abjecti, irritasque se preces fudisse rati, cum gubernationis abditæ rationes, ac judicia Dei abyssum esse multum ignorarent, acerbissimam oculis mortem imminentes, dolore toti consternabantur. Igitur invicem complexi, et manus manibus, pedibus pedes implicantes, oculos quoque oculis, et ora ribus ora componentes, nunc frequenti valedictione affectus suos prodebant, nunc lacrymarum fontibus invicem inundabant, et longissimam illam disjunctionem lamentabantur. Hinc acerbissime ingemiscentes, et clamore sensum animi indicantes, ipsaque morte amariorem quodammodo secuturam mox absentiam ducentes, Vale, inquiebant, jucundissime patris aspectus; vale mater; amantissimorum cognatorum dulcedo, vale: non amplius vobis occurremus, non amplius communibus fruemur lætitiis. Heu! amantissime frater. Heu! mi ocule. Heu! tam luctuose divellimur. Quorsum ergo illæ parentum preces? quorsum illa in egentes liberalitas? illa in monachos ac virtutum studiosos observantia? Nullius horum, nec una quidem ad Deum ascendit oratio? An ascendit quidem, sed fortiorem sese invenit peccatorum nostrorum potentiam? Eheu! quomodo, qui patrem nuper moribundum lugebamus, nunc ipsi potius patri matrique plorandi argumentum futuri sumus? O luctum termino carentem! o dolorem toti vitæ æqualem! Scilicet pater, (quæ erat spes tua) supererunt tibi liberi, sepulcri tui supplementum; et qui curis de nostra educatione plenus eras, ne mortuorum quidem cineres intueberis. Scilicet, pater, quod animo

[3] Dan. III.

volvebas, filiorum nuptias videbis, et hymenæos in eorum gratiam decantandos audies ; quos, eheu! ne defunctos quidem conspicabere, aut ultimo vale impertieris. Luctuosum est sane parentibus præmorientes cernere filios ; verum ne hoc quidem vobis reliquit invidia: neque senio confectis dabitur liberorum corpora sepulturæ mandare. O Rex ac Domine universorum, cujusmodi nobis mortem nunc decrevisti! quam si per tua nobis judicia non licet effugere, saltem conjungere liceat. Una ambos procella operiat, una maris bellua sit utriusque sepulcrum.

σεις, οὓς οὐδὲ τεθνηκότας, αἴ, αἴ! θεάσῃ, οὐδ' ἀσπάσῃ τὰ τελευταῖα. Δεινὸν γονεῦσι παῖδας προοιχομένους ὁρᾷν· ὑμῖν δὲ οὐδὲ τοῦτο δίδωσιν ὁ φθόνος, οὐδὲ ἔξετε νῦν οἱ γηραιοὶ παίδων ὑμετέρων θάψαι σώματα. Ὦ δέσποτα πάντων καὶ βασιλεῦ, οἷον ἡμῶν ἤδη κατεψηφίσω τὸν θάνατον, ὃν, εἰ μὲ παρελθεῖν ἡμᾶς ἄρτι κέκρικας, ἀλλ' ὁμοῦ τοῦτον εὐδόκησον ὑπελθεῖν. Ἓν ἀμφοτέρους κῦμα καλυψάτω, ἓν θηρίον θαλάττης τάφος ἀμφοτέρων γενέσθω.

IX Hæ juvenum lamentationes erant. At nave jam usquequaque disrupta, alter tabula, alter alio fragmine arrepto pelago se commiserunt, necessitatis quidem legibus obsequentes, sed divino nutu mirandum sane in modum conservati. Sic enim jactatos tandem Tyrus excepit ; ac Joannem quidem locus dictus Malmephetan, Arcadium vero Tetrapyrgia. Ast alter alterius salutis ignarus, non tam suo lætabatur eventu, quam fraterno dolebat.

Θ'. Καὶ τοιοῦτοι μὲν οἱ τῶν παίδων λόγοι. Τῆς δὲ νηὸς ἤδη καθόλου περιῤῥαγείσης, ἑκάτερος αὐτῶν, ὁ μὲν σανίδος, ὁ δὲ ἄλλου τῶν ξύλων λαβόμενος, τῷ πελάγει ἑαυτοὺς ἐπέτρεψαν, νόμοις μὲν ἀνάγκης ἑπόμενοι, νεύμασι δὲ θείοις σωζόμενοι παραδόξως. Ἐκδέχεται τοιγαροῦν ἡ Τύρος οὕτω φερομένους αὐτοὺς, τὸν μὲν Ἰωάννην τόπος ὃς ἐλέγετο Μαλμεφεθὰν, ἡ Τετραπυργία δὲ τὸν Ἀρκάδιον· πλὴν ἑκάτερος θατέρου τὴν σωτηρίαν οὐκ εἰδὼς, οὐ μᾶλλον ἔχαιρεν ἐπὶ τῷ ἰδίῳ, ὅσον ἐπὶ τῷ τοῦ ἀδελφοῦ ἠνιᾶτο.

CAPUT IV.

Ambo seorsim monasticam vitam complectuntur.

X Porro Joannes multa animo reputare cœpit, tum quo appulsus esset, tum quo se verteret secum expendens. Hæc cogitandi mens bona, a paterno utique semine ortum ducens, injecta fuit. Commemini enim, aiebat, patrem meum judicare solitum, vitæ solitariæ ad felicitatem deesse nihil. Et fortassis hæc est voluntas Dei, ut potius ipsi inserviam in paupertate et abjectione (quæ certæ sunt ad ejus obsequium viæ), quam ut inter opes atque fallacias vitam exigam ; quæ lata nimirum est via et ad interitum ducens. Atque hæc, credo, est causa cur potentem ejus manum implorans irritas fuderim preces, neque tempestas tranquillitate mutata sit. Nam cum sit optimus, persæpe supplicantes negligere novit ob animarum bonum, atque ea maxime præbere petentibus, unde manifestum animis emolumentum exsistat. Quocirca monasterium mihi adeundum, animæque consulendum est, et ante omnia placendum Deo, qui non maritima solum procella, sed magis etiam vitæ hujus fluctibus ereptum, inexplicabili ratione me in salutis adduxit viam. Atque hæc animo volutans in preces dat sese, quibus et servari postulabat Arcadium, et, quod caput erat, in eamdem vitæ rationem pertrahi, quæ tum corpori ejus, tum animæ salutem afferret.

I'. Ὁ τοίνυν Ἰωάννης πολλοὺς ἀνελίττων λογισμοὺς ἦν, ὅποι τε ἀφίξεται σκοπῶν, καὶ πῶς ἄρα τὰ καθ' ἑαυτὸν διαθείη. Οὕτω δὲ διαμελετῶντα νοῦς ἀγαθὸς εἰστήει, ἐκ πατρικῶν σπερμάτων ἔχων τὰς ἀφορμάς. Ὁ γὰρ πατὴρ, ἔλεγεν, ὁ ἐμὸς ἀεὶ τὸν μονήρη βίον μακαρισμοῦ ἠξίου, καὶ τάχὰ βούλημα τῷ Θεῷ, δουλεύσαί με μᾶλλον αὐτῷ, πτωχείαν ἅμα καὶ ταπείνωσιν ὑπελθόντα (ὁδοὶ γὰρ ἀπλανεῖς αὗται πρὸς ἐκεῖνου φέρουσαι θεραπείαν). ἢ ἐν πλούτῳ καὶ ἀπάτῃ τὸν βίον διενεγκεῖν, ὁ τῆς πλατείας ἐστὶ καὶ ὁδηγούσης πρὸς τὴν ἀπώλειαν· καὶ ταύτη αἰτίᾳ μὴ ἀκουσθῆναί με τῆς μεγάλης ἐκείνου χειρὸς δεόμενον, μήτε τὴν ζάλην εἰς γαλήνην μεταβαλεῖν. Ἀγαθὸς γὰρ ὢν, οἶδε πολλάκις καὶ παροῤῥᾴν εὐχομένους, ἐπ' ἀγαθῷ τῆς ψυχῆς, καὶ ἐκεῖνα μᾶλλον αἰτουμένοις παρέχειν, ὅσα καὶ πρὸς αὐτὴν ἄντικρυς παραπέμπει τὸ κέρδος. Δεῖ οὖν με μοναστηρίῳ προσελθεῖν, καὶ ψυχῆς φροντίσαι, καὶ αὐτοῦ δὴ τούτου, ὅπως Θεῷ εὐάρεστος ἔσομαι, ὃς οὐ κλύδωνος μόνου τοῦ θαλαττίου, ἀλλὰ καὶ πολλῷ μᾶλλον τοῦ βιωτικοῦ κλύδωνος σώσας ἡμᾶς λόγοις ἀῤῥήτοις, εἰς ὁδὸν ἤγαγε σωτηρίας. Οὕτω σκοπήσας καὶ διανοηθείς, εὐχῇ δίδωσιν ἑαυτόν· ἠβούλετο δὲ ἡ εὐχὴ σωθῆναί τε καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀρκάδιον, καὶ τὴν ἴσην αὐτῷ ἑλέσθαι τοῦ βίου διαγωγήν, ὅπερ ὡς ἐν κεφαλαίῳ ἦν, ἵνα μὴ κατὰ σῶμα μόνον εἴη, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον καὶ κατὰ ψυχὴν σωζόμενος.

XI. Confert se igitur ad quoddam regionis illius monasterium, ubi cum janitor eum vidisset, benigne excipit, nudo vestem largitur, parique hilaritate ac benevolentia mensæ adhibet : Deo interim Joanni ad se viam bellissime sternente. Remota deinde mensa, monachus colloquium exorsus: Unde, inquit, frater, huc accessisti? Cui ille jam generis, et opum, et splendoris atque amplitudinis oblitus,

IA'. Πρόσεισι τοιγαροῦν ἑνὶ τῶν κατὰ τόνδε τὸν τόπον μοναστηρίων· καὶ ὁ ἐπὶ τῶν πυλῶν τεταγμένος ὡς εἶδεν αὐτὸν, εὐμενῶς τε εἶδε, καὶ εὐθὺς εἰσεδέξατο, ἱμάτιόν τε δίδωσι (γυμνὸς γὰρ ἦν), καὶ τραπέζης αὐτῷ κοινωνεῖ λίαν ἱλαρῶς καὶ προθύμως, τοῦ Θεοῦ δὲ ταῦτα καλῶς τῷ Ἰωάννῃ διατιθέντος τὴν πρὸς αὐτὸν φέρουσαν [*f. add.* ἑλομένῳ]. Ἔπειτα μετὰ τὸ φαγεῖν, καὶ ὁμιλίας ὁ μοναχὸς ἅπτόμενος,

Πόθεν εἶ, ἀδελφέ ; λέγει. Ὁ δὲ, οὐκ εὐγενείας, οὐ πλούτου, οὐκ ἄλλου του τῶν ἐπισήμων καὶ περιφανῶν μνησθείς, ὥσπερ ἤδη τὸ μετριοφρονεῖν κατορθώσας, ἀπὸ τῶν εὐτελεστέρων ἑαυτὸν βούλεται παρίστᾳν, Ἄνθρωπός εἰμι, λέγων, ξένος καὶ ταπεινὸς, ναυαγίῳ δὲ περιληφθείς, εὐμενεῖ τε τῷ Θεῷ χρησάμενος, καὶ ταῖς εὐχαῖς ταῖς ὑμετέραις διασωθεὶς ἀπερρίφην ἐνταῦθα. Τούτων ἀκούσας ὁ μοναχὸς προσετίθει· Τίς δέ σοι τὸ μετὰ ταῦτα σκοπός ; Καὶ ὁ Ἰωάννης. Εἰ καὶ Θεὸς [*f.* Θεῷ], ἔφη, τοῦτο δοκοῦν, καὶ μὴ ἀπάγει με τῆς προθέσεως τὸ ἀνάξιον, μοναχὸς γενέσθαι βούλομαι. Ἐπῄνεσε τὸν λόγον ἀκούσας ὁ πυλωρὸς, καὶ τὸν Ἰωάννην ἐμακάρισε τῆς ἐπιθυμίας. Ὁ δὲ, ἀλλὰ δυνατόν μοι, ἔφη, ἐνταῦθα τέλος ἐπιθεῖναι μου τῇ προθέσει ; Καὶ ὁ μοναχός· Προσαγγεῖλαί με δεῖ τῷ προεστῶτι, καὶ ὅπερ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψειε, τοῦτό σε ποιῆσαι, καὶ πέρας ἀγαθὸν τῷ πράγματι ἀπαντήσει. Προσήγγειλε τῷ κατηγουμένῳ ὁ μοναχός, μετακαλεῖται ὁ Ἰωάννης, καὶ εἰς ὄψι αὐτῷ ἔρχεται, ἡδονῆς τε αὐτῷ γίνεται πρόξενος ὅσης διὰ τὴν ἐπιφαινομένην τῷ προσώπῳ χάριν ἐκ τοῦ κάλλους τῶν ἀρετῶν. Ἀκούει πλεῖστα ὁ Ἰωάννης τῶν εἰς ὠφέλειον ψυχῆς συντεινόντων, εἶτα κατηχεῖται τὰ τῆς μοναχικῆς ἀκριβείας, κείρεται τὴν κόμην, συναποκείρεται πᾶν εἴ τι κοσμικόν τε καὶ πρόσγειον, τὰ τῶν μοναχῶν περιβάλλεται μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοὺς συνάδοντας τῷ ἐπαγγέλμαι τῆς περιβολῆς λογισμούς.

A modestiamque satis edoctus, ac pro sordido se gerens. Sum, inquit, hospes atque abjectus, qui naufragio jactatus, Deoque usus propitio, ac vestris precationibus servatus, huc deveni. Quibus auditis addit monachus: Quem autem post hæc finem spectas? Tum Joannes: Si Deo, inquit, visum fuerit, meque tanto proposito mea non excludit indignitas, monachus fieri vehementer desidero. Ea re intellecta janitor collaudat juvenem, ac tam sancto desiderio beatissimum esse confirmat. Anne igitur, inquit Joannes, hoc loco voti compos fieri potero? Respondit monachus, votum præsidi exponendum, quodque is decreverit exsequendum esse, atque ita rem ex usu bono concludi. Tum monachus superiori fert nuntium. Joannes accersitur, et in B conspectum præsidis venit; cui magnæ sane voluptati fuit intueri virtutum splendorem in Joannis vultu elucentem. Plurima hic edocetur Joannes ad maximam animi utilitatem spectantia: tum de monastica sedulitate instruitur, tondentur crines, atque una si quid superest et profanum vel terrenum abraditur, neque tantummodo tunc monachorum habitum, sed et cogitationes cum professione vestium congruentes induit.

ΙΒ'. Καὶ ἦν οὕτω νηστείαις, καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ προσευχαῖς διοκαρτερῶν, τὰ μὲν ἄλλα εὔθυμος, μόνῃ δὲ τῇ περὶ τὸν ἀδελφὸν φροντίδι κατώδυνος τὴν ψυχήν· ᾤετο γὰρ αὐτὸν τοῖς ὕδασι δεινῶς ἐναποθανεῖν. Ἐλάνθανε δὲ τὸν γενναῖον, ὡς ὁ ἐκείνου Θεὸς, καὶ Ἀρκαδίου πάντως ἦν· ἀμφοτέροις γὰρ ἔμελεν ἀρέσκειν Θεῷ, διὸ καὶ ἀμφοτέρων Θεὸς ἐκήδετο. Τούτου τοιγαροῦν τῇ χάριτι καὶ ὁ θεῖος διασωθεὶς Ἀρκάδιος, καὶ γῇ τῆς Τετραπυργίας ἀποδοθεὶς, ὥσπερ ἔφημεν, χάριν ὁμολόγει Θεῷ τῷ σώσαντι. Ἐδεῖτο δὲ καὶ αὐτὸς περὶ τοῦ ἀδελφοῦ τῆς αὐτῆς τυχεῖν δεξιᾶς ὁδηγοῦ τε καὶ φυλακος, καὶ τοῦτον ἰδεῖν ὀφθαλμοῖς πρὶν ἢ τὸν βίον ὑπεξελθεῖν· ἀδελφοὶ γὰρ ἦσαν οὐ τὰ σώματα μόνον, ἀλλὰ· καὶ τὰς ψυχάς. Μετὰ δὲ τὴν εὐχὴν, ἄπεισιν εἰς κώμην τινὰ (ὦ Θεοῦ κριμάτων !) ἄρτου δεόμενος καὶ εἰς χεῖρας ἑτέρων βλέπων, οὗπερ ἀτεχνῶς οἱ πατέρες πολλῶν δεομένων γαστέρας ἔπλησαν. Δαρὼν οὖν, καὶ φαγὼν, καὶ ἰσχύσας, ὕπνῳ προσέσχεν. Ὁ δὲ ὕπνος ὄναρ αὐτῷ εἶχεν, ἐπιφανέντα τὸν ἀδελφὸν, καί, Τί δὲ δι' ἐμὲ θρηνεῖς, ἀδελφὲ, λέγοντα, ὃς ἐν Χριστῷ ζῶ ; Τοῦτο γοῦν ἀληθὲς πιστεύσας, μηδὲν τὸ μετὰ ταῦτα λυποῦ. Ἐπεὶ τοίνυν ἀνῆκε αὐτὸν ὁ ὕπνος, συνεὶς τὸ φανὲν, χαρᾶς ἐπληροῦτο καὶ τῷ Θεῷ χάριν διωμολόγει.

XII Cumque hæc ratione jejuniis, vigiliis et precationi constanter sese adhiberet, cætera quidem erat alacri animo, excepto quod unica de fratre sollicitudine non mediocriter angeretur, quem miserrime undis immortuum crederet. Non considerabat enim generosus juvenis, suum Deum etiam Arcadii prorsus esse. Cum enim uterque Deo placiturus esset, singularem utriusque curam egit Deus. Hujus enim favere divinus quoque Arcadius letho ereptus, et in regionem, uti diximus, Tetrapyrgiæ apulsus, inibi servatori Deo gratulabatur. Neque minus ille pro fratre deprecabatur, tum ut pari manu, duce et custode agatur, tum ut oculis eumdem ante mortem conspicere liceat. Animis enim, non modo corporibus fratres erant. Absoluta precatione mox in vicum quemdam se confert, atque (o judicia Dei!) cujus parentes multorum esurientium ventres plane exsaturabant, ille panem supplex alienasque manus respiciens deposcebat, eoque sumpto corroboratus in summum incidit. Vix soporem libaverat, cum assistens illi Joannes, Quid me luges, frater, inquit, in Christo viventem? De quo quo nequaquam dubius, dolorem imposterum ex animo ejice. Post hæc evigilans Arcadius, probata visi fide, lætitiis exsultat, Deoque grates, ut par erat, exsolvit.

ΙΓ'. Εἶτα σκοπῶν ἦν καθ' ἑαυτὸν καὶ λογισμοὺς στρέφων, περὶ τοῦ τί δεῖ ποιεῖν· ἀντετίθει γὰρ οὕτως· Ἀπελεύσομαι πρὸς τοὺς τεκόντας ; ἀλλὰ λύπης μᾶλλον αὐτοῖς αἴσιος ἔσομαι μόνος ὀφθείς. Ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν μαθημάτων ἀνάληψιν κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐντολὴν πορεύομαι ; ἀλλ' ἀδουλήτως καὶ ἀηδῶς προσίξω τῇ διδαχῇ, τοῦ ἀδελφοῦ στερη-

XIII. Inde animum cogitantis anxiæ occupant curæ, quid tandem sibi agendum videretur. Sic itaque secum contendebat: An ad parentes revertar, quibus ubi solum me viderint, summum mœrorem injiciam? An studiorum cursum repetam, quod decreverat pater? Sed animus fratre orbatus, invitus ac fastidiosus ad doctrinam ac-

cedet. Quo me vertam igitur? Parenti semper monastica vita tum commendatione dignissima, tum felicitatis plenissima esse visa est. Hanc arripiam; neque quidquam a paterna sententia voluntate alienum fecero. His dictis, viam Hierosolyma tendentem ingreditur. Quo ut pervenit, obitis sacratioribus locis lustratisque propemodum omnibus monasteriis, inter eundum in quemdam ex magnis illis senem incidit, haud obscura virtutis insignia qua incessu, qua habitu, qua decenti oculorum compositione prodentem. Ad quem cum lætus accurrisset, dicta illi salute : Deprecare, inquit, pro me Deum: gravissima enim tristitia prorsus exanimor. Cui senex: Bono sis animo : nam pater, et mater, et frater tuus vivunt. Cæteri quoque eamdem tecum tempestatem passi, servati sunt omnes : sed et qui vobiscum fuerunt famuli tanto exempti periculo, monastico habitu, quemadmodum et germanus tuus, exornati sunt: Exaudivit autem Deus supplicationes tuas, eosque omnes antequam vita excedas, tuis oculis intueberis. Quæ cum præstantissimus Arcadius audisset, amplexus regulam, et sedulo eam tenuit, et alacriter exsecutus est.

Ἀθείς. Τί οὖν ποιήσαιμι ; Τῷ πατρί μου ἀεὶ ὁ τῶν μοναχῶν βίος ἐπαινετὸς ἐδόκει, καὶ μακαρισμοῦ ἄξιος· τοῦτον ἑλέσθαι με δεῖ, καὶ οὐκ ἂν διαμάρτοιμι πατρικῆς γνώμης καὶ τῶν εὐχῶν. Οὕτως εἰπών, ὁδοῦ τῆς πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα εἴχετο. Γενόμενος δὲ ἐκεῖσε, καὶ τοὺς ἁγίους διελθὼν τόπους ἔπειτα καὶ τοῖς μοναστηρίοις σχεδὸν ἅπασι προσιών, ἐν ὅσῳ ταῦτα μετῄει, συαντᾷ γέροντί τινι τῶν μεγάλων, οὐκ ἀσαφῆ τῆς ἀρετῆς σύμβολα ἐκ τοῦ βαδίσματός τε καὶ καταστήματος, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν δυναμένῳ παρέχειν· ᾧ προσδραμὼν ἡδέως καὶ ἀσπασάμενος, Εὔξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, λέγει· πολλῇ γὰρ ἀνίᾳ βάλλομαι τὴν ψυχήν. Ἀλλὰ μὴ ἀθύμει, ὁ γέρων φησί· καὶ γὰρ καὶ ὁ πατήρ, καὶ ἡ μήτηρ, καὶ ὁ ἀδελφὸς ὁ σὸς ζῶσιν· ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ μετὰ σοῦ τῷ δεινῷ κλυδωνι περισχεθέντες ἐσώθησαν, καὶ οἱ μεθ' ὑμῶν δὲ ὄντες παῖδες ἀπαθεῖς τε κακοῦ διέμειναν, καὶ τῷ τῶν μοναχῶν σχήματι ὥσπερ δὴ καὶ ὁ ἀδελφός σου κατεκοσμήθησαν. Ἐπήκοος δὲ σου γέγονε καὶ Θεὸς τῆς εὐχῆς, καὶ μέλλεις αὐτούς, πρὶν ἢ τὸν βίον ὑπεξελθεῖν, ὄψεσθαι. Ἤκουσε τὰ θαύματα ταῦτα ὁ θεῖος Ἀρκάδιος (Θεοῦ δὲ καὶ τοῦτο πάντως ἦν), καὶ τὸν κανόνα παραλαβών, εἶχετο σπουδαίως, καὶ προθύμως αὐτὸν ἤνυε.

CAPUT V.

Naufragium filiorum intelligunt parentes, et forti animo ferunt.

XIV. Duobus vero elapsis temporibus (intendite nunc animos, ut quemadmodum tristium auditione doluimus, ita lætiora tractantes mœrorem voluptate solvamus), post duo igitur tempora, eorum pater, omnium quæ filiis accidissent ignarus, cum litteris domesticum mittit. Permagno enim tenebatur desiderio intelligendi, quid tandem causæ esset cur tandiu optatissimis charissimorum litteris frustraretur. Qui missus erat, ubi Berytum attigit, facile comperit, dominos suos in urbem non revertisse. Quare suspicatus Athenas profectos esse, etiam eo se frustra contulit. Verum inde discedens cum apud hospitium quoddam diversaretur, ibi in quemdiam conservum suum inter monachos receptum incidit : ad quem post mutuam notitiam accedens, Ubi, inquit, locorum est uterque dominus noster? Ad quæ alter ingemiscens, lacrymisque vultum perfusus : Eheu ! ait, quam funesta ex me auditurus es ! Miserrime domini nostri pelago hausti sunt. Ego solus, uti credo, evasi, ac salutem periculo acerbiorem nactus, solitariam vitam elegi, hac vivendi ratione me mortuo, quam vivo, similiorem fore existimans. Neque vero me recte facturum credidi, si ad patrem ipsorum dominum nostrum redirem malus nuntius, infaustum spectaculum, odiosa et merito inamabilis vita, luctuosæ naufragii reliquiæ. Quocirca nunc Hierosolymam cogito, et ad sacra loca proficiscor.

ΙΔ'. Χρόνων δὲ ἤδη δυο παρωχηκότων ἄλλα προσέχειν ἐνταῦθα μάλιστα δεῖ, ἵν' ὥσπερ τὰ λυπηρὰ μαθόντες ἠλγήσαμεν, οὕτω καὶ τοῖς χαριεστέροις προσέχοντες, εὐφροσύνῃ τὰ σκυθρωπὰ λύσωμεν). ἐπεὶ τοίνυν δύο χρόνοι παρῆλθον, ὁ πατὴρ αὐτοῦ παντάπασιν οὐκ εἰδὼς, οἷα δὴ τοῖς ἐκείνου παισὶ συνέβη, ἑνὶ τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ γράμματα ἐγχειρίσας ἐκπέμπει, γνῶναι διψῶν τί ποτ' ἂν εἴη τοσοῦτον χρόνον γράμματα αὐτὸν μὴ δέξασθαι παρὰ τῶν φιλτάτων. Ἤδη δὲ τῷ ἀπεσταλμένῳ τὴν Βηρυτὸν φθάσαντι διεγνώσθη, τοὺς αὐτοῦ κυρίους πρὸς τὴν πόλιν μὴ ἀπαντῆσαι, Ὑπολαβὼν οὖν πρὸς Ἀθήνας αὐτοὺς χωρῆσαι, τῆς αὐτῆς εἴχετο καὶ ἐκεῖνος. Ἀπιὼν δὲ καταλύει πρός τινι πανδοχείῳ, ἐν ᾧ βλέπει ἕνα τῶν ὁμοδούλων αὐτοῦ κατὰ μοναχοὺς περιεσταλμένον· ᾧ προσελθὼν, καὶ γνῶσιν δοὺς καὶ λαβών, Ποῦ, φησὶν, οἱ ἀμφοτὶν ἡμῶν κύριοι ; Ἐστέναξεν ἐκεῖνος ἀκούσας, καὶ δακρύων τὰς ὄψεις ὑποπλησθεὶς, Φεῦ, εἶπεν, οἷα ταῖς σαῖς ἀκοαῖς ἐρεῖν βούλομαι ! ἐν τῇ θαλάσσῃ γὰρ οἱ ἡμῶν κύριοι ἐκείνως ἀπολώλασιν. Ἐγὼ δὲ μόνος, ὡς γε οἶμαι, διασωθεὶς, σωτηρίαν, οἵ μοι ! κινδύνου λυπηροτέραν τὸν μονήρη εἶον μετελθεῖν εἱλόμην, θανεῖν ὥσπερ καὶ αὐτὸς διὰ τῆσδε τῆς ἀγωγῆς προκρίνας ἢ ζῆν· οὐδὲ γὰρ ἔκρινα συμφέρον εἶναι πρὸς τὸν δεσπότην ἡμῶν τὸν αὐτῶν πατέρα ἐπανελθεῖν, ἄγγελος πονηρὸς, ὄψις δυστυχὴς, ζωὴ μισουμένη καὶ δικαίως ἐπίφθονος, ναυαγίας δύσνηρὸν λείψανον. Νῦν οὖν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τὴν πορείαν ποιοῦμαι, καὶ πρὸς τοῖς ἁγίους πορεύομαι τόπους.

ΙΕ'. Ἐκεῖνος ἀκούσας, καὶ ὅλος γεγονὼς τοῦ πά- A θους, πλήττει μὲν ἀμφοτέραις τὸ στῆθος, δεινὸν δὲ ἀνακλαυσάμενος, καὶ τῶν κυρίων ἐπιμνησθείς, οἰκέτου χρηστοῦ καὶ εὐγνώμονος ἠφίει φωνήν, Οἴ μοι! κύριοί μου, λέγων, τί τὰ γεγονότα ταῦτα; τίς ἡ πικρὰ καὶ δύσφημος περὶ ἡμῶν ἀκοή; ποῖα γλῶττα τῷ ὑμετέρῳ πατρὶ τὸν ὑμῶν οἰκτιστον ἀπαγγελεῖ θάνατον; τίνες ὀφθαλμοὶ τὴν αὐτοῦ θλῖψιν καὶ τὴν τῆς μητρὸς ὑμῶν ὄψονται; τίς ἶδοι πικρὰν ἐκείνων κατήφειαν; τίς ἔνδυμα σκοτεινὸν, δάκρυα θερμὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀπορρέοντα, κόνιν κατὰ κεφαλῆς χεομένην, πολιὰν ἀθλίως ὑῤῥιζομένην; Οὕτω περιπαθὴς ἀνακλαύσας, ἠβούλετο μὲν ἄλλην τραπέσθαι, καὶ μὴ πρὸς τοὺς δεσπότας ἐπανελθεῖν, μηδὲ ἄγγελος αὐτοῖς γενέσθαι τοιαύτης ἀπευκτῆς ἀγγελίας. Τῶν παρόντων δὲ μᾶλλον ὑποστρέψαι παρακινούντων, B ἀλλὰ καὶ αὐτὸς συνείς, ὡς τὰ γεγονότα μὲν ἅπαξ γέγονε, καὶ ἀμήχανον ταῦτα μεταβαλεῖν, αὐτὸν δὲ παρήκοον ὀφθῆναι δεσποτικῆς ἐντολῆς, πρὸς τῷ μηδὲ τῷ πράγματι δύνασθαι βοηθεῖν, καὶ θεομισὲς καὶ ἀπάνθρωπον, ἄλλως δὲ καὶ δείσας, μὴ καὶ δεσποτικὴ ἀρᾷ φθάσας ὑποπεσεῖν, ἐξώλειαν ἑαυτῷ ἀνοήτως περιποιήσοι, ἐπανῆει πρὸς τοὺς δεσπότας.

ΙϚ'. Φθάσας δὲ τὸν οἶκον καὶ εἰσελθών, σύννους καὶ σκυθρωπὸς ἐκάθητο, κρύπτειν μὲν ὡς δυνατὸν ἦν τὸ πρᾶγμα βουλόμενος, καὶ μηδὲν πρὸς οὐδένα περὶ ὧν μάθοι φθεγξάμενος, τρανότερον δὲ γλώττης τῇ κατηφείᾳ τῆς ὄψεως (ποῦ γὰρ ἠδύνατο κρεῖττων εἶναι τοιούτου κακοῦ;) σκυθρωπὰ ὄντα τὰ ἐγνωσμένα δηλῶν. Ἐκ τούτου λόγος διέῤῥει πρὸς τοὺς ὁμοδούλους, καὶ ὑπεψιθυρίζοντο ῥήματα πονηρὰ ἃ λαθεῖν C πάντως τὴν τοῦ οἴκου κυρίαν ἀμήχανον ἦν. Μετακαλεσαμένη οὖν τὸν ἀπεσταλμένον, Πῶς ἔχει τὰ τέκνα ἡμῶν; ἤρετο. Ὁ δὲ, Καλῶς, εἶπεν. Τῆς δὲ τὰ γράμματα ἀπαιτούσης, ἕλεινος ἀπολέσθαι καιὰ τὴν ὁδὸν ἔφασκεν. Ἐπάταξεν αὐτὴν ἡ καρδία, καὶ ὑποψίας μεστὴ γέγονε, καὶ τὰ σπλάγχνα δεινῶς ἐστρέφετο. Ὅρκοις τοιγαροῦν τὸν παῖδα περιήει φρικτοῖς, ἢ μὲν τὸ ἀληθὲς ἐξειπεῖν. Ὁ δὲ, βαρὺ λίαν καὶ πεπονθὸς στενάξας, δακρύων τε πλησθεὶς, Οἴ μοι! ἔφη, κυρία ἐμὴ, ὅτι τοὺς παῖδας τοὺς σοὺς, τοὺς ἐμοὺς δεσπότας, τοὺς φωστῆρας, φεῦ! τοὺς καλοὺς, ὄψει τὸ λοιπὸν οὐδαμῶς, ἔργον ἤδη θαλάσσης γεγενημένους. Ταῦτα δ' ἐκείνη ἀκούσασα, μαλακὸν οὐδὲν πέπονθεν οὐδ' ἀγενὲς οὐδὲ γυναικεῖον, ἀλλ' οἷονεὶ δεῖξαι βουλομένη, ὅτι παίδων τοιούτων μήτηρ D ἦν ἀληθὴς, ἡδυχαίστει φανερῶς τῷ Θεῷ· καὶ σιωπὴν πᾶσαν τῷ παιδὶ παραγγείλασα, αὐτοῖς ἐχρῆτο τοῖς τοῦ Ἰὼβ ῥήμασι, μετὰ τῆς αὐτῆς διανοίας· « Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω δὴ καὶ ἐγένετο. »

ΙΖ'. Ἑσπέρας δὲ ἤδη γενομένης, τοῦ θείου Ξενοφῶντος μετὰ τῆς συνήθους λαμπρότητος καὶ δορυφορίας ἀπὸ τῶν βασιλείων ἐπανελθόντος, τραπέζης τε ἤδη παρατεθείσης (εἰώθει γὰρ ἅπαξ τῆς ἡμέρας ἐν ἑσπέρᾳ τροφῆς ἅπτεσθαι), ὠδίνε μὲν ἡ γυνὴ τὰ

XV. Iis ille auditis se totum mœrori tradens ferieba pe tus utraque manu, editoque lugubri clamore, cb reduntegratam dominorum memoriam, in hanc boni gratique servi vocem erupit: Heu mihi! domini mei, quam tristia vobis evenerunt! quam amara, quam infausta de vobis audio! quæ lingua parenti vestro miserandum vestram necem annuntiabit? qui oculi tum ipsius, tum matris vestræ consternationem sustinebunt aspicere? quis amarissimam eorum mœstitiam videre poterit? quis atram vestem? quis calidas lacrymas per ora manantes? quis cineres aspersos capitibus et canos infelicissime sordidatos? Ubi hisce lamentationibus plus satis indulsit inducere in animum non potuit, ut ad dominos tam diræ cladis nuntius reverteretur. Verum audito eorum, qui forte aderant, consilio, reditum suadente, cum et ipse consideraret quæ semel facta essent infecta fieri non posse, seque herilis imperii detractatorem visum iri, quodque Deo hominibusque ingrata foret, neque in re utique desperata fructuosa hæc tergiversatio, qua et domini imprecationem incurrere, et perniciem sibi impudenter conflare verebatur, ad dominos suos reditum suscepit.

XVI. Ut ergo pervenit domum, atque ingressus est, cogitabundus mœrensque sedebat, rem pro viribus occultans, neque quidquam de iis quæ compererat cuiquam enuntians; verumtamen longe manifestius vultus mœstitia, quam lingua (qui enim tanto malo non vinceretur?) quæ cognorat, injucunda esse, demonstrans. Hinc sermones domesticorum exorti sunt, inter se sinistre murmurantium, qui heram penitus latere non poterant. Hæc igitur, advocato qui missus fuerat, ut valeant liberi, scisciatur. Respondet belle eos habere: et cum litteras illa posceret, eas in via periisse adjicit. Tum cor mari palpitare, omnia suspicionum plena esse, ac visceribus graviter commoveri. Ergo formidabili jurejurando famulum adigit, ut veritatem ne celet. Quo ille vehementer commotus, ductis alte suspiriis, lacrymisque jam totus madens, Me miserum, inquit, domina, filios tuos, dominos meos heu! pulcherrima illa lumina, deinceps haud unquam aspicies, jam mari haustos atque absumptos. Sic ille. Cujus narratio tantum abest ut matrem ad aliquid molle, indignum, aut muliebre præ se ferendum induxerit, ut potius ostenderit, se germanam ejusmodi filiorum matrem esse, silentiumque famulo imperarit, Deo gratias referens, his Jobi verbis in eamdem sententiam usa: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est [4].

XVII. Interim vesper advenerat, quando divinus Xenophon consueto splendore ac satellitio stipatus e regia domum revertit. Ubi mensa jam strata, (nam semel duntaxat per diem sub vesperam sumebat cibum) afflicta nuntio mulier, communicandæ

[4] Job. I, 21.

cum marito tantæ animi ægritudini intenta, quoad posset levissimum maximeque tolerabilem illi dolorem satagebat inurere. Injecta igitur de reditu famuli mentione, ille super his gloriam tribuens Deo : Ubi, inquit, est redux famulus? Cum redditisset uxor, forte morbo eum ex itineris molestia teneri : At litteræ saltem, inquit, afferantur. Subjecit mulier, nunc temporis reliciendum cibo corpus, cras litteras non defuturas, ipsumque mentium coram, quæ dicenda haberet, expositurum. Eratque sane anxia, ne verbis divinum Xenophontem, qui ut litteræ redderentur, urgebat) circumvenire voluisse videretur. Nunc enim, inquiebat ille, exhibebuntur mihi litteræ, filiorum statum plane cognoscere cupienti, cras autem, ut tu ais, ex ore famuli cætera discemus.

XVIII. Maria hac viri sagacitate se deprehensam sentiens, totisque visceribus commota, compressa voce penitus nihil dicebat, solis lacrymis abunde proloquens. Quo animadverso admirandus Xenophon : An male, inquit, habent liberi nostri? Tum illa: Primoribus utique digitis attingis calamitatem nostram, quodque haudquaquam expetis, sponte imminuis Utinam enim male haberent, ut vel sic aliquid nobis spei relinqueretur! nunc autem tui illi heu! quondam liberi in mari vitam amiserunt. His auditis Xenophon facile ostendit, generosi animi probationem calamitates esse. Cum enim dixisset, Sit nomen Domini benedictum in sæcula, ad consolationem deinde uxoris, quæ et ipsa non insipienter aut abjecte, sed ut tam pii viri consortem decuit, se gerebat, conversus, Ne lugeas, inquit, non patietur enim Deus tanta clade nos obrui, aut mœrore tam acerbo gravari caninem meam, cum ne unicum quidem ejus mandatum contemptim transgressus sim. Vigilandum igitur nobis hac nocte ejusque benignitas ac misericordia imploranda. Sic futurum est, ut vivantne an defuncti sint liberi nobis aperiat. Hac ratione quod divinus olim Jeremias pronuntiavit, in illo impletum est: « Benedictus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus : et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas; » et paulo post : « In tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum [5]. »

Α τῆς ἀγγελίας, καὶ κοινωνὸν τὸν ἄνδρα τῶν τῆς ψυχῆς κακῶν ἐζήτει λαβεῖν· ἠβούλετο δὲ, ὡς οἷόν τε, κούφην αὐτῷ καὶ μετρίαν τὴν λύπην παρασκευάσαι. Λέγει τοιγαροῦν αὐτῷ καὶ ὑπομιμνήσκει περὶ τῆς τοῦ παιδὸς ἐπανόδου. Ὁ δὲ πρὸς τοῦτο δόξαν ἐσίδου ἐξῷ, καὶ, Ποῦ, φησίν, οὗτος; Νόσος, εἶπεν, αὐτὸν ἐκ τῆς κατὰ τὴν ὁδὸν τάχα συνέχει ταλαιπωρίας. Κἀκεῖνος, Ἀλλ' ἐνεγθήτω, ἔφη, τὰ γράμματα. Ἡ δὲ, Μεταλημπτέον ἡμῖν ἄρτου τό γε νῦν ἔχον, ἔωθεν δὲ καὶ τοῖς γράμμασιν ἐντεύξῃ· ἀκούσῃ δὲ, καὶ ὧν ὁ παῖς ἔχει σοι διὰ στόματος ἐξειπεῖν. Ἠνέσχετο παρακρούσασθαι λόγοις τὸν θεῖον Ξενοφῶντα ἡ βοηθός. Ἐνέκειτο γὰρ ἀπαιτοῦν τὰ γράμματα, καὶ, Νῦν μὲν, λέγων, ἐνεγθήτω μοι, ταῦτα γνῶναι βουλομένῳ, πῶς ἔχει μοι τὰ τῶν παίδων, αὔριον δὲ, ὡς σὺ ἔφης, τῶν διὰ γλώττης ἀκούσομαι.

Β ΙΗ'. Ἡ δὲ καὶ τῇ συνέσει τοῦ ἀνδρὸς συλλαβομένη, καὶ τῶν σπλάγχνων ἁπτομένη δεινῶς, γλώττης μὲν καὶ ἔτι ἐγκρατὴς ἦν, καὶ εἶπεν ὅλως οὐδέν, ἐφθέγξατο δὲ τοῖς δάκρυσι. Συνεὶς οὖν ὁ θαυμάσιος Ξενοφῶν, Ἀσθενοῦσιν, ἔφη, τὰ τέκνα ἡμῶν; Ἡ δὲ, Ἄκροις, εἶπε, τὸ τοῦ λόγου, δακτύλοις ἅπτῃ τῆς συμφορᾶς, καὶ ὃ μὴ βούλει, σμικρύνεις ἐκών· εἴθε γὰρ ἐσθένουν, ἵν' οὕτω καὶ ἐλπὶς ὑπελείπετο. Νῦν δὲ οἱ παῖδες οἱ σοί, φεῦ! ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπώλοντο. Ἤκουσεν ἐκεῖνος, καὶ ἀτεγνῶς ἔδειξεν, ὅτι ψυχῆς γενναίας αἱ συμφοραὶ βάσανος. Εἶτη γὰρ τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἔπειτα καὶ τὴν γυναῖκα παρακαλεῖν ἐπειρᾶτο, μηδὲν αὐτὴν ἀφιλοσόφως καὶ ἀγεννῶς ἔχουσαν, καὶ ἀνδρὸς οὕτω θεοφιλοῦς ἀναξίως, Μὴ λυποῦ, λέγων· οὐ γὰρ ἐάσει Θεὸς τοιαύτῃ περιπεσεῖν ἡμᾶς συμφορᾷ, οὐδὲ πικρῶς οὕτω λυπῆσαι τὴν ἐμὴν ἀνάξεται πολιάν· ἐπεὶ μηδεμίαν αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν, ὡς γε οἶμαι, ἀμελῶν παρηλθον, πλὴν ἀγρυπνητέον τήνδε τὴν νύκτα, καὶ τὴν αὐτοῦ χρηστότητα καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς ἐξιλεωτέον· κἀκεῖνος περὶ τῶν παίδων, εἴτε τεθνήκασιν, εἴτε μὴν ἐν τοῖς ζῶσίν εἰσι, δῆλον ποιήσει. Οὕτως ἀκριβῶς ἐπ' αὐτῷ τὸ τοῦ θείου Ἱερεμίου πέρας ἐλάμβανεν, « Εὐλογημένος, εἰπόντος, ὁ ἄνθρωπος ὁ πεποιθὼς ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, καὶ ἔσται Κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ· καὶ ἔσται ὡς ξύλον εὐθηνοῦν παρ' ὕδατά. » Καὶ μετ' ὀλίγον αὖθις· « Ἐν ἐνιαυτῷ ἀβρωχίας οὐ φοβηθήσεται, καὶ οὐ διαλείπει ποιῶν καρπόν. »

CAPUT VI.

Hierosolymis filios quærunt : filii invicem agnoscunt.

XIX. Tota igitur nocte precando rogandoque Deum traducta, albescente jam cœlo, victisque sopore luminibus, non ad consuetum cubile se recipiunt, corpora humi sternentes. Simul ac somnus obrepsit, utriqne visi sibi sunt præsentes filios intueri Christo adstantes Ac Joannes quidem throno residens, sceptroque ornatus insignem pretiosis gemmis coronam gerebat : Arcadius vero et ipse

Γ ΙΘ'. Εὐχομένοις οὖν παρ' ὅλην τὴν νύκτα καὶ τοῦ θεοῦ δεομένοις, ἐπείπερ ἤδη περὶ αὐγὰς ἦν ἡ ἡμέρα καὶ πρὸς ὕπνον αὐτοῖς ἠττῶντο οἱ ὀφθαλμοὶ, οὐκ ἔτι λοιπὸν πρὸς τὴν συνήθη στρωμνήν τε καὶ κλίνην ἔδλεψαν, ἀλλ' ἀντὶ ταύτης ὑπηρέτει τὸ ἔδαφος. Ἅμα γοῦν ὕπνου ἐγεύοντο, καὶ ὤφθησαν ἀμφοτέροις οἱ παῖδες ὑπ' ὄψιν περιστάμενοι τῷ Χριστῷ· ὁ μὲν Ἰωάννης στέφανον πολυτελῆ λίθων τιμίων καὶ θρό-

[5] Jerem. XVII, 7.

νον ἔχων, καὶ σκήπτρου ἐχόμενος· ὁ δὲ Ἀρκάδιος, στέφανον καὶ αὐτὸς ἀναδεδεμένος ἐκ ποικίλων ἄστρων καὶ λαμπροτάτων, σταυρόν τε τῇ δεξιᾷ κατέχων, καὶ κλίνην ἔχων εἰς ἀνάπαυσιν καὶ στρωμνήν.

Κ'. Ἐκ τούτου συνιέντες τοὺς παῖδας αὐτῶν τιμῆς μεγάλης ἠξιῶσθαι παρὰ Θεῷ, καὶ τοῦτο δὲ διδαχθέντες παρὰ τῆς χάριτος, ἐν Ἱεροσολύμοις αὐτοὺς εἶναι, τἄλλα πάντα μικρὰ θέμενοι, καὶ χρυσίον λαβόντες συχνὸν εὐλογίας χάριν καὶ παρακλήσεως τῶν χρείαν ἐχόντων, ὁδοῦ τῆς ἐπ' αὐτὰ φερούσης εἴχοντο. Ἐπεὶ δὲ καὶ κατέλαβον, τοὺς ἁγίους περιελθόντες τόπους, καὶ τοῦτο μὲν προσευχῇ, τοῦτο δὲ καὶ διανομῇ χρυσίου συνεργὸν τὸ θεῖον τοῦ προκειμένου κτησάμενοι, ἔπειτα καὶ τὰ μοναστήρια διελθόντες, οὐδαμοῦ τοῦ ποθουμένου ἐτύγχανον, οὔτε μὴν τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν εἶχον ἰδεῖν. Ἐντεῦθεν ὁ πόθος αὐτοῖς θερμοτέρος ἀνεφλέγετο, τῇ παραταύσει τοῦ χρόνου κρυφίως ὑποτρεφόμενος. Οἷον γὰρ τὸ ἰδεῖν ἐν ζῶσι τέκνα τὰ οὕτω φίλτατα, οὕτως ἀπελπισθέντα, καὶ παρὰ θεῷ τοιαύτης τύχοντα τῆς οἰκειώσεως.

ΚΑ'. Ἐνὶ δὲ συναντῶσι τῶν οἰκετῶν, οἳ καὶ συναπόδημοι τοῖς ἐκείνων παισὶ ἐτύγχανον, μοναχικὰ περιβεβλημένῳ, ὃν καὶ ἀπὸ τῆς μορφῆς ἀναγνόντες, καὶ μὴ δοῦλον νῦν, ἀλλ' ὁμόδουλον ἑαυτῶν, ἤ καὶ τιμιώτερον εἶναι κρίναντες, τοῦτο μὲν τῷ σχήματι τῆς περιβολῆς, τοῦτο δὲ καὶ τῷ περιόντι τῆς αὐτῶν μετριοφροσύνης, γόνυ κλίναντες, προσκύνησιν αὐτῷ εὐλαβῶς προσῆγον. Τοῦ δὲ βαρυνομένου τῇ τῆς τιμῆς ἀμετρίᾳ, Οὐ σοὶ τοῦτο, ὁ θεῖος ἀπεκρίνατο Ξενοφῶν, ἀλλὰ τῷ σχήματι τῷ σῷ καὶ τῷ καὶ τῇ δι' αὐτοῦ σφραγῖδι τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως.

ΚΒ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ πυνθανόμενοι περὶ τῶν παίδων, οὐδὲν πλέον εἶχον μαθεῖν, ὅτι μὴ τὰ ἐν θαλάσσῃ μόνα συμβάντα (ὅπως γὰρ αὐτοὶ διεσώθησαν, ἥδει ἐκεῖνος οὐδοτιοῦν), οὐ παρὰ τοῦτο ῥᾳθυμότεροι γεγόνασιν, οὐδὲ ὄκνῳ τὸν πόθον ἤμβλυναν, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον τῇ περὶ τοὺς παῖδας ἐπιθυμίᾳ τὰ σπλάγχνα διακαιόμενοι, ἐρεύνης εἶχοντο. Δόξαν οὖν αὐτοῖς, καὶ περὶ τὰ τοῦ Ἰορδάνου μέρη ἐφοίτων, ἅμα μὲν περὶ τῶν υἱῶν ἐκζητοῦντες, ἅμα δὲ καὶ τὴν χεῖρα δαψιλῶς ῥέουσαν τοῖς δεομένοις προτείνοντες. Ἀπιόντες δὲ συναντῶσιν ἐκείνῳ τῷ θαυμαστῷ γέροντι, ὃς καὶ τὸν Ἀρκάδιον ἀποκείρας καὶ τὰ τῶν μοναχῶν αὐτῷ περιβαλὼν ἦν. Τούτῳ προσελθόντες, καὶ ποδῶν ἐκείνου τῶν ἱερῶν ἁψάμενοι, ἐδέοντο εὐχῆς αὐτοὺς ἀξιῶσαι τῆς πρὸς Θεόν. Ἐπεὶ οὖν ὁ γέρων εὐπρόθυμον ἑαυτὸν εἰς τοῦτο παρέσχε καὶ ἤδη ηὔξατο, πρὸς ὄνομα τούτους ἐκάλει (ὦ χάριτος θείας!) προστιθεὶς καὶ τὴν ἐν χερσὶν ὑπόθεσιν, μάλα διορατικῶς καὶ θεοφορήτως. Δεῖ δὲ οὕτως, ὥσπερ ἐλέχθησαν, ἰδιωτικώτερον αὐτὰ παραθέσθαι. Τίς ἠνάγκασε, λέγων, τὸν κῦριν Ξενοφῶντα καὶ τὴν κυρὰν Μαρίαν τὰ Ἱεροσόλυμα κατιδεῖν; Οὐδεὶς ἕτερος πάντως, ὅτι μὴ ἡ τῶν τέκνων στοργή. Μὴ οὖν ἀθυμεῖτε· ζῶσι γὰρ, ζῶσιν ὑμῶν ἀληθῶς τὰ τέκνα, ὥσπερ δὴ καὶ Θεὸς ἡμῖν ἐφανέρωσεν. Ἀλλ' ὑπάγετε καὶ τὰς εὐχὰς ὑμῶν ἀπόδοτε τῷ Θεῷ, ἐργάται τοῦ ἀμπελῶνος αὐτοῦ· ἐπανιόντες δὲ, τοὺς παῖδας ὑμῶν

A diademate plurimis ac splendissimis stellis fulgente redimitus, dextraque crecem præferens, prope constratum ad quietem lectulum visebatur.

XX. Ex quibus cum filios in magno apud Deum honore versari intelligerent, cumque divino munere eos Hierosolymis degere satis perspicerent, res cæteras ceu minores aspernati, sumptaque, quanta ad solatium et levamen inopum opus esset, pecunia, in viam eo ferentem se dederunt. Quo ut perventum est, circumeuntes loca sacra, simul precibus, simul largitioni operam dantes, auro velut cœptorum divinitus operum adjutore præclare utebantur. Inde ad monasteria digressi, nusquam quod desiderabant consecuti, optatissimo natorum B conspectu frustrabantur. Unde et desiderii fervor, mora temporis occulte nutritus, vehementius exardescebat. Quid enim desiderabilius, quam liberos tam charos, tamque extra spem videndi positos, tantaque a Deo benignitate servatos, adhuc superstites intueri?

XXI. Post hæc in quemdam ex famulis, qui cum filiis foras profectus, sed nunc habitu monastico indutus erat, incidentes, eum ex forma cognitum, jamque non ut servum, sed ut conservum, aut ut digniorem etiam tractantes, tum sacræ vestis veneratione, tum modestia sua maxima impulsi, in genua abjecti, religiosa adoratione prosequuntur. Quem honoris excessum cum ille non ferret, Non tibi, inquit divinus Xenophon, sed vestitui tuo, ac C divinæ familiaritatis sigillo, quod habitus iste impressit, hæc deferuntur.

XXII. Tum de liberis sciscitati, nihil præter ea quæ in mari acciderant, assequuntur. Nam de salute ipsorum nihil huic compertum erat. Quibus illi haudquaquam segniores effecti, desiderio ignaviam excutiente, ipsisque visceribus magis ac magis natorum amore flagrantibus, vestigandi porro diligentiam intenderunt. Itaque visum iis fuit, regionem Jordanis adeundam esse, ubi simul liberos quæritarent, simul manentem largiter dexteram egentibus aperirent. Eo cum abiissent obvium habuere admirandum illum senem, qui Arcadium totonderat, monachorumque amictu induerat. Ad hunc accedentes, contactis sacris ejus D pedibus, obsecrant, ut suarum apud Deum precationum participes faciat. Annuit mox benevole senior, Deumque precatus, suis eos compellat nominibus, atque (o divini muneris gratiam!) ipsam ob quam venerant causam, divini luminis perspicientia et visione cognitam, haud cunctanter exponit. Sed ipsa propemodum, quibus usus est verba, juvat particulatim afferre: Quidnam, inquit, ad invisendam Hierosolymam dominum Xenophontem ac dominam Mariam impulit? non aliud profecto, quam liberorum amor. Bono igitur animo estote. Vivunt enim, vivunt omnino filii vestri, quod et divinitus vobis revelatum est. Ite igitur, Deumque precamini, operarii vineæ ejus. Reversi natos vide-

bitis.Hæc effatus,multamque illis salutem impertiens, abiit, eorum pectoribus maxima voluptate perfusis. Jamque brevi se desideratissimorum conspectu fruituros certa tenebant fide,quam satis astrueret tam definita de rebus ad ipsos spectantibus pronuntiatio.

XXIII. Cæterum senex ad sanctam Christi Anastasim progressus,haud procul Golgotha consedit humi. Et ecce Joannes precaturus procedit, qui viso sene eum veneratus,atque elucente virtutum ejus specie motus, adorationem prompte exhibet, incognito quidem homini, non tamen ipse, uti dicemus,incognitus.Admirandus enim senex mox jussum consurgere,benedictionemque impertiens, ac suo eum nomine appellans, suavi blandaque voce: Ubinam,inquit,hactenus fuisti,domine Joannes ? Ecce enim pater et mater tui, huc advenerunt,quærentes te. Sed et te quærendi fratris ergo venisse novi.Hæc divino prorsus instinctu a seniore prolata oratio,Joanni stuporem injecit ; cumque longo jam fratris desiderio teneretur,arrepto confestim loquentis sermone: Ubi, inquit, ubi, obsecro,mi Pater, est germanus meus? Ubinam terrarum? Vivit igitur ? o jucundissimam mihi vocem ! o dulcem linguam! Audire quam mox discupio,ubi fratrem conspecturus sim.Nonne cor meum exarsisse animadvertis ? meque velut seminecem ejus desiderio contabuisse ? At senior : Hic apud me tantisper asside ? et mox fratrem videbis.

XXIV.Neque longa fuit mora cum Arcadius adfuit, totus exsanguis ac tabidus, soloque motu et voce visæ adhuc superstitis faciens fi lem. Tanta illi venerandæ sobriæque abstinentiæ fuerat cura. Ad senem igitur verecunde modesteque accedens, Ecce,inquit,mi Pater, jam tertius est annus, postquam agrum tuum nulla inspectione dignatus es, cum ipse interim plurimas spinas tribulosque protulerit. Reliquum est igitur,ut strenuam ei purgando operam naves.Cui senex : Nequaquam, ait, ita res habet ; nam et quotidie eum inspexi, et multum de eo sollicitus fui : quare non spinas, opinor, aut tribulos protulit, sed uvas bonas,frumentumque maturum, quibus nimirum ipse Rex universorum delectatur.

XXV. Hæc prolocutus vir divinus nondum eis suam fraternitatem aperuit, præsertim cum invicem tam ob mutationem habitus,quam ob summam corporum extenuationem haudquaquam agnoscerent; cumque alia quadam ratione eosdem in mutuam cognitionem statuisset adducere Ad Joannem itaque se convertens,Unde, inquiebat, venisti? Ille vero cum tanta animi moderatione atque humilitate,quanta dici vix potest,eadem pene usus voce, qua a naufragio recenter servatus, cum ad monasterium primum accederet,usus fuerat : Homo, inquit, externus ac vilis sum, divinæ misericordiæ tuarumque precationum indigus. Tantus illi inerat modestiæ amor. Quare et in meliorem partem illum Scripturæ locum de eo pronuntiare

A ὄψεσθε. Οὕτως εἰπὼν, ἐκείνοις μὲν σωτηρίαν ἐπευξάμενος, ἀφῆκε, πολλὴν αὐτῶν εἰς τὴν καρδίαν κατεχέας τὴν ἡδονήν. Τῷ γὰρ οὕτω διορατικώτατα περὶ αὐτῶν ἐξειπεῖν, πίστιν αὐτοῖς παρεῖχε καὶ περὶ τῶν υἱῶν, καὶ ὅτι μετὰ μικρὸν ὄψονται τοὺς φιλτάτους.

ΚΓ'. Αὐτὸς δὲ εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ ἁγίαν Ἀνάστασιν ἀπελθὼν, ἐν γειτόνων τοῦ Γολγοθᾶ, ἐκάθισεν ἐπ' ἐδάφους. Καὶ ἰδοὺ, πρόσεισιν ὁ Ἰωάννης εὐξόμενος· ὃς ἐπεὶ ἴδοι τὸν γέροντα, αἰδεσθεὶς καὶ μόνον ἀπὸ τῆς ἐπιπρεπούσης αὐτῷ ἀρετῆς, προσκύνησιν εὐλαβῶς ἐδίδου, καίτοι ἀγνοῶν τὸν ἄνδρα, μὴ ἀγνοούμενος, ὥσπερ ἤδη καὶ ὁ λόγος δηλώσει. Ἀνίστη γὰρ αὐτὸν παραχρῆμα ὁ θαυμάσιος γέρων, εὐλογήσας τε καὶ καλέσας ἐκ τοῦ ὀνόματος ἠπίᾳ πάνυ
B καὶ προσηνεῖ τῇ φωνῇ. Ποῦ, φησὶν ἦσθα τὸ μέχρι τούτου, κῦρι Ἰωάννη ; Ἰδοὺ γὰρ ὅ τε πατήρ καὶ ἡ μήτηρ σου τὰ ἐνταῦθα κατέλαβον ἐπιζητοῦντές σε· οἶδα δὲ ὅτι καὶ αὐτὸς σὺ τὸν ἀδελφὸν τὸν σὸν ἐκζητῶν ἐλήλυθας. Θάμβος εἰσῆλθε τὸν Ἰωάννην, οὕτω θεοπνεύστως εἰρηκότος τοῦ γέροντος· καὶ ἐπεὶ πολὺς αὐτὸν εἶχε πόθος τοῦ ἀδελφοῦ, ἁρπάσας τὸ λεχθὲν αὐτίκα, Καὶ ποῦ ἄρα, ποῦ, ἔφη, ἀδελφὸς, Πάτερ, ὁ ἐμὸς, ποῦ ; ζῇ δὲ ὅλως ; Ὦ ῥήματος ἡδίστου ! ὡ γλυκείας γλώττης ! ἀκούσω τὸ τάχος, ποῦ τὸν ἀδελφὸν ὄψομαι ; ὁρᾷς, ὅπως ἐμπέπρησμαι τὴν καρδίαν, ὅπως ἐκτέτηκα καὶ ἡμιθνής εἰμι δι' αὐτόν ; Καὶ ὁ γέρων, Καθέζου παρ' ἐμοὶ, ἔφη, καὶ ὄψει θᾶττον τὸν ἀδελφόν.

ΚΔ'. Ὀλίγον πάνυ τὸ μεταξὺ ἦν, καὶ πάρεισιν ὁ
C Ἀρκάδιος, ὠχρὸς ἄγαν καὶ τακηρὸς, μόλις τὸ μὴ νεκρὸς εἶναι τοῖς κινήμασι μόνοις καὶ τῇ φωνῇ πιστούμενος· τοσοῦτον ἐγκρατείας ἐφρόντισε τῆς σώφρονος καὶ σεμνῆς. Προσελθὼν οὖν τῷ γέροντι λίαν εὐλαβῶς καὶ μετρίως, Ἰδοὺ, τρίτον ἔτος, φησὶ, ἐξ οὗ τὸν ἀγρὸν τὸν σὸν οὐδεμιᾶς, Πάτερ, ἐπισκοπῆς ἠξίωτας, καὶ αὐτὸς ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνήνεγκε πλείστας. Λείπεται οὖν σε πολλὰ κοπιάσαι πρὸς τὴν αὐτοῦ κάθαρσιν. Οὐκ ἔγωγε, εἶπεν ὁ γέρων, ἀλλ' ἡμέραν ἑκάστην ἐπεσκεπτόμην αὐτὸν, καὶ πολλῆς ἠξίουν ἐπιμελείας, καὶ οἶμαι, ὡς οὔτε ἀκάνθας οὔτε μὴν τριβόλους ἀνῆκεν, ἀλλὰ σταφυλὴν καλὴν καὶ σῖτον ὥριμον, οἷς ἄρτι καὶ ὁ Βασιλεὺς ἥδεται τῶν ἁπάντων.

ΚΕ'. Καὶ οὕτω μὲν ὁ θεῖος εἶπεν ἀνήρ· μὴ προσθεὶς δὲ δηλῶσαι τὴν ἀδελφότητα (ἠγνόησαν γὰρ ἀλλήλους
D ἔκ τε τῆς μεταβολῆς τῶν ἐνδυμάτων καὶ τῆς πολλῆς τοῦ σώματος τήξεως), τρόπον ἕτερον ἠβούλετο τούτοις τὸν ἀναγνωρισμὸν ἐμβαλεῖν. Πόθεν τοιγαροῦν ὥρμησαι ; τῷ Ἰωάννῃ φησί. Ὁ δὲ μετὰ πόσης ἂν εἴποις τῆς μετριοπαθείας καὶ ταπεινώσεως, τῇ αὐτῇ ἐχρῆτο φωνῇ, ἣ καὶ πρότερον τὸ ναυάγιον ὑποστὰς καὶ διασωθεὶς τῇ μονῇ προσῆλθεν, Ἄνθρωπος εἰμι, λέγων, ξένος καὶ ταπεινὸς, ἐπιδεὴς ἐλέους Θεοῦ καὶ τῶν σῶν ἁγίων εὐχῶν· οὕτω διάπυρος ἐραστὴς ἦν τοῦ μετρίου· καὶ ἵνα τὸ τῆς θείας Γραφῆς εἴποιμι πρὸς τὸ χρηστότερον ἐκλαβών, « Γέγονεν αὐτῷ ὡς ἱμάτιον, ὃ περιβάλλεται, ἡ ταπείνωσις· » πρὸς ταῦτα ὁ γέρων, Ναὶ, φησίν· ἀλλ' εἰπὲ τό τε γένος τὸ σὸν

καὶ τὴν χώραν, καὶ τὴν ἀνατροφήν, ἵνα καὶ οὕτω θεὸς δοξασθῇ. Ὁ τοίνυν Ἰωάννης λόγου ἀψάμενος, τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἐπῄει, καὶ τῇ διηγήσει γνωρίσματά τινα τῆς συγγενείας τῷ ἀδελφῷ παρεῖχε, συμμαρτυρούσης αὐτοῖς καὶ συμφθεγγομένης τῆς ὄψεως, εἰ καὶ τοὺς χαρακτῆρας ἀσαφεῖς εἶχεν ἐκ τῆς πολλῆς ἀμβλυνθέντας κακοπαθείας. Ὡς δὲ καὶ περὶ τὴν διήγησιν τοῦ τε πλοίου καὶ τοῦ κινδύνου κατέστη, καὶ ὅτι ἀδελφὸς αὐτῷ ἦν, οὗ καὶ πρὸς ὄνομα μνησθείς, ἐστέναξε καὶ δάκρυα κατέσταξε τοῦ προσώπου, μὴ ἐνεγκὼν ὁ Ἀρκάδιος τὴν τῆς φύσεως τυραννίδα, ἀναστὰς, καὶ τῷ γέροντι προσπεσών, Οὗτος, ἔλεγε, ὦ Πάτερ, ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς Ἰωάννης, οὗτος ὁ φίλτατος, οὗτος ἐκεῖνος, ὁ τὴν αὐτὴν μοι συμπλεύσας, καὶ τὸ αὐτὸ ναυάγιον ὑποστὰς, καὶ παραδόξως, ὡς ὁρᾷν ἔχοιμι, συνδιασωθεὶς, καὶ νυν ἐμοὶ παραδοξοτέρως ἐπιφανείς. Ὦ θείας οἰκονομίας! ὦ θεοῦ κριμάτων ὑπερφυῶν! ὦ πάντα λόγον νικώσης Προνοίας! Καὶ ὁ γέρων, Κἀγὼ ᾔδειν, φησὶ, ἀλλὰ τούτου χάριν ἐπέσχον, ἵν' ἀλλήλους ὑμεῖς οἰκοθεν ἐπιγνῶτε. Καὶ οὕτω μὲν ὁ θεῖος ἀνήρ. Οἱ δὲ εἰς περιπλοκὰς ἐχώρουν, καὶ περιλαβόντες ἀλλήλους, καὶ τὰ ἀδελφὰ τοῦτο μὲν προσφθεγξάμενοι, τοῦτο δὲ καὶ περιπτυξάμενοι, εὐχήν τε παρὰ τοῦ θείου γέροντος αἰτησάμενοι, κοινὴν τὴν εὐχαριστίαν ἀπεδίδοσαν τῷ Θεῷ, οὐχ ἧττον τῆς τοῦ κινδύνου διαφυγῆς, ἢ τῆς ἀλλήλων θέας καὶ συναφείας, καὶ τούτου μᾶλλον τῆς διὰ του τοιοῦδε σχήματος, καὶ τοῦ βίου, πρὸς Θεὸν εἰσαγωγῆς τε καὶ οἰκειώσεως· ὥστε συμβαίνειν, πολλαπλῶς αὐτοὺς ἥδεσθαι, καὶ Θεῷ τὴν χάριν ὁμολογεῖν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν, ὑπὲρ τῆς ἀλλήλων δηλαδὴ σωτηρίας, ὑπὲρ τῆς εἰς ἓν πάλιν συναγωγῆς, ὑπὲρ τῆς εἰς τοιοῦτον βίον ἀναγωγῆς τε καὶ τελειώσεως. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκείνων οὕτως.

possum : «Facta erat illi tanquam vestis qua induebatur humilitas[6].» Cui senex, Recte quidem, inquit. Sed et genus tuum, et patriam, et educationem, ut hinc quoque Deo gloriam tribuamus, expone. Tum Joannes sermonem adoriens, ab initio ad finem usque cuncta persequitur, atque inter narrandum fratri nonnulla cognationis indicia facit, quæ vultus ipsius velut testimonio aut viva quadam voce confirmabantur, etsi lineamenta ejusdem tot malorum perpessione hebetata ac propemodum exstincta viderentur. Verum ubi recensendo tum navigii tum periculi mentionem injecit, ac fratrem quem habuisset nominavit, tum enimvero Arcadius, naturæ violentiam ultra non ferens, erumpentibus suspiriis, lacrymis ora perfundens, surrexit, atque ad senioris pedes provolutus : Hic, inquit, mi Pater, est frater meus, charissimus Joannes, hic ipse qui suscepta mecum navigatione naufragium pertulit, velut miraculo, quemadmodum videre datur, conservatus, et nunc majore etiam miraculo mihi oblatus. O divinum plane consilium! o judicia Dei naturam vincentia! o providentiam nulla oratione aut ratione explicandam! Subjecit deinde senex : Neque vero me hæc fugiebant; verum idcirco silendum duxi, ut indiciis domesticis invicem agnosceretis. Sub hæc divini hominis verba illi in amplexus ruentes arctissime invicem stringebant, et nunc quidem fraterne colloquentes, nunc amplexum redintegrantes, nunc optimi senis precationem deposcentes, uno ore gratias Numini referebant, tum quod periculo tanto exempti essent, tum quod mutuo conspectui et conjunctioni restituti, tum maxime quod tali habitu vitaque dignati, ad tantam Dei tamque domesticam quodammodo familiaritatem pervenissent. Neque finis erat, aut communis lætitiæ, aut agendarum Deo gratiarum vel ob suam cujusque et fraternam salutem, vel ob novam ejusmodi congressionem, vel ob talis vitæ institutum cum tanta perfectione susceptum. Atque hac quidem ratione quæ ad illos pertinent sese habent.

CAPUT VII.

Parentes filios tandem agnoscunt : utrique sanctitate florent.

ΚϚ' Βούλεται δὲ καὶ Θεὸς καὶ ὁ λόγος ἤδη τοῖς ἀδελφοῖς συνάψαι καὶ τοὺς γεννήτορας. Συνάπτονται δὲ οὕτως. Οὔπω γὰρ δύο παρῆλθον ἡμέραι, καὶ αὐτοὶ παρῆσαν, φιλοτίμῳ χειρὶ τὰς διανομὰς ποιούμενοι πρός τε τὸ ἅγιον τοῦ Κρανίου ὄρος καὶ τὸν ζωηφόρον τάφον Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἔπειτα ἐξιοῦσιν ὁ θεῖος ἐκεῖνος συναντᾷ γέρων, ὃς καὶ τοῦ ζῆν αὐτοῖς τοὺς πατέρας διεβεβαίωτε, καὶ ὅσον οὔπω θεατοὺς ἔσεσθαι. Τούτῳ γοῦν προσελθόντες, καὶ ἣν ἔδει δόντες τιμὴν, τέλος ἤτουν τῆς ὑποσχέσεως, καὶ τὰ σφῶν τέκνα ἠξίουν ἰδεῖν. Ἡνίκα δὲ ταῦτα ἐλέγετο, οἱ γενναῖοι πατέρες ὄπισθεν ἦσαν τῷ γέροντι παρεστῶτες· ἀλλ' ἐπέσχεν αὐτοὺς ἐκεῖνος, μηδοτιοῦν εἰπεῖν ἐντειλάμενος, μήτε μὴν δήλους ἑαυτοὺς τοῖς

XXVI. Nunc autem, Deo et narratione eo ducentibus, etiam parentes cum fratribus coujungentur. Id quod ita evenit. Vix enim duo effluxerant dies, cum et ipsi adsunt, munifica manu largitionem exercentes. Qui ubi ad sanctum Calvariæ montem atque ad vivificum Christi Dei nostri sepulcrum accesserunt, divinus ille senex eis occurrit, qui et antea de natorum vita certiores reddiderat, et jam tantum non adesse ac videri significaverat. Hunc ubi adierunt exhibita, uti par erat, veneratione, promissi fidem exigunt, filiorumque conspectum requirunt. Interea dum hi sermones habentur, generosi juvenes retro astabant seni, ejus jussione prohibiti, ne aut verbum facerent, aut aliqua ra-

[6] Coloss. III, 11.

γεννήτορσι καταστῆσαι· παρ' ὃ καὶ διέμειναν αὐτοῖς ἄγνωστοι μηδὲν τῆς ὄψεως ὑποσημηνάσης, διὰ τὸ μαρανθῆναι τῇ ἀμέτρῳ κακοπαθείᾳ, ὡς καὶ ἤδη φθάσαντες ἐδηλώσαμεν. Πάντως δὲ οὐ σιτίων μόνον, ἀλλὰ καὶ γλώττης πολλῷ μᾶλλον ἐγκρατεῖς ἦσαν. Οὐδὲ γὰρ μέτριον ἦν, οὐδὲ κοῦφον, τὸ πατέρων αὐτοὺς εἰς ὄψιν ἐλθόντας μετὰ δριμυτάτην ἐπιθυμίαν, καὶ οὕτω μὲν αὐτοὺς ποθοῦντας, οὕτω δὲ ποθουμένους, ὑπομεῖναι τὴν σιωπὴν, καὶ μὴ μόνον μηδὲν φθέγξασθαι, ἀλλὰ μηδὲ δάκρυον ὑπ' ἀμέτρου περιχαρείας ἐξενεγκεῖν· ὃ καὶ τῆς βίας κρεῖττόν ἐστι φανερῶς τῆς πάντα νικώσης φύσεως.

ΚΖ'. Ἐπεὶ οὖν οἱ θαυμαστοὶ παῖδες, τοὺς ἑαυτῶν ἐπιγνόντες πατέρας, αὐτοὶ παρ' ἐκείνοις διέμειναν ἄγνωστοι, Ἄπιτε, φησὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ γέρων μετὰ κεχαρισμένης καὶ γλώττης καὶ ψυχῆς, καλὴν ἡμῖν ἑτοιμάσοντες τράπεζαν. Ἐλεύσομαι δὲ αὐτὸς μετὰ τῶν δύο μου μαθητῶν τῶνδε συμπαρακληθησόμενος ὑμῖν, καὶ τὸ λοιπὸν ἀπάξω παρὰ τὸν τόπον ὑμᾶς, ἐν ᾧ τοὺς φιλτάτους υἱοὺς ὄψεσθε. Ἤσθησαν ἐκεῖνοι τοῦτο ἀκούσαντες, οὐ μᾶλλον ἐπὶ τῷ ἐπαγγελθῆναι τοὺς παῖδας ἰδεῖν, ὅσον ἐπὶ τῷ ἀξίους κριθῆναι ἀνδρὸς ἑστιάτορας ὀφθῆναι τοιούτου. Ἐώρων γὰρ οὐκ εἰς τὸ γένος καὶ τὴν περιφάνειαν τὴν οἰκείαν, ἀλλ' εἰς τὴν ἐκείνου πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν, πολλῷ τιμιωτέραν πλούτου καὶ εὐγενείας ἀρετὴν εἶναι νομίζοντες. Ἐκείνων τοιγαροῦν οἰχομένων, ὁ γέρων τοῖς παισὶν, Ἀπίωμεν, ἔφη, συνεστιασόμενοι τοῖς πατράσι τοῖς ὑμετέροις, ἐπεὶ μηδὲν ὑμεῖς βλαβήσεσθε παρὰ τοῦτο. Φημὶ γὰρ, ὅσους ἂν καὶ δι' ἀρετὴν ὑπέλθητε κόπους, τοῦ μέτρου τῶν πατέρων ὑμῶν οὐδαμῶς ἐρίκοισθε· ὥστε οὐ βλάβη, ἀλλ' ὠφέλεια μᾶλλον ἐκ τοῦ ὁμιλεῖν τοιούτοις ἀκολουθεῖ. Τοῦτο εἰπὼν, αὖθις σιωπὴν αὐτοῖς παραγγέλλει, καὶ τὸ μηδὲν ὅλως πρὸς γνωρισμὸν παραφθέγξασθαι· αὐτοῖς τοῖς πράγμασι τὴν φανέρωσιν ἐπιτρέπων.

ΚΗ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπελθόντες πρὸς τὸ φαγεῖν κατεκλίθησαν, ἠρώτων οἱ τῶν παίδων πατέρες, Πῶς, Πάτερ, λέγοντες, τὰ τέκνα ἡμῶν ἔχει; Ὁ δὲ, Καλῶς, ἔφη· ἀγὼν γὰρ αὐτοῖς σῶσαι τὴν ἑαυτῶν ψυχήν. Κἀκεῖνοι εὐχῇ τὸν τοῦ γέροντος λόγον εἰς πέρας ἐλθεῖν ἠξίωσαν. Εἶτα προσθεὶς ὁ θεσπέσιος Ξενοφῶν, Ὡς καλοί σου, ἔφη, Πάτερ, οἱ μαθηταὶ καὶ θεῷ τὰν οὖν (1) διακείμενοι, καί μου κατάκρας χαίρει ἐπ' αὐτοῖς ἡ ψυχὴ, καὶ τὸν ὀθφαλμὸν ἥδομαι προσβάλλων αὐτοῖς. Εὔξαι τοιγαροῦν, θειότατε Πάτερ, καὶ τοὺς υἱοὺς ἡμῶν ἀποδῆναι τοιούτους. Καὶ οὕτω μὲν ὁ θαυμάσιος Ξενοφῶν ἐν ἀγνοίᾳ τὰ ἑαυτοῦ ἐπαινῶν, καὶ ὅπερ ἤδη ἐν χερσὶν εἶχε, δι' εὐχῆς ἕξειν ποιούμενος. Ὁ μέντοι πολὺς τὴν σύνεσιν γέρων, Εἰπέ μοι, ἔφη, τέκνον (πρὸς τὸν Ἀρκάδιον ἀπιδών), ποίας μὲν πόλεως εἶ; ποίων δὲ γονέων; ποίας δὲ τῆς ἀνατροφῆς ἔτυχες; Πρὸς ταῦτα ὁ θεῖος Ἀρκάδιος, Ἐγὼ, ἔφη, Πάτερ, τοῦ Βυζαντίου μὲν ὥρμημαι· υἱὸς δέ εἰμι γονέων εὐγενῶν (ὡς τὸ ἀληθὲς βούλεται) καὶ περιφανῶν. Ὄνομα τῷ μὲν πατρὶ Ξενοφῶν, τῇ μητρὶ δὲ Μαρία, ὡραίαν μετὰ

A tione se parentibus proderent. Quamobrem plane ipsis incogniti, ne vultibus quidem prodebantur, immodica, uti diximus, laborum asperitate consumptis. Non solum enim eorum quæ ad victum pertinent, sed multo etiam magis linguæ potentes erant. Et sane non levis neque mediocris virtutis erat, post vehementissimum desiderium, tam expetentes tamque expetitos in parentum conspectum venire, ac silentium servare, et non tantum a verbis, verum etiam a lacrymis in tam immensæ lætitiæ abundantia temperare. Quod violentiæ genus natura omnia superante potentius exstitit.

XXVII. Cum itaque admirandi juvenes parentibus jam cognitis adhuc essent incogniti, Abite, inquit senex læto animo linguaque, et bonam nobis B mensam apparate: ego mox cum duobus discipulis meis vos consolaturus subsequar, et, quod reliquum est, ad locum ubi charissima pignora videatis deducam. Quibus illi auditis lætitia non mediocri perfusi sunt, non tantum quod filiorum ipsis conspectum polliceretur, sed quod tanti viri non indigni convivæ judicarentur. Neque enim suum aut genus aut splendorem respiciebant; sed ipsius cum Deo conjunctionem, virtutem utique divitiis ac nobilitate longe potiorem ducebant. Ipsis igitur Deum precantibus, senior filiis: Eamus, inquit, cum parentibus vestris pransuri, cum nihil inde vobis noxæ futurum sit. Sic enim sentio, quantoscunque ad consequendam virtutem labores subieritis, nequaquam tamen vos ad parentum vestrorum C mensuram accessisse. Quamobrem non tam jactura vobis, quam utilitas ex eorum congressu obventura est. His dictis, rursum iis silentium præscribit, imo ab omni re quæ cognitionis ansa esse queat, ad ipsos porentibus indicandos, abstinere jubet.

XXVIII. Ubi autem ad sumendum cibum convenerunt, jam considentes rogare cœperunt, Ut habent, o Pater, filii nostri? Perbelle, ait senex. Namque hoc unum laborant, ut servent animas suas. Tum illi supplicant, ut rerum omnium quæ filiis accidissent tandem narrationem absolvat. Ac subdidit præstantissimus Xenophon: Quam egregii, Pater, sunt hi tui discipuli, quamque in Deum tota mente propensi? Eorum sane occursus cum animum meum summo perfundit gaudio, tum oculos jucun- D dissima voluptate exhilarat. Quocirca Deum obsecra, divinissime Pater, ut et nostri liberi tales evadant. Ita admirandus Xenophon plane inscius laudat res suas, et quod in manibus erat, id votis omnibus expetebat. At sapientissimus senex Arcadium intuens, Age, inquit, fili, quæ tua sit patria, qui parentes, quæ educatio, nobis edissere. Cui divinus Arcadius: Equidem Byzantio huc adveni. Parentibus autem nobilibus, et ut dicam omnino quod res est, illustribus natus sum. Patri meo nomen erat Xenophon, matri Maria, in corpore ve-

(1) Sic codex. Scribendum τὸν νοῦν.

nusto parem mentem adeptæ. Frater mihi fuit Joannes nomine. Cætera deinceps enarrant, quemadmodum institutus fuerit, ut navigaverit, in quanto periculo versatus, quanto Dei beneficio servatus sit. Hæc illo narrante mox a parentibus agniti sunt, qui incredibilem animorum exsultationem et alacritatem, cordisque ardorem, velut impetum divinitus afflatum non ferentes, repente consurgunt, amplexantur liberos, eorumque cervicibus circumfusi, simul osculis, simul lacrymis immensum animorum stuporem excitabant,in has voces erumpentes ; Ergone, Pater, hi sunt filii nostri ? hi vere dilectissimi ? hi ipsi a nobis tanto cum dolore quæsiti ? Quid deinde ? Uno ore laudem Numini et gratias tribuunt.

A τοῦ σώματος ἐχούσῃ καὶ τὴν ψυχήν. Ἦν δέ μοι καὶ ἀδελφὸς ὄνομα Ἰωάννης. Ἔπειτα καθεξῆς λέγει τὰ τῆς παιδείας, τὰ τοῦ πλοῦ καὶ τὰ τοῦ κινδύνου, καὶ οἵας ὑπὸ θεοῦ τετύχηκε σωτηρίας. Οὕτω δὲ διεξιόντος, οἱ γονεῖς ἐπιγνόντες αὐτοὺς, καὶ τὸ ἅλμα, καὶ τὴν ὁρμὴν, καὶ τὴν τῆς καρδίας μὴ ἐνεγκόντες πύρωσιν, ἐνθουσιῶσιν ὁμοίως εὐθὺς ἀνέστησαν, καὶ περιλαβόντες τοὺς παῖδας, καὶ τοῖς αὐτῶν περιφύντες τραχήλοις, τοῦτο μὲν φιλήμασι, τοῦτο δὲ δάκρυσι τὴν ἄμετρον ἐκείνην τῆς ψυχῆς ἔκστασιν παρεκάλουν, Οὗτοι εἰσι, Πάτερ, λέγοντες, οἱ ἡμῶν παῖδες. οὗτοι ἀληθῶς οἱ φίλτατοι, οἱ πολλὴν ἡμῖν τὴν περὶ αὐτῶν ζήτησιν παρασχόντες, οὗτοι. Τί τὸ μετὰ ταῦτα ; Κοινὴ ἡ δόξα πρὸς Θεὸν καὶ εὐχαριστία.

XXIX. Nec morati sunt parentes quin ardentissimis precibus sanctum virum obtestarentur, ut ipsos quoque sacrati illius habitus sigillo ornaret, quo cum filiis, licet impares, ejusdem tamen boni sectatores, non autem (quod Deus averteret) exsortes redderentur. Et persuasus eorum supplicatione senex (nam in re plane tam sancta quid resisteret ?) eadem sua dextera vertices eorum totondit,initiavitque,atque eos dimittens præcipit, ut in posterum ab omni corporum communicatione temperarent, donec commune naturæ debitum persolverent.

B Κθ′. Εἶτα θερμοτάτη τῶν γεννητόρων δέησις πρὸς τὸν ἱερὸν ἄνδρα ἐκεῖνον, ὥστε τῇ σφραγῖδι καὶ αὐτοὺς σημανθῆναι τοῦ ἁγιοπρεποῦς σχήματος, καὶ φανῆναι, εἰ καὶ δευτέρους τῶν τέκνων, ἀλλ' οὖν τοῦ ἴσου καλοῦ μιμητὰς, καὶ μὴ παντάπασιν ἀμετόχους· ὅπερ ἀνάξιον. Πείθεται τούτοις ἀξιοῦσιν ὁ γέρων (καὶ πῶς γὰρ οὔ, θεοφιλοῦς ὄντος ἀτεχνῶς τοῦ πράγματος ;), καὶ τῇ αὐτῇ δεξιᾷ κἀκείνους χεῖράς τε ἅμα καὶ τελειώσας, παραγγελλας ἀφίησι μηκέτι σωματικῶς ἀλλήλους ἰδεῖν, ἕως τὸ κοινὸν τῇ γενέσει χρέος ἑκάτερος αὐτῶν ἀποδῷη.

XXX. Atque hujusmodi fuit optimi Numinis erga tam bonos parentes liberosque providentia, admirationis juxta, ac suavitatis plenissima. Adeo ut in illis impletum fuerit quod ab Isaia dictum : « Imponam Spiritum meum super semen tuum, et benedictiones meas super filios tuos. Et orientur, ut in medio aquæ fenum, et sicut salix super prælerfluentem aquam [7]. » Hæc Isaias, loquente per ipsum Dei gratia ; quæ, velut si ad ipsos dicerentur,convenienter sane in eosdem congruunt. Cujusmodi et istud : « Meus es tu, et si transieris aquam, tecum sum [8], » Et hoc : « Auditam faciam salutem tuam, et sub umbra manus meæ protegam te [9]. » Filii autem ad ultimum vale parentibus dicto, spiritualem patrem libentius secuti, cum eo in desertum, se conferunt, beatumque ibi finem consequuntur, ante obitum divinis quoque muneribus dignati, ac tum aliis sancti Spiritus donis, tum vaticinandi facultate pollentes.

Λ'. Τοιαύτη χαριεστάτη καὶ θαυμαστὴ τῷ ὄντι οἰκονομία περὶ τοὺς χρηστοὺς καὶ πατέρας καὶ παῖδας παρά τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ γέγονεν, ὡς πέραξ ἐπ' αὐτοῖς λαβεῖν ὃ διὰ Ἡσαΐου αὐτὸς φθέγγεται, « Ἐπιθήσω, λέγων, τὸ Πνεῦμά μου ἐπὶ τὸ σπέρμα σου, καὶ τὰς εὐλογίας μου ἐπὶ τὰ τέκνα σου, καὶ ἀνατελοῦσιν ὡς ἀναμέσον ὕδατος χόρτος, καὶ ὡς ἰτέα ἐπὶ πᾶν ῥέον ὕδωρ. » Καὶ ταῦτα δὲ Ἡσαΐου μέν εἰσι καὶ τῆς δι' αὐτοῦ φθεγγομένης τοῦ Θεοῦ χάριτος, πολλὴν δὲ καὶ πρὸς αὐτοὺς λέγεσθαι τὴν οἰκειότητα φέροντα· οἷον τὸ, « Ἐμὸς εἶ σὺ, καὶ ἐὰν διαβαίνῃς δι' ὕδατος, μετὰ σοῦ εἰμι· » καὶ τὸ, « Ἀκουστὴν ποιήσω τὴν σωτηρίαν σου, καὶ ὑπὸ τὴν σκιὰν τῆς χειρός μου σκεπάσω σε. » Οἱ μὲν οὖν παῖδες τὰ τελευταῖα τοὺς γεννήτορας ἀσπασάμενοι, τῷ πνευματικῶς ἀναγεννήσαντι μᾶλλον εἵποντο, καὶ σὺν ἐκείνῳ τὴν ἔρημον εἰσελθόντες, ἐκεῖ τὸ μακάριον ὑπέρχονται τέλος, χαρισμάτων καὶ πρὸ τοῦ τέλους θείων ἀξιωθέντες, προῤῥήσεών τε καὶ δωρεῶν ἄλλων τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος.

XXXI.Pater vero illorum præclarus evangelicæ disciplinæ assectator, dimissis venditisque bonis omnibus, ea egentibus distribuit, eumque in modum levissimis minimisque rebus universum sibi cœlorum regnum comparavit. Sed et servis omnibus domesticis libertate donatis,hac ratione in numerum filiorum cœlestis Patris referri studuit.Inde thori vitæque et ejusdem plane voti consortem venerandis quibusdam mulieribus virginibus-

ΛΑ'. Ὁ δέ γε πατὴρ αὐτῶν, πληρωτὴς ἀντικρὺς τοῦ Εὐαγγελίου δείκνυται· καὶ πέμψας καὶ τὰ ἑαυτοῦ πωλήσας ἅπαντα, καὶ πένησι διαδοὺς, καὶ οὕτως εὐτελῶν τε καὶ σμικρῶν βασιλείαν οὐρανῶν ὅλην ἑαυτῷ ὠνησάμενος, ἐλευθερίας τε ἅπαν αὐτοῦ τὸ οἰκετικὸν ἀξιώσας, δι' ὧν ἔσπευσεν εἰς υἱοὺς αὐτὸς ἐγγαφῆναι τοῦ οὐρανίου Πατρὸς, εἶτα καὶ τὴν σύνοικον αὐτῷ καὶ σάμβιον ἀληθῶς καὶ τὸ ἓν πνέουσαν γυναῖξὶ σεμναῖς καὶ παρθένοις ἐντάττει, οὕτω σὺν

[7] Isa. XLIV, 3. [8] Isa. XLIII. 2, LII, 7. [9] Isa. LI, 16.

αὐτῇ θελήσας εἰς τὸν ἀεὶ χρονον τῇ μιᾷ κεφαλῇ πάντων Χριστῷ συναφθῆναι.

Α'. Ἥτις καὶ πολιτείαν μετελοῦσα λίαν ὑψηλὴν, καὶ ὀλίγοις βάσιμον, ἀρραβῶνας ἔσχεν ἐντυθα τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως καὶ τῆς ἐκδεξομένης αὐτὴν ἐκεῖθεν μακαριότητος, δαιμονῶντας ἰασαμένη, καὶ πολλῶν ἄλλων νοσημάτων εὐχῇ κρατήσασά. Ὁ δέ γε θεῖος τῷ ὄντι καὶ θαυμασιώτατος ἀνδρῶν Ξενοφῶν, τρίχινα ὑπενδὺς, πολλῇ τε περὶ τὴν δίαιταν εὐτελείᾳ χρῆσάμενος καὶ κακοπαθείᾳ, καὶ οἱονεὶ δίκας τὴν προλαβοῦσαν εἰσπραξάμενος πολυτέλειαν, τὴν πανέρημόν τε καταλαβὼν, κἀκεῖ τὸν ὑπόλοιπον τοῦ βίου χρόνον διενεγκὼν, προγνώσεών τε καὶ μυστηρίων καὶ μεγάλων χαρισμάτων ἀξιωθεὶς, πολιὸς τὴν τρίχα, νεαρὸς τὴν σπουδὴν, πρὸς τὰς ἐκεῖθεν μονὰς παραπέμπεται, ἄνθρωπος ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ γενόμενος, καὶ ὅλον οἶκον καθιερώσας αὐτῷ, σπουδῇ τε πάσῃ θεραπεύσας πανοικεσίᾳ κατ' ἀμφοτέρους τοὺς βίους μακάριος ἀποδειχθεὶς, τὸ καινότατόν τε καὶ χαλεπώτατον σωτηριώδες ὑποδειγμα γενόμενος πᾶσι τοῖς τὴν ἀλμυρὰν ἡμῖν τοῦ βίου πλέουσι θάλατταν καὶ σώζεσθαι βουλομένοις· ὃν εἰ μὴ θαυμάζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ μιμεῖσθαι, σπουδάζομεν, μέτοχοι τῶν μενόντων αὐτὸν ἀγαθῶν ἐσόμεθα, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλοσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A que committit; sic cum ipsa Christo uni omnium capiti æternum connecti desiderans.

XXXII. Atque ille quidem sublimi plane paucisque accesso vitæ genere inito, etiam arrhas obtinuit seu maximæ hic cum Deo necessitudinis, sed manentis eam deinceps felicitatis, tum dæmonibus vexatos liberans tum alia multa infirmitatum genera precatione depellens. Divinus autem atque inter viros admiratione dignissimus Xenophon, detrita veste indutus, magnæque victus parcimoniæ, et asperitatum tolerantiæ sese dedens, perinde quasi pristinæ magnificentiæ a se pœnas exigeret, in desertissimum locum secessit, ubi peracta reliqua vita, vaticinationibus, arcanisque et maximis dotibus insignis, canus capite, diligentia juvenis, in mansiones illas receptus est: vir omnino Deo deditus, ut qui consecrata ipsi domo tota, omnique sedulitate eidem serviens cum universa familia utriusque vitæ felicitate conspicuus exstitit: nimirum omnibus salsissimum vitæ hujus mare navigantibus, salutisque studiosis novissimum ac difficillimum, sed salutare exemplum effectus. Quem si non admirari duntaxat, verum etiam imitari studuerimus in eamdem cum ipso bonorum communionem veniemus, in Christo Jesu et Domino nostro, cui debetur omnis gloria, honor, virtus, majestas ac magnificentia, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ.

VITA ET CONVERSATIO

S. P. N. JOANNIS ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

QUI DICTUS EST CHRYSOSTOMUS

(Anno 380. Jan. 27.*)

(Græce apud Savilium Opp. Chrysostomi tom. VIII, Latine apud Surium.)

Καὶ πάντων μὲν τῶν κατὰ Θεὸν πολιτευσαμένων ὁ βίος τοῖς εὐσεβέσιν ὠφελιμώτατος, οὐχ ὑπόδειγμα μόνον καὶ τύπος, ἀλλὰ καὶ παράκλησις ὑπάρχων πρὸς [γρ. εἰς] ἀρετήν. Ζήλου γάρ τι κέντρον ἐνίησιν ἀγαθοῦ καὶ διαθερμαίνει τὴν εὐσεβῆ ψυχὴν πρὸς τὴν μίμησιν· ὁ δέ γε τοῦ Χρυσοστόμου Πατρὸς καὶ μᾶλλον ἥπερ τῶν ἄλλων ἡδὺς μὲν ἀκοῦσαι, σωτήριος δὲ μιμήσασθαι καὶ ὠφέλιμος. Ἀνὴρ γὰρ ἐκεῖνος οὐ μόνον εἶχε γλῶτταν λυσιτελῆ τοῖς ἀκούουσιν, ἀλλὰ καὶ τὸν βίον πλέον τοῖς μιμουμένοις ἐπωφελῆ. Μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ὥσπερ ἐκείνην ἔσχεν ἐν τῷ λέγειν ἀμίμητον· οὕτω δὴ καὶ τοῦτον ἀνέφικτον ἐν τῷ πράττειν. Πλὴν ἀλλὰ τὰ ἐκείνου καὶ διηγητέον πάντως, καὶ μιμητέον εἰς δύναμιν. Ἐπεὶ καὶ ζωγράφοις τὰ κάλλιστα τῶν ἀρχετύπων οὐ παροπτέα, καθότι μὴ ῥᾴδίαν ἔχει τὴν μίμησιν, ἀλλ' ἐλπίδι τοῦ μόγις ποτὲ κατορθωθέντα περιβλέπτους ἀποδεῖξαι τοὺς μιμουμένους, περὶ [ἴσ. πρὸς] τὸν ζῆλον ἀνίστησιν. Ἐμοὶ δὲ μέσην ὁ λόγος ὥρμηται βαδίζειν, ὡς μήτε τὰ κατ' αὐτὸν πάντα διεξελθεῖν, μήτε τὰ καιριώτατα παριδεῖν· ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν εἰπεῖν, ὅσα καὶ λεχθέντα μεγάλα τοὺς ἀκροατὰς ὠφελήσει, καὶ παροφθέντα τὰ μέγιστα ζημιώσει· τὰ δ' ἄλλα τοῖς ἄλλοις καταλιπεῖν.

Omnium quidem eorum, qui se ex Deo gessere vita est piis utilissima: ut quæ sit non solum exemplar et forma, sed etiam adhortatio ad virtutem. Immittit enim stimulum bonæ æmulationis, et accendit piam animam ad imitationem. Vita autem patris nostri Chrysostomi, est auditu quidem aliis jucundior, ad imitandum autem salutaris et utilis. Nam ille quidem vir non solum habebat linguam conducibilem iis qui eam imitantur. Imo vero, si verum dicere oporteat, quomodo illam in dicendo habebat inimitabilem : ita etiam hanc, quam in agendo nemo potest assequi. Verum enim vero res illius sunt omnino narrandæ et imitandæ pro viribus. Nam pictoribus quoque non sunt despicienda pulcherrima exemplaria, quatenus non habent facilem imitationem : sed quod sperent fore, ut si ea tandem assecuti fuerint, clari et insignes reddantur : id imitatores excitat ad æmulationem : mihi autem oratio media quadam via est ingressura, ut nec quæcunque ab eo facta sunt, persequatur, neque prætermittat ea, quæ sunt præcipua. Nam illud quidem fere est ejusmodi, ut fieri non possit: hoc vero non est utile. Sed illa quidem dicat, quæ dicta, auditoribus plurimum afferent utilitatis : prætermissa autem : damni plurimum : alia vero relinquat aliis.

Α'. Οὗτος τοιγαροῦν ὁ ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος καὶ γνήσιος μετὰ τὸν ὁμώνυμον [γρ. συνώνυμον] κήρυξ τῆς μετανοίας, ὁ γλῶτταν ἅμα καὶ φωνὴν καὶ στόμα καὶ πάντα χρυσοῦς, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ τῷ μέσῳ τοῦ χρυσοῦ τιμιώτερος, ἐξ Ἀντιοχείας μὲν

I. Hic ergo verus homo Dei, et germanus, si ullus alius, post eum, qui erat ejusdem nominis præco pœnitentiæ, qui lingua simul et voce et ore et in omnibus aureus, imo vero longe auro pretiosior, genus quidem ducebat ex Antiochia : Antiochia,

* Secundum Romanum Martyrologium, item Bedæ et Usuardi. Sed non est hic natalis ejus dies quem festo Exaltationis S. Crucis obiisse omnes, qui ejus res gestas conscribunt, testantur : sed translationis, quando scilicet corpus ejus anno 438 a Comanis translatum est Constantinopolim. Vide Bar. in Martyrol. ad 27 Jan.

inquam, quæ sita est in Cœlesyria. Cum tam claram autem haberet patriam, nec parentes quidem habuit minus nobiles. Fuerunt enim ii quoque suscipiendi, et splendore vitæ paucis secundi. Erat enim pater dux exercitus, et qui multis abundabat opibus. Nomen autem patri (1) quidem erat Secundus, matri vero Anthusa. Qui primum quidem erant religione gentiles, et tenebantur profundis tenebris ignorantiæ, etiamsi, postquam eis natus esset filius et divino baptismate regeneratus, fuerunt ii quoque veritatis luce illuminati. Ex his ille ortus, cum esset adhuc puer ætate, nequaquam habuit puerile ingenium. Neque enim faciebat aliquid indecorum, neque erat occupatus in ludicris et lusibus : sed qualis procedens futura esset planta, ipsa omnino seipsam indicabat. Deinde divinum assequitur baptismum, corpore adhuc valde tenero et molli. Oportebat enim eum, cujus vita ad Christum inclinabat, non manere amplius Christi signaculo non signatum. Qui eum autem baptismo tinxit, fuit Meletius, qui optime administravit sedem Antiochenam, sede virtutis longe altior. Postea autem ejus quoque parentes divino tradit lavacro. Neque enim par erat, ut cum ad lucem gratiæ accessisset filius, qui ei causæ fuerant ut in lucem ederetur, non ejusdem, cujus filius, essent splendoris participes. Deinde grammatico traditus, ut primas disceret disciplinas, erat fax injecta in ignem: neque ullo omnino opus habebat stimulo, nec aliquo, qui eum esset incitaturus. Quanquam disciplina, et diuturna in uno loco mora, et assidere occupatum, sunt omnino juvenibus ingrata et injucunda, quomodo contra saltationes et translationes, cursusque et motiones sunt eis gratissima. Ille autem se totum dedebat disciplinis. Cum homo itaque ingenio simul concurrens studium, effecit ut brevi plurima disceret. Cum autem ab ineunte ætate tenuitatem amasset, et a fastu alienationem, erat superior omnibus blanditiis et rebus superfluis, neque comitum multitudinem secum ducens ad lutum litterarium neque equo vectus, iter ingredi sustinens Sed nec aliud quidquam delicatum aut splendidum, ut qui esset ex tanta domo ostentare contendens. Itaque cum parentes quidem valde instarent, et eam rem esse sibi probro ducerent, nec ii soli, sed etiam pædagogus et condiscipuli eadem facerent, et ei exprobrarent, quod esset nimis vilis et abjectus, multum aberat ut ille persuaderetur eorum verbis, et sibi congenitam et gratam repelleret moderationem. Quamobrem cum eum aliquando convenirent parentes, et causam rogarent, cur eis dedecori esse vellet tam tenuiter vivens, et instar cujusdam plebeii: ille revera sapiens, et lingua plane invictus, O cur mihi, inquit, frustra vultis exhibere negotium, perinde ac si nos primi vitæ tenuitatem et modera-

A εἶλκε τὸ γένος. Ἀντιοχείας, ἥτις κατὰ τὴν Κοίλην κεῖται Συρίαν. Οὕτω δὲ πατρίδος ἐπιφανῶς ἔχων, οὐδὲν ἧττον καὶ πατέρων εὐγενῶν ἔτυχεν. Ἀπόβλεπτοι γὰρ καὶ αὐτοί, καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον περιφανείᾳ μὴ πολλῶν δεύτεροι. Στρατηγὸς γὰρ αὐτῷ ὁ πατὴρ, καὶ μυρίῳ πλούτῳ καὶ βαθυτάτῳ κομῶν· ὄνομα δὲ τῷ μὲν τῶν γονέων Σεκοῦνδος, τῇ δὲ Ἀνθοῦσα· τὸ πρῶτον Ἕλληνες ὁμοῦ τῇ θρησκείᾳ [γρ. τὴν θρησκείαν], καὶ τῷ βαθεῖ σκότῳ τῆς ἀγνοίας κάτοχοι· εἰ καὶ μετὰ τὴν τοῦ παιδὸς γέννησιν, πρός δὲ καὶ τὴν τοῦ θείου βαπτίσματος ἀναγέννησιν, τῷ φωτὶ καὶ οὗτοι τῆς ἀληθείας περιελάμφθησαν. Ἐκ τούτων ἐκεῖνος προελθών, παῖς ὢν ἔτι τὴν ἡλικίαν, ὡς κατὰ παῖδας εἶχε τὸ φρόνημα. Οὔτε γὰρ ἔπραττε τι τῶν ἀκόσμων, οὔτε πρὸς ἀθύρματα εἶχε καὶ παιδιάς· ἀλλὰ τὸ φυτὸν εὐθὺς, ὁποῖον γένοιτο προϊὸν, αὐτὸ ἑαυτὸ παρεδήλου. Εἶτα τοῦ θείου καταξιοῦται βαπτίσματος ἐπὶ νέῳ πάνυ καὶ ἁπάλῳ σώματι. Ἔδει γὰρ τῷ βίῳ πρὸς Χριστὸν κλίνοντα μὴ ἐπὶ πολὺ τῆς κατὰ πνεῦμα λείπεσθαι τελειότητος. Μελέτιος δὲ ὁ βαπτίσας ἦν· ὃς τὸν θρόνον ἄριστα τῆς Ἀντιοχείας ἐκόσμει, παρὰ πολὺ τῷ θρόνῳ τῆς ἀρετῆς ὑψηλότερος. Ὕστερον δὲ καὶ τοὺς αὐτοῦ πατέρας τῷ θείῳ λουτρῷ δίδωσιν. Οὐδὲ γὰρ ἦν ἄξιον, τῷ φωτὶ τῆς χάριτος τοῦ παιδὸς προσελθόντος, τοὺς αἰτίους αὐτῷ τῆς εἰς φῶς προαγωγῆς γενομένους, μὴ τῆς ὁμοίας κοινωνῆσαι λαμπρότητος, ἔπειτα γραμματιστῇ τινι παραδοθείς, ὅλος τῶν μαθημάτων γίνεται. Φύσει δὲ ὀξιᾷ σπουδὴ συνελθοῦσα, δι' ὀλίγου πλεῖστα ἐκμανθάνειν ἐποίει. Ἐκ παιδὸς μὲν οὖν ἔτι τὸ λιτὸν φιλήσας καὶ ἄτυφον, πάσης ἀπεῖχετο βλακείας καὶ περιττότητος, οὔτε πλῆθος ἀκολούθων εἰς τὴν διατριβὴν ἐπαγόμενος, οὔτε ἵππῳ τὴν πορείαν ἀνύειν παραδεχόμενος, οὔτε ἄλλην ἁβρότητα καὶ κομψείαν, οἷα εἰκὸς τὸν τοιοῦτον, ἐπιδεικνύμενος, καίτοιγε τῶν γονέων σφοδρῶς ἐπικειμένων καὶ οἰκείων ὕβριν τουτο λογιζομένων, οὐκ αὐτῶν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ παιδαγωγοῦ καὶ συμφοιτητῶν τὰ ὅμοια ποιούντων, καὶ τὴν πολλὴν ὀνειδιζόντων εὐτέλειαν. Ἐκείνῳ δὲ πολλοῦ ἔδει τοῖς τούτων λόγοις πεισθῆναι, καὶ τὴν ἡλικιῶτιν αὐτῷ καὶ φίλην ἀπώσασθαι μετριότητα. Ὥστε καὶ τῶν γονέων αὐτῷ ποτε κοινολογουμένων, καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὕτω δι' ὀνείδους αὐτοῖς εἶναι θέλοι πυνθανομένων, λιτῶς ἔχων πάνυ καὶ ἰδιωτικῶς, ὁ σοφὸς τῷ ὄντι καὶ τὴν γλῶτταν ἀήττητος, ὦ τί ποτε, εἶπε, πράγματά μοι βούλεσθε παρέψειν διακενῆς ; μὴ κρείττων ἐγὼ, φησὶ, τοῦ Δανιὴλ, ἢ τῶν τριῶν παίδων ἐκείνων, ὧν διὰ τὴν τῆς ψυχῆς συντριβὴν καὶ τὴν τοῦ πνεύματος μετριότητα, ὁ μὲν λεόντων ἐκτεθεὶς στόμασιν ἀπρόσιτος ἦν, οἱ δὲ καμίνῳ πυρὸς ἐκδοθέντες τοσοῦτον ἀπέσχον ὑπ' αὐτοῦ βλαβῆναι, ὥστε μικροῦ δεῖν καὶ ὡς ὑπηρέτῃ φαίνεσθαι τῷ πυρὶ χρωμένους, καὶ κατὰ τῶν περιεστηκότων ἐπαφιέναι σὺν οὐδενὶ τῷ κωλύοντι ; οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ τὴν θείαν

(1) Parentes. S. Joannis Chrysostomi matrem Publiam fuisse præter Theod. L. III, cap. 17, menologia etiam Græcorum affirmant ; sed eorum sententia a Baronio ad annum 362 refellitur : nisi forte Publia Anthusa dicta sit. — De Joan. Chrys. genere et educatione, vide Niceph. c. 2, 3, lib. XIII ; Theod. lib. V, c. 26. 27 : Soz. lib. VIII, c. 2, 3 ; Socr. lib. VI, c. 3 ; Bar. ad an. 382.

εὑρίσκω γραφὴν τὸ ταπεινὸν τοῦτο καὶ παρ' ὑμῖν δικασταῖς ἀπόπτυστον περὶ πολλοῦ ποιουμένην, καὶ ὡς οὐδέν τι ἄλλο τιμῶσαν· τὸ δὲ περιττὸν φιλότιμον ἐκ παντὸς διαβάλλουσαν, καὶ μικρῶν καὶ ἀθλίων ψυχῶν ἔρωτα μᾶλλον, οὐχὶ μεγάλων, οὐδὲ γενναίων αὐτὸ τιθεμένην. Ὥστε οὐκ ἀμαθῶς ἐγὼ τοῖς πλείονος τίθεμαι λόγου τουτὶ τὸ μέτριον· ἐπεὶ καὶ τοιούτοις εὐδοκεῖν μανθάνω τὸ θεῖον, καὶ χάριν μὲν παρέχον τοῖς ταπεινοῖς, τοῖς δ' ἐναντίως ἔχουσι καὶ μαχόμενον. Ταῦτα ἐκείνου λέγοντος, ἔκπληξις ἐλάμβανε τοὺς πατέρας [γρ. τεκόντας]. Ἠκολούθει δὲ πάντως καὶ ἡ ἀπὸ τῶν ῥημάτων ὠφέλεια· ὥστε μισθὸν αὐτοῖς τοιοῦτον διδόναι τῆς εἰς τὸν βίον προόδου, καὶ παρ' ἐκείνων ἁπλῶς τὸ εἶναι λαβόντα, τὸ εὖ εἶναι τούτους φιλοτίμως ἀμείβεσθαι. Μόλις δὲ τοῖς γονεῦσι πεισθεὶς ἠνέσχετο τὸ σὺν ἑνὶ τῶν παίδων ἀπιέναι πρὸς τὴν διατριβήν. Οὐ πολὺ τὸ ἐνμέσῳ, καὶ ὁ μὲν πατὴρ ἀπῄλλακται τῶν παρόντων· ἡ μήτηρ δὲ, καὶ προωρον ὥσπερ [ἴσ. ὥσπερ καὶ πρόωρον] ὑπομείνασα τὴν χηρείαν, καὶ ἐπὶ παιδὶ νέῳ τὸν βίον σαλεύουσα, μυρίαν εἶχε τὴν ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἀνωμαλίαν, καὶ πολλὰ τὰ δυσχερῆ συνέπιπτε καθ' ἑκάστην, οἷα μόναι αἱ τοιαῦτα παθοῦσαι σαφῶς ἐπίστανται. Τούτων ἐκείνη βραχὺν ἔχουσα λόγον, δύο τῶν πάντων πλείονος ἠξίου μερίμνης τὸ μηδενὸς μετὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς τελευτὴν ἑτέρου προσέχειν ἔρωτι (καὶ γὰρ εἶχεν ἔτι τὴν ἡλικίαν ταῖς τοιαύταις πάγαις ἁλώσιμον), καὶ τὸ τὸν παῖδα οὕτω προαγαγεῖν [γρ. προσάγειν], ὡς μηδεμίαν ἑτέραν δείκνυσθαι τοιούτου μητέρα. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος γραμματικὴν τε καὶ τὴν ἐγκύκλιον παίδευσιν ἐκμαθὼν ἦν, εἶτα καὶ ῥητορικῆς καὶ φιλοσοφίας εἰς ἄκρον ἦλασε, τὴν μὲν ὡς ἄριστα Διβανίου παραλαβὼν (οὗ πολὺ τὸ εἰς ῥητορικὴν κλέος ἐστὶ), τὴν δὲ πάλιν Ἀνδραγαθίου φιλοπόνως ἀκροασάμενος, τί γίνεται;

A tionem statuissemus colere, ægre ferentes? Deinde statim adducebatur in exemplum Daniel et tres pueri [1]. Ex quibus ille quidem, inquit, propter animæ contritionem et spiritus moderationem, ab ore leonum adiri non potuit, illi autem conjecti in fornacem ignis, tantum abfuit ut ab ipso vincerentur, ut etiam propemodum viderentur ministro igne utentes, et in inimicos, qui circumsistebant, eum absque ullo immitterent impedimento [2]. Alioqui autem ubique invenio divinam Scripturam, hanc, quæ apud vos, judices, habetur contemptui, humilitatem ubique magni facere, et ut nihil magis, commendare: fastum vero et honoris studium reprehendere: idque pusilli et abjecti esse potius animi, quam excelsi et magni, ducere. Quamobrem non

B ego ignoranter pluris facio hanc mediocritatem: Deum enim didici his delectari (solet enim simul cum externo habitu affici anima), et gratiam quidem præbere humilibus [3]: iis autem, qui contra se habent, adversari. Hæc illo dicente, parentes obstupuerunt. Consecuta est autem omnino, quæ a verbis, ut potius quæ a factis procedebat utilitas: adeo ut talem eis daret mercedem suæ in vitam productionis: et qui ab eis quidem solum acceperat, ut esset; ut bene esset, eis munifice redderet. Vix tandem autem a parentibus persuasus, in hoc eis paret, qui alioqui se in aliis præbebat obedientissimum, ut nequaquam quidem cum pluribus, sed uno ex famulis eum comitante, iret ad ludum litterarium. Non multum interjectum est temporis, et pater quidem excessit e vita præsenti: mater autem, ut

C quæ præmaturam subiisset viduitatem, et propter puerum adhuc teneræ ætatis, vitæ fluctibus agitata, multis et variis quotidie vexabatur casibus et molestiis, quas eæ solæ aperte sciunt, quæ illas sentiunt. Quorum quidem parvam illa ducens rationem, duo ex omnibus maxime curabat: nempe ut et post sui mariti decessum nullius amore caperetur (poterat enim ejus ætas adhuc capi his laqueis): et filium sic educeret (2), ut nulla alia ostenderetur mater talis filii. Postquam autem ille didicisset grammaticam et orbem disciplinarum, deinde etiam pervenit ad summum dicendi facultatis atque philosophiæ: ut qui illam quidem quam optime acceperit a Libanio cujus erat insignis fama in arte dicendi: hanc autem ab Andragathio diligenter adiverit. Quid fit?

Β'. Πόθος αὐτὸν πλείονος παιδείας καὶ εἰς Ἀθήνας ἀφικέσθαι παρασκευάζει· κἀκεῖ σοφιστῶν τε καὶ φιλοσόφων τοῖς ἀρίστοις οὐ κατὰ πάρεργον συγγινόμενος, οὕτω καὶ νοῦν ἐπλούτισε, καὶ γλῶτταν εἰς ἄκρον ἤσκησεν, ὡς μηδενὶ ῥᾳδίως τοῦ ἴσου παραχωρεῖν. Ἐντεῦθεν ἐπίσημος ἐν βραχεῖ οὐκ Ἀθήναις μόνοις, ἀλλὰ καὶ Ἑλλάδι τῇ πάσῃ γίνεται, καὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ αὐτῷ δὴ τῷ ὑπάρχῳ τῆς τῶν Ἀθηνῶν πόλεως, τὸ κατ' ὄψιν μόνον ἐλθεῖν, πρᾶγμα λογισθῆναι σπουδῆς ἄξιον. Κατά τινα γοῦν καιρὸν ἐκκλησιάζοντα, καὶ τοὺς ἐπὶ δόξῃ καὶ λόγῳ τὰ πρῶτα φέροντας συγκαλοῦντα τῶν Ἀθηναίων, πόθος αὐτὸν λαμβάνει πλεῖστος μεταπαλέσασθαι καὶ τὸν ἅγιον σὺν πολλῇ καὶ φιλοτίμῳ τῇ θεραπείᾳ, ὄχημά τε πέμψαντα, καὶ ἄλλη ὁπόση τίς ἐστι πρὸς τοῦτο δορυφορία.

D II. Desiderium majoris eruditionis (in pluribus enim bonis assequendis laborabat cupiditate) efficit ut veniat Athenas, et illic simul versans cum præstantissimis rhetoribus et philosophis, sic et mentem locupletavit, et linguam summe exercuit, ut nulli facile concederet, ut esset cum eo conferendus. Hinc factum est, ut brevi esset insignis, non solum Athenis, sed etiam in universa Græcia: adeo ut ipsi quoque præfecto prætorio res videretur esse digna magno studio, vel solum venire in conspectum Athenarum. Cum ergo quodam tempore haberet concionem, et eos convocaret ex Atheniensibus, qui et gloria et dicendi facultate tenebant primas partes, ei curæ fuit, ut sanctum quoque officiose vocaret et honorifice: statimque missum fuit vehi-

[1] Dan. VI, 1 seqq. [2] Dan. III, 24 seqq. [3] Jac. IV, 10; I Petr. I, 6.

(2) *f.* educaret.

culum, et alius, qui ad hoc expedit, comitatus. Sed ille hæc tanquam supervacanea et inutilia et veluti inanem itineris adjumentum repellens, solus viam est ingressus, suis utens pedibus, quod quidem sibi faciendum constituit is, qui est sanus, et non propter arrogantiam et vanam gloriam ea sustinet facere, quæ ægroti. Quamobrem magis stupentes ejus moderationem, et eam quæ apparebat constitutionem, ducentes esse imaginem animæ, quæ non apparebat, ipse primus prætorio præfectus et qui cum eo aderant, ei accedenti lubenter assurrexerunt, et eum aspexerunt oculis reverentia plenis et benevolentia. Deinde etiam vi attrahentes (resistebat enim propter vehementem amorem moderationis) primo loco eum dignati sunt, publiceque ornarunt eloquentiæ laudibus et aliis privilegiis. Fieri autem non poterat, ut toleranter hæc ferret invidia : nec sine dolore hæc aspicerent invidorum oculi. Nam cum vanam gloriam summe sibi vindicarent, existimabant illius honorem illorum honori detrahere. Quomodo accidit, ut tum quoque afficeretur Anthemius, qui non parvi quidem fuit nominis propter studium eloquentiæ, gentilis autem erat religione, et alioqui lingua profusus, et volens ei nimium indulgere : qui sancti laudibus non minus morsus, quam si ipse fuisset summa affectus contumelia, in eum vehementi spiritu invehebatur, et injustum vocabat id, quod factum fuerat, et dicebat esse nefarium, hospitem et advenam primos sic honores consequi : et maxime, aiebat, eum qui a nobis plurimum differt religione. Propter quæ primum invidiam ægre ferens præfectus, Quidnam, dixit, fuerit præter rationem, si vir, qui est et tali genere ortus, tantaque et doctrina et modestia præditus, fuerat indicatus a nobis honore dignus, cum etiam præter alia, ipsum honorem fugere, honorem acquirat apud eos, qui sapiunt et recte sciunt judicare? Deinde autem Joannes quoque placide ejus sermonem excipiens, Non oportebat, inquit, o Anthemi, eum qui sibi vindicat philosophiam, ita superari ab honore hominum, et eum persequi tanquam rem magnam et magna contentione appetendam, qui non solum nobis non prodesse, sed etiam plurimum potest lædere, quod attinet ad virtutem. Quid enim fuerit revera homo ex eo seipso melior? Quod vero dixisti me esse dissimili vobis religione, erubescerem, si viderer tacere, ducens hoc esse pudendum. Ego enim deos neque novi, nec me eos unquam esse adoraturum, professus fuerim ; absit ut adeo desipiam, et sit mihi lingua tam temeraria, Sed unus mihi Deus est Christus, qui cognoscitur in Patre et in Spiritu, qui et omnia ab initio produxit ex nihilo, et nunc ineffabili ea virtute continet, et annuos nobis fructus suppeditat, et manum aperiens, omne animal implet benedictione [4]. Sed non Christus, dixit interpellans Anthemius, producit hos fructus annuos, sed elementa mundi

Ἀλλ' ἐκεῖνος ταῦτα, ὡς περιτὰ καὶ ἀνόνητα καὶ κενὸν οἷον πορείας ἐφόλκιον, διωσάμενος, μόνος εἴχετο τῆς ὁδοῦ, ποσὶ τοῖς ἑαυτοῦ χρώμενος. Ὑφ' οὗ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἐκπλαγέντες τῆς μετριότητος, καὶ τὴν φαινομένην κατάστασιν εἰκόνα τῆς ἀφανοῦς ψυχῆς ποιησάμενοι, αὐτός τε πρῶτος [γρ. πρῶτον] ὁ ὕπαρχος, καὶ ὅσοι δὴ συμπαρῆσαν, καὶ ὑπανέστησαν προσιόντι, καὶ πρὸς βίαν ἐπισπασάμενοι, τῆς πρεσδρίας, ἠξίουν, δημοσίᾳ τε τοῖς ἐκ λόγων ἐπαίνοις καὶ ταῖς ἄλλαις ἐφιλοτιμοῦντο τιμαῖς. Ταῦτα δὲ πράως τὸν φθόνον οὐκ ἦν ἐνεγκεῖν, οὐδὲ τοῖς τῶν βασκάνων ἔμελλεν ὀφθαλμοῖς φορητὰ γενέσθαι καὶ ἄλυπα. Τῆς γὰρ κενῆς δόξης σχάτως ἀντιποιούμενοι, τὴν πρὸς ἐκεῖνον τιμὴν τῆς ἑαυτῶν ὕφεσιν ἐνόμιζον εἶναι· καθάπερ δὴ καὶ Ἀνθεμίῳ τότε συνέβαινεν, ἀνδρὶ τὴν μὲν θρησκείαν Ἕλληνι, καὶ διὰ μὲν τὴν περι τοὺς λόγους σπουδὴν ὀνόματος οὐ φαύλου τετυχηκότι, προπετεῖ δὲ ἄλλως ὄντι, καὶ τῇ γλώττῃ σφόδρα χαρίζεσθαι βουλομένῳ. Ὃς τοῖς πρὸς τὸν ἅγιον ἐπαίνοις οὐχ ἧττον δηχθείς, ἢ εἴπερ αὐτὸς ἐτύγχανε τὰ ἔσχατα ὑδρισθείς, πολὺς κατ' αὐτοῦ ἔπνει, ἄδικόν τε τὸ γενημένον ἀποκαλῶν, καὶ ὡς οὐ θεμιτὸν εἴη, τὸν ξένον οὕτω καὶ νέηλυν τῶν πρώτων ἀξιοῦσθαι τιμῶν, καὶ μάλιστα περὶ τὸ σέβας ἡμῖν παρα πολὺ, φησί, διαλλάττοντα. Ἐφ' οἷς καὶ πρῶτα τὸν ὕπαρχον, τί δε καὶ γέγονε παρὰ τὸν λόγον, εἰπεῖν, εἰ ἀνὴρ οὕτω μὲν γένους ἔχων καὶ παιδείας, οὕτω δὲ τῷ μετρίῳ προσέχων, ἄξιος παρ' ἡμῶν ἐκρίθη τιμῆς, ὅπου γε καὶ χωρὶς τῶν ἄλλων, αὐτὸ τὸ φεύγειν τιμὴν, τιμὴν οἵδε περιποιεῖσθαι τῷ μὴ ζητοῦντι; ἔπειτα δὲ καὶ τὸν Ἰωάννην πράως τὸν λόγον ὑπολαβόντα, οὐκ ἐχρῆν, ὦ Ἀνθέμιε, φάναι, φιλοσοφίας ἀντιποιούμενον τιμῆς οὕτω τὴν παρὰ ἀνθρώπων ἀμφισβητεῖν, καὶ ὡς μέγα τι ταύτην μεταδιώκειν καὶ περιμάχητον, οὐχ ὅπως μέγα καὶ ἀξιόλογον, ἀλλ' οὐδὲ μικρὸν ἡμᾶς εἰς τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον ὠφελεῖν δυναμένην. Τί γὰρ παρὰ ταύτην ἄνθρωπος ἑαυτοῦ βελτίων τὸ πρὸς ἀλήθειαν; ὅτι δέ με καὶ ἀνομοίως ὑμῖν ἔχειν περὶ τὸ σέβας εἰρήκατε, τοῦτο αὐτὸς οὐκ ἀρνήσομαι, πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἀλλὰ καὶ νῦν, εἴπερ ἄλλοτε, τῇ γλώττῃ χάριτας ἔξω, διακονῆσαι πρὸς ταῦτά μοι δυναμένῃ. Θεοὺς γὰρ οὔτε οἶδα, οὔτε ὁμολογήσαιμι μὴ οὕτω κακῶς ἐγὼ καὶ φρενῶν σχοίην καὶ γλώττης) ἀλλ' εἷς ἐμοὶ θεὸς ὁ Χριστὸς ἐν Πατρὶ καὶ Πνεύματι γνωριζόμενος· ὃς πάντα τε παρήγαγεν ἐκ μὴ ὄντων, καὶ νῦν ἀποῤῥήτῳ σθένει διακρατεῖ, καρπούς τε τοὺς ἐτησίους ἡμῖν χορηγεῖ, καὶ ἀνοίγων αὐτοῦ τὴν χεῖρα, πᾶν ζῶον εὐδοκίας ἀποπληροῖ. Ἀλλ' οὐχ ὁ Χριστὸς, εἶπεν ἐγκόψας Ἀνθέμιος, τοὺς ἐτησίους τούτους προάγει καρποὺς, τὰ στοιχεῖα δὲ τοῦ κόσμου, φησὶ, καιροῖς ἰδίοις τῇ τῶν θεῶν προνοίᾳ τελεσφορεῖ. Ἅμα δὲ τῷ ταῦτα εἰπεῖν, πονηρῷ πνεύματι κατάσχετος γεγονὼς, καὶ τῇ γῇ, καθάπερ εἶχε, προσαράξαις, ἔκειτο βρύχων καὶ διαστρέφων μὲν ὀφθαλμοὺς, ὀδόντας δὲ τετριγὼς, καὶ ἀφρὸν παραπτύων τοῦ στόματος. Ταῦτα τὸν ὕπαρχον δὲ τοὺς συμπαρόντας θεασαμένους θαῦμά

[4] Psal. CXLIV, 16.

τε εἰσήει καὶ ἔκπληξις, καὶ θορύβου ἦσαν μεστοί· ἔπειτα τῷ μακαρίῳ προσχόντες ἱκέται γίνονται, καὶ ἀμύνειν ἀξιοῦσι τῷ πάθει. Ὁ δὲ, (καὶ τίς γὰρ ἐκείνου φιλανθρωπότερος;) ἅτε καὶ τοῦ φιλανθρώπου Χριστοῦ μιμητὴς, ᾤκτειρέ τε τῆς συμφορᾶς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθεὶς τοῦ μόνου βοηθεῖν δυναμένου, διπλῆν τῷ κειμένῳ παρέχει τὴν ἴασιν. Ἐπεὶ γὰρ οὗτος εἰς αἴσθησιν ἦλθεν, οἵ κακοῦ γέγονεν, οὐκ ἀποχρῶσαν αὐτοῦ τὴν θεραπείαν ἡγήσατο, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν εἰς τοῦτο συμφορᾶς ὥλισθεν, ἐδεῖτο θεραπευθῆναι. Τὸν δὲ ἐπιδείξαί τε προθύμως καὶ συμβουλεῦσαι, τὸν ἱεράρχην τῆς πόλεως ὡς τάχιστα καταλαβεῖν, παρ' αὐτοῦ τε τὰ θεῖα κατηχηθῆναι μυστήρια, καὶ τοῦ τῆς παλιγγενεσίας ἀξιωθῆναι λουτροῦ, δι' οὗ καὶ τῶν ἀφανῶν αὐτῷ τῆς ψυχῆς μωλώπων ἴασις ἔσται, καὶ τῆς τοῦ δαίμονος ἐπηρείας ἀποτροπή. Οὗπερ ἐκεῖνος τῷ λόγῳ πεισθεὶς, τῇ ἐκκλησίᾳ προσέρχεται, καὶ τῷ Κυρίῳ πιστεύσας βαπτίζεται, καὶ πολλοῖς ὑπόδειγμα γίνεται τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Φιλεῖ γάρ πως ἡ τῶν ἐπιφανῶν καὶ μεγάλων ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἢ καὶ χεῖρον μεταβολὴ, πολλοῖς ἐπὶ τὸ ἴσον γίνεσθαι τῆς μεταθέσεως ἀφορμή. Ἐντεῦθεν ὁ μὲν τῶν Ἀθηνῶν ἐπίσκοπος, ἣν Ἰωάννης αὐτῷ περὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπίδοσιν εἰργάσατο, θεασάμενος, πολὺς ἦν λόγοις ἅμα καὶ παραινέσεσι τοῦτο ὑποποιούμενος, καὶ διάδοχον ἑαυτοῦ (καὶ γὰρ ἦν ἤδη τὴν ἡλικίαν προήκων) ἑτοιμαζόμενος· ἄλλως δὲ ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια τὰ κατ' αὐτὸν ὑπῆρχε ψηφιζομένη, πρὸς μείζονα πάντως καὶ ὑψηλοτέραν λυχνίαν τὸ μέγα ἐκεῖνο φῶς θήσειν μέλλουσα.

A suis temporibus producunt, deorum providentia. Nondum finem acceperat ejus sermo, cum a maligno spiritu possessus et terræ allisus, misere jacebat rugiens, lacrymarum et timoris simul causa iis qui aderant : pervertens quidem oculos, stridens autem dentibus, spumam vero ex ore turpissime exspuens. Hæc cum aspexisset præfectus et qui circa illum erant, eos subiit admiratio et stupor, et erant pleni tumultu. Deinde ad beatum Joannem accedentes, fiunt ei supplices, et rogant ut velit opem ferre affectioni. Ille autem (quis enim fuit illo benignior?) ut qui benigni Christi esset imitator, et calamitatis hominis est misertus, et cum pro eo rogasset eum, qui vel solus potest opem ferre, ei qui jacebat, duplicem affert curationem. Nam cum B iste liberatus a dæmone, sensisset in quanto malo esset versatus, arbitratus non sufficientem eam esse curationem, causam quoque, propter quam venerat ad tantam calamitatem, rogabat curari, ne eadem ei rursus evenirent. Ille autem (sciebat enim veri Dei ignorationem, ejus esse causam) consuluit, ut prompto et alacri animo quamprimum adiret pontificem civitatis, et rogaret ut in divinis catechesi ab eo initiaretur: et quo latentium animæ vibicum veniret curatio, et a dæmonibus, quos colebat, omnino liberaretur, assequeretur lavacrum regenerationis. Paret ejus dictis Anthemius, et cito accedit ad ecclesiam : et cum Domino credidisset, baptizatur, et fit multis exemplum, ut credant in Christum. Clarorum enim et magnorum virorum in C melius aut deterius mutatio, solet multis esse causa ad idem mutationis. Hinc factum est, ut Athenarum episcopus, cum aspexisset quantam ejus Ecclesiæ accessionem fecisset Joannes ille aureus, verbis et monitis crebro eum sibi insinuaret, et ut sibi esset successor (jam enim erat gravis ætate procuraret. Aliter autem Dei providentia de eo statuerat, in majori omnino ex excelsiori candelabro magnam illam lucem positura.

Γ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς τῶν Ἀθηναίων παιδείας ἐπὶ πλεῖστον ἀπώνατο, σπλάγχνων αὖθις μητρικῶν καὶ πατρίδος ὑπεμιμνήσκετο, καὶ εἰς Ἀντιόχειαν πάλιν ἐξ Ἀθηνῶν ἐπανέρχεται. Εἶτα μικρὰ ταῦτα, καὶ λόγους καὶ πανηγύρεις, κἀὶ ὅσα φιλοτιμίας ἧπται τῆς περιττῆς ἡγησάμενος, τὸν ἀγγελικὸν, εἴτ' οὖν ἀσκητικὸν ἔκρινεν ἀλγάξασθαι βίον, συμβούλῳ πρὸς τοῦτο καὶ κοινωνῷ τοῦ σκοποῦ χρώμενος Βασιλείῳ, φίλῳ τινὶ καὶ συνήθει, καὶ τὸ ἓν ὁμοψύχως αὐτῷ καὶ ἀδελφικῶς πνεύσαντι. Οὐκ ἐκεῖνος οὗτος ὁ καὶ πατρίδα καὶ θρόνον τῆς τῶν Καππαδοκῶν τετιμηκὼς, ὡς οἴονται τινες ὑπὸ τῆς ὁμωνυμίας ἴσως πεπλανημένοι, εἴπερ ἱκανὸς αὐτὸς οὗτος ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν εἰς πίστιν ἀρκούντως ἐν τοῖς περὶ τῆς ἱερωσύνης ταῦτα δηλώσας. Τοῦτον μὲν γὰρ καὶ τὸν ἅπαντα χρόνον αὐτῷ παρηκολουθηκέναι λέγει, καὶ μαθημάτων ἅψασθαι τῶν αὐτῶν, καὶ διδασκάλοις τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι. Ὃ δὲ μάλιστα πάντων ἀπείργει μὴ τοῦτον εἶναι τὸν μέγαν, ὅτι αὐτὸν μὲν καὶ πατρίδος ὑποφαίνει τῆς αὐτῆς εἶναι, καὶ τὸ γένος ὁμότιμον [γρ. καὶ ὁμοτίμου τοῦ

III. Cum vero in Atheniensium doctrina plurimum profecisset, viscerum maternorum et patriæ rursus est recordatus, et rursus Athenis rediit Antiochiam. Deinde hæc parva esse putans, nempe orationes et conciones, et quæcunque ad supervacaneam pertinent ambitionem, angelicam seu monasticam vitam statuit suscipere, ad hoc consultore et instituti socio utens Basilio (3-4) quodam suo familiari, et qui erat unius animæ et fraterni cum eo spiritus. Non is autem erat ille, qui et patriam et sedem ornavit Cappadocum, ut quidam existimant, decepti a similitudine nominis. Siquidem ad finem hujus rei faciendam, hic ipse sufficit lingua aureus, qui satis illud ostendit in libris de D sucerdotio. Dicit enim eum esse ipsum secutum toto tempore, et easdem attigisse disciplinas, et eosdem habuisse præceptores. Quod autem maxime omnium prohibet, non hunc esse magnum illum Basilium, est, quod ipsum quidem ostendit ejusdem patriæ, fuisseque et genere pares et divitiis. Quomodo vero statues hæc esse magno et huic

(5-4) Qui hic fuerit Basilius incertum est ; *vide* Baron. tom. IV *Annal.* ad annum 382.

maximo communia, quæ sunt maxime diversa? Siquidem plurimum inter se differunt Antiochia et Cappadocia. Sunt autem multa quoque alia per quæ conjici potest, non esse hunc magnum Basilium, sed quemdam alium, ortum Antiochiæ. Cæterum ab hoc instituto tunc sapientem abducunt et civitas, et multo magis ad persuadendum efficacia ei temperans lacrymarum medicamenta. Nam civitas quidem, tanquam fœtum proprium et a se educatum, eum amplectitur, et eum perpetuo volebat retinere : ea enim valde movebatur suavitate orationum Joannis, quarum maximam partem consumebat in judiciis, assidue illuc ventitans, et partem defendens inferiorem et eum, qui habebatur contemptui, recreans. Mater autem, utpote mater, magis germane eum adiens, doloresque partus et lactationem ei in memoriam revocans, et mala viduitatis, et quæcunque poterant attrahere filium, ut matris misereretur, arcebat a proposito. Sed satius est, ut illi ipsi hanc relinquam narrationem. Neque enim omnino fas est, nec conveniens, ut cum ei liceat sua per se dicere, nos, illis relictis, ex nobis ipsis faciamus narrationem. Dicit enim ipse in libris De sacerdotio (5), innuens amicum, qui eum erat abducturus ad id, cujus studio tenebatur. Deinde matrem, quæ hoc resciverat, miserabiliter accessisse, et id prohibuisse. Sic autem habet : Postquam enim sensit consilium, quod a nobis capiebatur, me dextera accepto, et in domo ei attributa ad sedendum collocato prope lectum, in quo nos pepererat, emittebat fontes lacrymarum, et adjungebat verba lacrymis miserabiliora, sic apud nos lamentans : Mihi, inquit, o fili, virtute tui patris diu frui non licuit, cum Deo ita visum esset. Nam dolores in partu propter te acceptos, mors illius consecuta, tibi quidem orbitatem, mihi autem viduitatem attulit ante tempus, et mala viduitatis, quæ eæ solæ demum, quæ illa passæ sunt, scire aperte potuerint. Nulla enim oratio potuerit consequi tempestatem illam et fluctus illos, quos subit puella, e domo quidem paterna nuper egressa, et rerum imperita, et qui cohiberi non potest, repente luctu oppressa, et necesse habens majores suscipere sollicitudines, quam pro ætate et sexu. Oportet enim ut arbitror famulorum socordiam animadvertere et corrigere, et maleficia observare, cognatorum insidias propulsare, publicanorum injurias et inhumanitatem in exigendis vectigalibus magno et excelso animo ferre. Quod si relicto etiam infante decesserit, qui est mortuus, si sit quidem femina, magnam quidem sic quoque matri præbebit sollicitudinem, a sumptibus tamen et metu liberam. Filius autem eam quotidie implet timoribus innumerabilibus et pluribus sollicitudinibus. Mitto sumptum pecuniarum, quem necesse habet facere si eum educare cupit liberaliter. Nihil horum tamen mihi persuasit, ut secundum inirem

A γένους] καὶ κατὰ τὸ πλουτεῖν ἰσοστάσιον. Ποῦ δὲ ταῦτα θήσεις καὶ τῷ μεγάλῳ κοινὰ, μᾶλλον δὲ καὶ τῷ μεγίστῳ διαφορα, εἴπερ δήπου καὶ Ἀντιόχεια πόλις καὶ Καππαδοκία διενηνόχασιν ; ἔστι δέ γε καὶ ἄλλα πολλὰ δι' ὧν ἄν τις τεκμήραιτο μὴ τὸν μέγαν εἶναι τοῦτον Βασίλειον, ἀλλά τινα μᾶλλον ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ὁρμώμενον. Ἀλλὰ τοῦ σκοποῦ τούτου τέως ἥ τε πόλις αὐτὸν ἀπάγουσι, καὶ μᾶλλον ἡ μήτηρ, δεινὰ πρὸς πειθὼ τὰ ἐκ τῶν δακρύων αὐτῷ κεράσασα φάρμακα. Ἡ μὲν γὰρ πόλις ὡς ἰδίου θρέμματος περιείχετο, καὶ διὰ παντὸς κατέχειν ἡδύ-
λετο. Εἶχον γὰρ αὐτὴν ἰσχυρῶς αἱ τῶν ἐκείνου λόγων Σειρῆνες, εἰς (sic) τὸ πλεῖστον ἔνεμε τῷ δικαίῳ, τοῖς δικαστηρίοις ἐνδιατρίβων, καὶ τῷ καταδεεστέρῳ μέρει τιθέμενος. Ἡ δὲ μήτηρ, οἷα μήτηρ, γνησιώτερον αὐτῷ προσελθοῦσα, καὶ ὠδίνων ἅμα καὶ θηλῆς ὑπομνήσασα, καὶ τὰ ἐκ τῆς χηρείας κακὰ, καὶ πάντα ὅσα δυνατὸν ἦν υἱὸν ἑλκῦσαι τῇ μητρὶ πρὸς συμπάθειαν, ἀπέτρεπε τοῦ προκειμένου· μᾶλλον δὲ αὐτῷ ἐκείνῳ λέγοντι περὶ τούτου παραχωρήσω τοῦ διηγήματος. Μανίαν γὰρ ἄν ἀληθῶς, οὐ τόλμαν ἠτιώμην δικαίως, εἰ, ἐν οἷς τὰ ἐκείνου δι' ἐκείνου λέγειν παρὸν, αὐτὸς ταῦτα καταλιπὼν, παρ' ἐμοῦ [γρ. ἐμαυτοῦ] τὴν διήγησιν ἐποιούμην. Φησὶ γὰρ οὕτως ἐν τοῖς περὶ ἱερωσύνης αὐτὸς, τὸν φίλον εἰσενεγκὼν, ἀπάξειν ἐπὶ τὸ σπουδαζόμενον μέλλοντα, εἶτα τὴν μητέρα μαθοῦσαν καὶ τοῦτο διακωλύσασαν· ἔχει δὲ οὕτως· Ἐπειδὴ γὰρ ἤσθετο ταῦτα βουλευόμενον, λαβοῦσά με τῆς δεξιᾶς, εἰσήγαγεν εἰς τὸν ἀποτεταγμένον οἶκον αὐτῇ, καὶ καθίσασα πλησίον ἐπὶ τῆς εὐνῆς, ἧς ἡμᾶς ὤδινε, πηγὰς ἐφίει δακρύων, καὶ τῶν δακρύων ἐλεεινότερα προσετίθει ῥήματα, τοιαῦτα πρὸς ἡμᾶς ὀδυρομένη [γρ. ἀποδυρομένη]· Ἐγὼ, φησὶ, παιδίον, τῆς ἀρετῆς τοῦ πατρὸς [τοῦ] σοῦ οὐκ ἀφείθην ἀπολαῦσαι ἐπὶ πολύ· τῷ Θεῷ τοῦτο δοκοῦν. Τὰς γὰρ ὠδίνας τὰς ἐπὶ σοὶ διαδεξάμενος ὁ θάνατος ἐκείνου, σοὶ μὲν ὀρφανίαν, ἐμοὶ χηρείαν ἐπέστησεν ἄωρον, καὶ τῆς χηρείας δεινὰ, ἃ μόναι αἱ παθοῦσαι δύναιντ' ἂν εἰδέναι σαφῶς. Λόγος γὰρ οὐδεὶς ἂν ἐφίκοιτο τοῦ χειμῶνος ἐκείνου καὶ τοῦ κλύδωνος, ὃν ὑφίσταται κόρη ἄρτι μὲν τῆς οἰκείας τῆς πατρῴας προελθοῦσα, καὶ πραγμάτων ἄπειρος οὖσα, ἐξαίφνης τε πένθει ἀσχέτῳ βαλλομένη καὶ ἀναγκαζομένη φροντίδων, καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς φύσεως ἀνέχεσθαι μειζόνων. Δεῖ γάρ, οἶμαι, ῥᾳθυμίας οἰκετῶν ἐπιστρέφειν, καὶ κακουργίας παρατηρεῖν, συγγενῶν ἀποκρούεσθαι ἐπιβουλὰς, τῶν τὰ δημόσια εἰσπραττόντων [γρ. πραττόντων] τὰς ἐπηρείας, καὶ τὴν ἀπήνειαν ἐν ταῖς τῶν εἰσφορῶν καταβολαῖς γενναίως φέρειν. Ἐὰν δὲ καὶ παιδίον καταλιπὼν ὁ τεθνηκὼς ἀπέλθοι, θῆλυ μὲν ὄν, πολλὴν καὶ οὕτω παρέξει τῇ μητρὶ τὴν φροντίδα, ὅμως δὲ καὶ ἀναλωμάτων καὶ δέους ἀπηλλαγμένην· ὁ δὲ υἱὸς μυρίων αὐτὴν φόβων καθ' ἑκάστην ἐμπίπλησι τὴν ἡμέραν, καὶ πλειόνων φροντίδων. Τὴν γὰρ τῶν χρημάτων ἐῶ δαπάνην, ὅσην ὑπομένειν ἀναγκάζεται ἐλευθερίως αὐτὸν ἀναθρέψαι ἐπιθυμοῦσα. Ἀλλ' ὅμως οὐδέν με τούτων ἔπεισε δευτέροις ὁμιλῆ-

musicam movet linguam, et ostendit eos longe gravius peccare, quam eos, qui aperte exercent quæ sunt flagitiosa: quandoquidem illi quidem soli et per se sunt impudici, et suam corrumpunt animam : hi autem, qui in clero versantur, totum corpus corrumpunt Ecclesiæ, verberantes, ut dicit Paulus [14], eorum conscientiam, et se præbentes communne monimentum intemperantiæ. Sed vel absque his, quantum illi damnum afferant cohabitatione harum quæ introducuntur, mulierum, recte sciet, qui eam orationem legerit ut oportet. Deinde adversus injustam plura habendi cupiditatem, et eos qui gravem manum immittunt alienis, et effundunt in dolia, ut dicitur, inexplebilia, gravius invehitur : plane majorem curam gerens eorum qui faciunt injuriam, quam eorum qui patiuntur : quandoquidem illis quidem damnum affertur in aliquo eorum quæ intereunt: ipsis autem, qui faciunt injuriam, in anima quæ est putienda immortaliter. Deinceps vitam reprehendit prodigorum, qui in mensis, in ædificiis, in tali fastu, et in talibus deliciis gloriantur, et ut vulgo dicitur, seipsos melle aspergunt. Nunc accusat superbiam, nunc vanam gloriam insectatur: nunc expellit calumniam, tanquam dignam quæ vituperetur. Vaniloquium rursus tollit de medio pro viribus. Perjurium adeo prohibet, ut non solum jurare, etiamsi vere, dimiserit absque reprehensione, sed etiam adversus id multas easque præclaras habuerit orationes, ita elaboratas, ut mistæ essent vero et probabili : et ita studuerit id de medio auferre, tanquam manifestam in Deum contumeliam, et omnibus ineffabilis et venerandi nominis coinquinationem.

XIX. Quomodo enim præstantissimus et diligentissimus quispiam agricola, qui vult de virtute seminare orationes, statuit prius oportere exscindere radices vitii et semina maligni, et nihil dimittere eorum, quæ possent omnino lædere aut offendere. Deinde cum terra sic fuerit complanata et mansuefacta, quod quidem est humanarum animarum, virtutis et philosophiæ deponere semina. Post hæc de eleemosyna orationes, tanquam imbres aliquos opportunos effundit in animas hominum, et usque adeo colit benignitatem, ut multorum quidem dexteram promptam reddiderit et alacrem ad succurrendum pauperibus, quæ prius erat parca et illiberalis, ne dicam avida et rapiendi aliena : et alios quidem effecerit esse munificos et sua lubenter communicantes, ex pleno, ut dicitur, in inane utrisque effundentes manibus : alios autem præferre nihil habere, et cum omnes suas divitias pauperibus magnifice pieque divisissent, vitam monasticam et separatam eligere. Ex quo omnia habere alio modo ad eos rediit, ut qui Deo pro omnibus iis ditati fuerint, a quo dependebat tota spes eorum vitæ, et ad quem

κτόν τε καὶ μουσικὴν γλῶτταν κινεῖ, καὶ δείκνυσιν αὐτοὺς πολλῷ χαλεπώτερον πλημμελοῦντας τῶν αὐτοῖς ἔργοις μετιόντων τὰ φαῦλα· ὅσον ἐκεῖνοι μὲν μόνοι καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀσελγαίνουσι καὶ ψυχὴν λυμαίνονται τὴν ἰδίαν, οἱ δὲ μεταξὺ τοῦ κλήρου τὰς διατριβὰς ἔχοντες, ὅλον ὑποφθείρουσι τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας, τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν, κατὰ τὸν θεῖον εἰπεῖν Ἀπόστολον, καὶ κοινὸν ὄντες ἀκολασίας ὑπόμνημα. Ἀλλὰ καὶ χωρὶς τούτων, ὅσην αὐτοὶ προστρίβονται βλάβην, ἐκ τοῦδε τοῦ τῶν συνεισάκτων συνοικισμοῦ, ὁ τὸν λόγον ἐκεῖνον μετιὼν ἀκριβῶς εἴσεται. Εἶτα κατὰ τῆς πλεονεξίας, καὶ τῶν χεῖρα βαρεῖαν τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιβαλλόντων, καὶ εἰς τοὺς ἀπλήστους (ὃ δὴ λέγεται·) πίθους ἀντλούντων, ἐμβριθέστερον ἀγωνίζεται, τῶν ἀδικούντων μᾶλλον κηδόμενος, ἢ τῶν ἀδικουμένων· ὅσον ἐκείνοις μὲν περί ἔν τι τῶν φθειρομένων ἡ βλάβη, αὐτοῖς δὲ τοῖς τὴν ἀδικίαν ἐργαζομένοις περὶ ψυχὴν τὴν ἀθάνατα κολασθησομένην. Ἐφεξῆς τὸν τῶν ἀσώτων διαδάλλει βίον, τοὺς περὶ τὰς τραπέζας φημὶ, τοὺς περὶ τὰς οἰκοδομὰς, τοὺς περὶ τὴν τοιαύτην ὕβριν καὶ μαλακίαν ἐγκαλλωπιζομένους, καὶ τὸ ᾄδόμενον, μέλιτι καταπάττοντας ἑαυτούς. Νῦν ἀλαζονείας κατηγορεῖ, νῦν τῆς κενῆς κατατρέχει δόξης, ἄρτι διαβολὴν ὡς διαβολῆς ἀξίαν ἀποσοβεῖ, ἀργολογίαν εἰς δύναμιν ἀναιρεῖ, ἐπιορκίαν οὕτως ἀπείργει, ὡς μηδὲ τὸ ἁπλῶς ὀμνύναι καὶ φιλαλήθως ἀνεπιτίμητον παρεᾷν· ἀλλὰ πολλοὺς κατ' αὐτοῦ καὶ καλοὺς διακελαδῆσαι λόγους ἐν μίξει τοῦ ἀληθοῦς τε καὶ πιθανοῦ μεμουσουργημένους, καὶ οὕτως ἀνελεῖν σπουδάσαι, ὡς φανερὰν εἰς θεὸν ὕβριν, καὶ τοῦ φοβεροῦ πᾶσιν ὀνόματος καὶ φρικτοῦ κοίνωσιν.

ιθ'. Ὡς γὰρ ἄριστός τις καὶ φιλοπονώτατος γεωργὸς τοὺς περὶ ἀρετῆς βουλόμενος κατασπεῖραι λόγους, ἔγνω πρότερον δεῖν τὰς τῆς κακίας ῥίζας καὶ τὰ τοῦ πονηροῦ σπέρματα ἀνελεῖν, εἶθ' οὕτως ὁμαλῶς αὐτῷ καὶ ἡμέρως τῆς γῆς ἐχούσης, ὅπερ ἐστὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ φιλοσοφίας καταθέσθαι φυτά. Μετὰ ταῦτα γοῦν τοὺς περὶ ἐλεημοσύνης λόγους, οἷα τινας ὑετοὺς εὐκαίρους τῶν ἀνθρωπίνων καταχέει ψυχῶν, καὶ γεωργεῖ τὸ φιλόπτωχον εἰς τοσοῦτον, ὡς πολλοῖς μὲν τὴν δεξιὰν ὀργῶσαν θεῖναι, μὴ θερμοτάτην τοῖς πένησι, τὴν πρωτοῦ μικρολόγον οὖσαν καὶ φειδωλόν (ἵνα μὴ λέγω καὶ λιχνοτέραν πρὸς τὸ λαβεῖν τὰ ἀλλότρια) καὶ τοὺς μὲν μεγαλοψύχους εἶναι παρασκευάσαι καὶ κοινωνικοὺς, ἐκ τῆς πλειστέρας, ὅ φασιν, εἰς τὴν κενοτέραν ἀμφοτέραις ἀντλοῦντας· ἐνίοτε δὲ τὸ μηδὲν ἔχειν προτιμῆσαι, καὶ τοῦ πλούτου παντὸς τοῖς πένησι φιλοτίμως παραχωρήσαντας τὸν μονήρη βίον ἀνθελέσθαι καὶ ἰδιάζοντα, ἐξ οὗ τὸ πάντα ἔχειν αὐτοῖς περιγέγονε Θεὸν ἀντὶ πάντων πεπλουτηκόσιν, οὗ τὰς τῆς ζωῆς ἐλπίδας ἀνήρτησαν, καὶ πρὸς ὃν μόνον ἔγνωσαν ἀφορᾷν, ἀφ' οὗ πλούτῳ προσέχειν, καὶ

[14] I Cor. VIII, 12.

πᾶσι τοῖς ὑλικοῖς ἀπείπαντο. Ταπεινοφροσύνην δὲ καὶ τὸ μέτριον οὕτως ἦρε, καὶ τοσαύτην ἔδειξεν αὐτῆς τὴν ὑπεροχήν, ὡς μηδεμίαν ἄλλην τῶν ἀρετῶν αὐτῇ παραβάλλεσθαι, ἀλλὰ καὶ μητέρα καὶ φύλακα τῶν ἄλλων εἶναι πασῶν· οὐ μήν, ἀλλὰ καὶ χωρὶς ἐκείνης ἁπάσας οὐδὲν ἐχέγγυον σώζειν, οὐδ' ἀσφαλὲς ἀλλὰ πόνον (φεῦ) εἶναι μάταιον καὶ κενόν Σωφροσύνην δὲ καὶ παρθενίαν τις οὕτω τετίμηκεν, ἢ πρὸς ταύτην ἠρέθισεν, ὡς μικροῦ καὶ κρείττω καὶ ὑψηλοτέραν αὐτὴν δεῖξαι, ἢ ὥστε καὶ βάσιμον εἶναι φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν κεῖσθαι τὸν νόμον, ἐν τάξει τε φιλοτιμίας εἶναι μᾶλλον, ἢ ἐντολῆς; Ἀγάπην δὲ τὴν βασιλικωτάτην τῶν ἀρετῶν τίς πλέον ἠγάπησεν ἢ ἐξύμνησεν, ὡς ἐπ' ἀμφιβόλῳ κεῖσθαι, πότερα τοὺς ἐπαίνους πλείους ὑπάρχειν, ἢ τοὺς πρὸς αὐτὴν ἔρωτας; Τίς γὰρ οὕτως αὐτόχρημα λίθος, καὶ τὴν καρδίαν ἀκίνητος, ὡς εἰπεῖν, ἢ ἀτίθασσος, ὡς μὴ τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς λόγους ἀκούων ἥπιος τε καὶ ἱλαρὸς τὴν ψυχὴν γενέσθαι, καὶ πρὸς τὴν τοῦ πλησίον διαθερμανθῆναι φιλίαν, τῆς Παύλου τε ψυχῆς ἐκμαγεῖον εἶναι νομίσαι τὴν ἐκείνου ψυχήν; Εἰ δὲ καὶ τὴν τῶν ἐκεῖθεν ἀγαθῶν ἔκπτωσιν ὁ Παῦλος κατηύξατο ἑαυτοῦ, καὶ φανερὸς γέγονε τοῦτο μᾶλλον αἱρούμενος, ἢ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἀπίστους ἔξω τῆς τοῦ Χριστοῦ κεῖσθαι μερίδος, καὶ τὴν καρδίαν ἐν τοῖς τῶν ἄλλων ἐπυροῦτο σκανδάλοις, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς οὐδὲν ἧττον πέφλεκτο τὰ σπλάγχνα τῇ περὶ τὸν πλησίον στοργῇ, καὶ τῆς τῶν πιστῶν περιεκέκαυτο σωτηρίας, εἰ τῷ πιστεύειν ἄξιος αὐτὸς ἐκεῖνος, οὕτωσὶ λέγων ἐν τῷ ἠθικῷ τῆς ἐν ταῖς Πράξεσι τεσσαρακοστῆς τετάρτης ὁμιλίας· Ἐβουλόμην, εἰ οἷόν τε, ὄψει αὐτῇ τὴν ἀγάπην, ἣν περὶ ὑμᾶς ἔχω, ἐπιδείξασθαι. Οὐδὲν γὰρ ἐμοὶ παθεινότερον ὑμῶν, οὐδὲ τοῦτο τὸ φῶς. Μυριάκις γὰρ ἠὐξάμην, καὶ τὰ ἑξῆς.

A solum dilexerunt intueri : ex quo factum est, ut cor divitiis non apponerent, neque omnibus rebus materialibus. Humilitatem autem et moderationem adeo extulit, et tantam ejus esse ostendit in humili excellentiam, ut nulla alia virtus possit cum ea conferri, sed ea sit mater et custos aliarum omnium : imo vero sine qua aliæ nihil habent, quod sit certum et fide dignum : sed sint, proh dolor, vanus quidam labor et inanis. Temperantiam autem et vere pulchram virginitatem quis sic vel amavit, vel alios qui sunt honestiores, magnique et excelsi animi, ad ejus insignem incitavit pulchritudinem, ut eam propemodum ostenderit esse majorem et sublimiorem, quam ut ad eam possit humana natura pervenire, et superare ipsam le- B gem : liberalitatisque et magnificentiæ potius locum tenere, quam præcepti? Charitatem vero, quæ est omnium virtutum maxime regia, quis illo magis amavit aut laudavit, ut dubitetur majorne fuerit laudatio, an ejus in eam amor? Quis est enim adeo plane lapis aut ferro in corde frigidior, ut audiens ejus de illa orationes, non fiat mitis et hilaris, et ad dilectionem proximi excitetur, et non Pauli expressam effigiem putet esse illius animam? Quod si Paulus optavit [15], ut vel a bonis quæ illic sunt, excideret : et aperte ostendit, se hoc magis velle, quam eos qui sunt ex Israel, esse extra partem Christi: et ei cor omnino urebatur aliorum offensionibus : ipse quoque Joannes nihilominus inflammabatur amore in proximum, et fratrum salutis ardebat desiderio, si illi ipsi est credendum, C in morali 24 in Actus homilia sic dicenti: Vellem, si fieri posset, vestris oculis ostendere, quam in vos habeo charitatem. Nihil est enim mihi vobis jucundius et desiderabilius, ne hæc ipsa quidem tux. Millies enim optarem ipse esse cæcus, si per

hoc liceret vestras animas convertere. Adeo ipsa luce mihi est vestra salus jucundior. Quid enim me juvant solares radii, quando, quæ propter vos accipitur, animi ægritudo oculis meis magnas offundit tenebras? Lux enim tunc est bona, quando apparet in lætitia. Animam enim, quæ mœrore est affecta, videtur etiam molestia afficere. Quod autem non mentiar, absit quidem, ut unquam faciam periculum. Sed si quando contigerit ex vobis peccare aliquem, accedite ad me dormientem: si non sum similis paralyticis: si non iis qui a se discesserunt: et ut dicam cum propheta [16]: «Et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum : » et nisi judicaret quispiam, me esse supra modum ambitiosum et laudis cupidum, videres me quotidie fontes lacrymarum emittentem : horum autem est mihi conscia domuncula et solitudo. Credite enim mihi, spem quidem abjeci meæ salutis : dum vero vestra defleo, nunquam est mihi otium mea mala deflendi. Adeo mihi omnia vos estis. Si sensero vos proficere, præ gaudio mea mala non sentio. Si videro non proficere, præ animi ægritudine rursus mea dimitto : ut qui lætus sim vestris bonis, etsi mala habeam innumerabilia: tristis autem propter vestra mala, etiamsi innumerabilia sint mihi recte facta. Quænam enim nobis est spes, si vos non proficiatis? Quænam autem tristitia, si vos recte geratis? In altum extolli videor, quando aliquid boni de vobis audivero. Implete gaudium meum: liceat vobis salutem assequi, me autem propter vos reddere rationem : vobis dari salutem, me vero accusari, quod meum munus non impleverim. Non enim curo, ut per me salvi sitis, sed ut solum salvi sitis, quacunque ratione. Hoc solum in votum contuli, quod vestrum profectum desidero, quod vos amo, quod vos complector, quod vos estis mihi omnia, et pater, et mater, et fratres, et filii : et si liceret cor nostrum rumpere, et vobis omnibus ostendere, videretis in magna latitudine intus esse et uxores et filios et maritos. Ejusmodi enim est virtus charitatis, facitque animam vel cœlo ipso latiorem.

[15] Rom. II, 3 ; II Cor. I, 6. [16] Psal. XXVII, 11.

XX. Hæc autem non solum faciebat in urbe regia, neque eos solos exercebat ad virtutem, sed per omnem terram extendebatur, et illi curæ erant omnes ecclesiæ, ejusque curæ unus finis erant terræ termini. Joanni enim curæ non erant mensæ et epulæ, agrosque possidere, et crumenas replere, et si quid est aliud, quorum studio vulgus tenetur, sed hoc erat ei cura, quæ exstingui non poterat, et ossium tinea œstrumque, quod ejus cor subibat, perpetuum ejus bellum adversus hostem nostrum, et ut suis ad nos orationibus, et frequentibus admonitionibus arceret ejus insidias, et insultus prohiberet, et quantum quidem ad ipsum spectaret, nullum sineret ex vocatis, non ex iis, qui tunc erant, non ex iis, qui postea, excidere a sorte electorum, et esse partis sinistræ. Propter hæc sermones perpetuo habebat et docebat, et nunquam cessabat diserta illa et modulata lingua nostras incantare animas. Propterea sunt pulchræ illæ verborum Sirenes, innumerabilium illud mare bonorum, animarum lautissimæ, quæ consumi minime possunt, epulæ, panis angelorum, mensæ totius orbis. Quod si ii, qui alimentorum sensilium curam gesserunt, quæ possunt longo tempore sufficere egentibus, quæ appellare solent Gerontocomia, ipsi exsistimant se opus fecisse laude dignum, et ita reputantur ab aliis: qui hoc diuturnum et permanens nutrimentum, suavissimas, inquam, orationes, assidue suppeditabat, ut non solum cum esset superstes, sed etiam cum sursum esset translatus, sitientes impleret animas, et inevitabilia per ipsas solveret vincula, et a manu tyranni captivas liberaret animas, et iis, qui salvi fiebant magnam afferret accessionem: qui hæc abunde præbebat et liberaliter et in universum tempus hoc donum extendebat, quamnam potuerit assequi linguam, quæ ei dignam contexat laudationem? Imo vero quasnam et quot linguas? Sed tali quidem anima et lingua ne ipse quidem est dignus mundus, ut dicam cum divino Paulo [17]. Quod autem non ii soli, qui habitabant Constantinopolim, illi essent curæ, sed omnes fere, quos sol intuetur, hinc potes intelligere. Cum intellexisset Phœniciam simulacris adhuc et dæmonibus et sceleratis templis esse deditam, regiam manum habens adjutricem, et magnam aliam manum, cui persuaserat, ut in id quod oportebat impenderent, secum ducens, exsecranda quidem illa templa humi evertit: eorum autem loco sacras ædes excitat, et immittit monachos, qui ferventem zelum quodammodo spirabant, et fidem tenebant optime et accuratissime. Præterea cum audiisset Celtas implicatos esse laqueis arianismi, ille adversus improbitatem contra sic machinatur: presbyteros simul et diaconos, et eos, qui divinos libros legunt, qui similem quidem et cognatam habebant linguam, sana autem erant fide, accipiens, et eos veluti quemdam, ut aiunt, magnetem

[17] Hebr. II, 38.

Κ′. Ταῦτα δὲ οὐκ ἐν μόνῃ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων ὑπῆρχε ποιῶν, οὐδὲ τούτους μόνους ἤσκει πρὸς ἀρετήν, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ γῆς ἐξετείνετο, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν ἔμελλε τούτῳ πασῶν, καὶ ὅρος ἦν αὐτῷ τῆς φροντίδος, τὰ τῆς γῆς πέρατα. Οὐδὲν γὰρ ἐκείνῳ μέλον τράπεζαι καὶ φιλοτησίαι, καὶ ἀγρῶν κτήσεις, καὶ βαλαντίων ἀδρότητες, καὶ εἴ τι ἕτερον, τῶν τοῖς πολλοῖς ἐκθύμως σπουδαζομένων, ἀλλὰ τοῦτο ἦν αὐτῷ τὸ διὰ πάσης ἀγόμενον τῆς φροντίδος, καὶ ὀστέων σῆς, καὶ μύωψ εἰς καρδίαν παραδυόμενος, καὶ φλογμὸς ἄσβεστος, ὑφ' οὗ νύκτα καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπίμπρατο τὴν ψυχήν, ὁ πρὸς τὸν τοῦ ἐχθροῦ καθ' ἡμῶν πόλεμον ἄπαυστος τούτου πόλεμος, καὶ ἵνα τοῖς πρὸς ἡμᾶς λόγοις καὶ ταῖς πυκναῖς παραινέσεσιν εἴργειν αὐτῷ τὰς ἐπιβουλὰς ἔχῃ, καὶ διωθῆναι τὴν ἔφοδον, καὶ, τό γε εἰς αὐτὸν ἥκον, μηδένα τῶν κλητῶν μὴ τῶν τότε, μὴ τῶν εἰς ὕστερον, ἔξω τοῦ τῶν ἐκλεκτῶν κλήρου ἑάσῃ πεσεῖν, καὶ τῆς ἀριστερᾶς γενέσθαι μερίδος. Διὰ ταῦτα αἱ συνεχεῖς αὐτῷ ὁμιλίαι καὶ διδαχαί, καὶ τὸ μηδέποτε λήγειν τὴν εὔλαλον ἐκείνην γλῶτταν καὶ ᾠδικὴν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν κατάδουσαν. Διὰ ταῦτα αἱ πολλαὶ τῶν λόγων Σειρῆνες, ὁ τῶν ἀγαθῶν σωρὸς, ἡ τῶν θησαυρῶν θάλασσα, αἱ τῶν ψυχῶν ἀδάπανοι πανδαισίαι, ὁ τῶν ἀγγέλων ἄρτος, αἱ οἰκουμενικαὶ τράπεζαι. Εἰ δὲ καὶ οἱ τροφῶν πρόνοιαν οἰσθητῶν, τῶν ἐπὶ πολὺ τοῦ χρόνου διαρκεῖν δυναμένων ἐνδεέσι καὶ πενομένοις, ἐν σπουδῇ θέμενοι, ἃ δὴ καὶ γηροκομεῖα καλεῖν ἔθος, ἀξιέπαινον ἔργον καὶ ἐλπίδων ἀγαθῶν ἔμπλεων πεποιηκότες εἰσίν· ὁ τὴν τροφὴν ταύτην τὴν διαρκῆ καὶ ἀδάπανον, τοὺς λόγους φημὶ τοὺς ἡδίστους, ἑκάστοτε χορηγῶν, τὴν ἄψευστον ἀμβροσίαν, τὸ ἀληθὲς νέκταρ, οἷς ψυχαὶ πεινῶσαι διαπαντὸς τρέφονται καὶ κατάρδονται, καὶ γῆ οὖσαι καὶ ξηρὰ καὶ ἄνικμος, καρποφόροι θεῷ διὰ μετανοίας καθίστανται, ὁ ταύτης τοιγαροῦν τῆς τροφῆς πρύτανις, ὁ μὴ περιὼν μόνον, ἀλλὰ καὶ νῦν μετὰ τέλος πολλοὺς τῶν πεφορτισμένων ἀνιεῖς, καὶ τραύματα ψυχῶν θεραπεύων, καὶ λύων αἰχμαλώτους τῆς τυραννούσης χειρὸς, καὶ πολλὴν προσθήκην τοῖς σωζομένοις διδοὺς, ἡ ταῦτα διηνεκῶς ἀνύουσα γλῶττα, τίνος ἂν τύχοι γλώττης ἄξιον αὐτῇ πλεκούσης τὸν ἔπαινον; μᾶλλον δὲ ποίων ἄρα καὶ πόσων γλωσσῶν; ἀλλ' οὕτω μὲν τῆς τοιᾶσδε καὶ ψυχῆς καὶ γλώσσης οὐδ' αὐτὸς ἄξιος ὁ κόσμος, κατὰ τὸν θεῖον εἰπεῖν Ἀπόστολον. Ὅτι δὲ οὐχ οἱ τὴν Κωνσταντίνου μόνον οἰκοῦντες ἐκείνῳ φραντὶς, ἀλλα σχεδὸν πάντες, οὓς ὁ ἥλιος ἐφορᾷ· τὴν Φοινίκην μαθὼν εἰδώλοις ἔτι καὶ δαίμοσι καὶ μιαροῖς ναοῖς προσανέχουσαν, ἐπίκουρον τῶν βασιλικὴν δύναμιν προσλαβὼν, καὶ χεῖρα συχνὴν ἣν αὐτὸς ἔπεισεν ἀναλίσκειν, εἰς δέον συνεφαπτομένην λαβὼν, τοὺς μὲν μιαροὺς ἐκείνους ναοὺς εἰς ἔδαφος καταβάλλει, ἱεροὺς δὲ ἀνταναστήσι, καὶ μοναχοὺς ἐπιπέμπει θερμὸν τῷ ζήλῳ πνέοντας, καὶ τὴν πίστιν ἄριστα διηκριβωμένους. Πρὸς δὲ καὶ Μελτοὺς ἀκούσας τῆς Ἀρειανικῆς εἴσω θήρας κειμένους, οὕτως ἀντιτεχνᾶται τῇ πονηρίᾳ, μρεσβυτέρους

ἅμα καὶ διακόνους καὶ τοὺς τὰ θεῖας ὑπαναγινώ- A σκοντας βίβλους, τὰ μὲν τῆς γλώττης ὁμοίως καὶ συγγενῶς ἔχοντας, ὑγιαίνοντας δὲ τὴν πίστιν λαῶν, καὶ αὐτοὺς συμμεμίχθαι τούτοις παρασκευασας, ἀστείως οὕτω καὶ τεχνικῶς πρὸς τὴν ὑγιᾶ πίστιν αὐτοὺς ἐπάγεται. Ὡς δὲ [Ἴσ. Ὃς δὲ] καὶ Σκυθῶν ἄλλο γένος μαθών, οἳ παρὰ τὰς τοῦ Ἴστρου ῥοὰς οἰκοῦντές εἰσι, διψῆν μὲν τοῦ τῆς εὐσεβείας νάματος, τοῦ δὲ ποτίσοντος ἀπορεῖν, γνώριμα Λεοντίῳ ταῦτα τῷ τῆς Ἀγκύρας ἐπισκόπῳ ποιεῖ. Καὶ ἐπεὶ ἐκεῖνος ἀνδρῶν εὐπορῶν ἦν τῶν πρὸς ταῦτα ἐπιτηδείων, τοιούτους ἐκεῖθεν λαβών, καὶ οἷς ἔφημεν ἐπιπέμψας Σκύθαις, ὁδηγεῖ πρὸς ἀλήθειαν. Πρὸς τούτοις τὴν Μαρκίωνος αἵρεσιν εἴς τινας τῶν τῆς Ἀνατολῆς κωμῶν μαθὼν ὑφέρπουσαν, καὶ συχνοὺς ὑποκλέπτουσαν, οὐκ ἀνεκτῶς ἔσχεν, οὐδ' ἀναβολαῖς καὶ χρόνοις ἐπέτρεψε τὸ γιγνόμενον, ἀλλ' εὐθὺς βασιλικῇ δυνάμει καὶ τῇ παρ' ἑαυτοῦ χρησάμενος αὐθεντίᾳ, γράμμασί τε πρὸς τοῦτο τοὺς ἐκ γειτόνων ἐπισκόπους διαναστήσας, ὥς τινα φθορὰν καὶ νόσον οὐ τὰ μέτρια λυμαίνεσθαι δυναμένην, μακρὰν γενέσθαι τῆς Ἐκκλησίας παρασκευάζει. Ἀλλ' ὅπως μὲν αὐτῷ κατὰ Παῦλον ἡ μέριμνα πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν ἦν, μετρίως ἤδη δεδήλωται.

ΚΑ'. Δεῖ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμνησθῆναι, οἷς ἐκεῖνος, τῆς γλώττης αὐτῷ σιωπὴν ἐχούσης, ἠσχόλητο, καὶ οἵων ἔργων καὶ οἰκονομιῶν ἥπτετο. Τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐπισκεψάμενος ἀναλώματα, καὶ εὑρὼν οὐκ εἰς δέον πάμπολλα δαπανώμενα, ταύτην μὲν, ὥς τινα φορὰν ἄλογον, ἵστησι τὴν δαπάνην· μετοχετεύει δὲ πρὸς θεοφιλῆ τῷ ὄντι καὶ φιλάνθρωπον ἀφορμήν· καὶ νοσοκομεῖα τοῖς ξένοις ὁ τῷ Θεῷ ἐγγίζων οἰκοδομήσας, ἐκεῖ τὰ περιττὰ ῥέειν παρασκευάζει, πρεσβυτέρους τε ἐπιτάξας, καὶ αὐτοὺς τῶν ἄγαν εὐλαβῶν καὶ ἀζύγων, ἀλλὰ καὶ ἰατρῶν τοὺς δοκιμωτάτους εἰς τὴν τῶν ἀσθενῶν ἐπιμέλειαν. Ἕτερον ἔργον αὐτῷ καὶ φροντὶς ἥκιστα μετρία, τὸ τῶν χηρῶν τάγμα. Ἄσπερ δὴ κατιδὼν οὐ τεταγμένως, ἀλλὰ πλημμελῶς ἐχούσας, διαιρεῖ μὲν καλῶς, οἰκονομεῖ δὲ καὶ τὸ περὶ αὐτὰς φιλοθέως. Τούτων γὰρ ὅσαι καὶ φρεσὶν ἦσαν καὶ ἡλικίᾳ νεάζουσαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ πρὸς ἡδονὰς εὐπερίτρεπτοι, δευτέρῳ χρήσασθαι γάμῳ κελεύει, βέλτιον ἡγησάμενος τὸ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ταπεινότερον τοῦ μὴ χωρὶς φόβων ὑψηλοτέρου. Ταῖς μέντοι τὸν βίον σπουδαιοτέραις, καὶ ὅσαι τῶν ἄλλων ἀφηλικέστεραι καὶ μὴ ἔλαττον ἢ ἑξήκοντα ἔτη γεγόνασι, ταύταις δὴ νηστείαις μὲν σχολάζειν καὶ προσευχαῖς παραινεῖ, λουτρῶν δὲ ἀπέχεσθαι· καὶ πότων, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἐσθῆτα πολυτελείας. Οὐδὲ τοῦτο ἀκόσμητον καὶ τῆς κατὰ λόγον οἰκονομίας ἔρτμον καταλείπει, ἀνδράσι λέγω καὶ γυναιξὶ τὰς εἰς τὴν ἱερὰν σύναξιν ἀπαντήσεις, ἀλλὰ διαιρεῖ κἀνταῦθα καλῶς, καὶ τοὺς μὲν νυκτὸς ὅτι πλείστους κελεύει φοιτᾷν, τὰς δὲ νυκτὸς μὲν οἰκουρεῖν, ἡμέρας δὲ κατὰ πολὺ τὸ πρόθυμον ἀπαντᾷν. Οὕτω ποιῶν καὶ ἔργοις ἑαυτὸν καὶ φροντίσι τοιαύταις ἐνασχολῶν, ἔσπευδε κατὰ

iis, qui se non recte habebant, admiscens, sic illos quoque comiter attrahit ad pietatem. Cum autem aliud quoque genus Scytharum, qui habitabant ad fluenta Danubii, accepisset, sitire quidem fluentum pietatis, opus vero habere eo, qui esset potaturus, hæc significat Leontio Ancyræ episcopo : et quoniam ille opus habebat viris ad hæc idoneis, cum tales illinc accepisset, et ad eos, quos diximus, Scythas, veluti quasdam stellas misisset ad occidentales, deducit ad veritatem. Præter hæc cum Marcionis hæresim rescivisset serpere in quosdam vicos Orientis, et multos corrumpere, non tulit toleranter, neque dilationibus et temporibus protraxit correctionem, sed statim simul quidem regia potentia, B simul autem sua quoque usus auctoritate, et litteris ad hoc simul vicinos excitans episcopos, tanquam morbum aliquem pestiferum, qui poterat non mediocre importare detrimentum, efficit abesse procul ab Ecclesia. Sed quemadmodum ille quidem, sicut divinus Paulus [18], erat sollicitus de omnibus Ecclesiis, sicut a nobis mediocriter, ita etiam vere fuit ostensum.

XXI. Oportet autem aliorum quoque meminisse, in quibus ille, lingua ejus tacente, erat occupatus, et quænam aggrediebatur opera. Cum considerasset impensas Ecclesiæ, et invenisset earum plurimas nequaquam consumi in ea, quæ oportebat, eum quidem sistit sumptum, tanquam modum quempiam inconsideratum, et traducit ad usum vere pium et C humanum : et cum peregrinis ædificasset nosocomia is, qui Deo appropinquabat, effecit ut illuc etiam affluerent, quæ sunt necessaria : eis presbyteros præficiens valde pios et conjugii expertes, et medicos quoque probatissimos ad curam gerendam ægrotorum. Erat autem hoc quoque ejus opus et cura non mediocris, nempe ordo viduarum. Nam cum eas vidisset præclarus non recte et ordine, sed prave se gerere, pulchre quidem dividit, non minus autem pie dispensat et administrat id, quod ad eas pertinebat. Quæcunque enim ex iis erant ætate juvenes, et ideo propensæ ad voluptates, jubet secundis uti nuptiis : melius esse arbitratus id, quod est in tuto, humile, quam sublime, quod non est sine metu. Iis autem, quæ erant vitæ me- D lioris, et ætatis aliis provectioris, ut quæ non essent natæ minus quam sexaginta annos, eis suadet ut vacent jejuniis et precibus : abstineant autem a lavacris et maxime conviviis, et a sumptuosis vestibus. Habes, studiose auditor, aliud quoque, cujus studio tenebatur, quod non est vile nec mediocre : nempe ad sacram synaxim adventum virorum et mulierum. Nam nec hoc quoque relinquit inordinatum, nec in periculum adductum, nec defectum dispensatione, quæ fit ex ratione. Sed hic quoque pulchre et tuto distribuit pro viribus : et viros

[18] II Cor. II, 28.

quidem jubet noctu simul ventitare et in multitudine, ut voluerint : mulieres vero noctu quidem servare domum : interdiu autem, venire prompto et alacri animo. Sic faciens, et in talibus versans operibus et sollicitudinibus, studebat, sicut Paulus esse omnibus sine offensione [19], et sicut ille omnibus sine sumptu præbebat Evangelium [20] : sic autem ipse quoque nullo ex iis quæ erant Ecclesiæ, et quibus secure licebat omnibus episcopis, nullo modo est usus, ut qui nunquam aspexerit ad delicias et recreationes. Quomodo enim, qui vix solum attingebat nutrimentum, convivia autem et compotationes ita fugiebat, sicut prius diximus, ut cum uullo vesci induceret in animum ? Quamobrem ? Satius enim fuerit dicere causam : visum est enim hoc multis asperum et ingratum, et affine reprehensioni. Primum quidem, quod cum ab ineunte ætate assuevisset jejunio, idque esset ei veluti coalitum et usitatum, a vinoque et quovis alio, quod est ventri gratum, omnino abstinuisset, adeo ut solo hordei succo viveret et carne superior, cibique et potus expers propemodum videretur : cum ille stomachum hac aspera et quæ nihil hilare habebat, vivendi ratione valde corrupisset, et effecisset ut ad nullum aliud sumendum nutrimentum esset idoneus, ægre poterat aliquid admittere ex iis, quæ aliis sunt grata. Et idoneo non lubenter aspiciebat aliquid, quod esset gratum gutturi et cum voluptate sumeretur. Atque hæc quidem est una causa, cur fugeret mensas, et cum aliis non iniret convivia. Deinde etiam, quod cum apud se judicasset, quod si induxisset in animum, ut communiter vesceretur cum iis, qui vel amicitia antecellunt aut dignitate, necesse habebit id etiam facere cum aliis. Nam quomodo conservari potuerit, ut nulli sit offensioni, neque cuiquam afferat molestiam? Sicque res ad multos transiens, non solum illi futura esset laboriosa et molesta, ut qui non esset versatus in rebus hujusmodi, sed etiam interruptura esset necessario et ea, quibus ipse vacare consueverat, orationem, inquam, et meditationem et rerum honestarum doctrinam : quibus adeo erat deditus, ut hoc sæpe parvum negligeret nutrimentum : tantum aberat, ut posset vacare mensis et aliis inutilibus et supervacaneis. Quamobrem satis apte poterat dicere illud Apostolicum: « Non licet nobis, relicto verbo Dei ministrare mensis [21] » Alioqui autem si visum ei esset hoc facere, necesse erat omnino, ut duorum alterum eveniret: nempe ut aut consueto alimento relicto, cogeretur vesci crassioribus et iis, quibus vescebantur convivæ : quod quidem non modo ei non conveniebat, sed nec omnino id facere poterat, cum male, ut diximus, esset ei affectus stomachus : aut si hoc fugeret, et tenui victu uteretur, iis qui convivabantur, gratis videretur et molestus : et quid aliud existimaretur, quam hoc facere superbiæ

A Παῦλον ἀπρόσκοπος εἶναι πᾶσι. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος ἀδάπανον ἐτίθει τὸ Εὐαγγέλιον, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς οὐδενὶ ἐκέχρητο τῶν τῆς Ἐκκλησίας, ὅσα γε προσήκει τοῖς ἐπισκόποις πόθεν, ὅς γε καὶ αὐτῆς μόλις φάναι τροφῆς ἥπτετο · συμπόσια δὲ καὶ φιλοτησίας οὕτω παρεῖδε, καὶ βιωτικωτέρας ἔκρινε ταῦτα φιλοτιμίας, ὡς μηδὲ συσσιτεῖν ἀνέχεσθαι μηδενί. Διὰ τί ; Οὐδὲ γὰρ χεῖρον ἀπολογήσασθαι, ἐπεὶ καὶ πολλοῖς σκληρὸν καὶ ἄφιλον ἔδοξε τοῦτο, καὶ τοῦ ψέγειν ἐγγύς. Πρῶτα μὲν ὅτι ἐκ νέου τῷ νηστεύειν συνεθιαθεὶς, καὶ σύντροφον αὐτῷ καὶ φίλον, εἴπερ τις ἕτερος, ποιησάμενος, οἴνου τε καὶ παντὸς ἑτέρου τοῦ γαστρὶ κεχαρισμένου παμπληθὲς ἀποσχόμενος εἰς τοσοῦτον, ὡς χυλῷ καὶ μόνῳ κριθῆς καθ' ἑαυτὸν ἀποζῆν, κρείττων τε σαρκὸς ὁρᾶσθαι καὶ σχεδὸν B ἧσσιτος τε καὶ ἄτροφος εἶναι, καί ὅσον ἐκ τούτου μηδὲ ζῆν πιστευόμενος, εἰς τί καταλήγει ; τῇ σκληρᾷ ταύτῃ καὶ οὐδὲν ἱλαρὸν ἐχούσῃ καὶ φιλάνθρωπον ἀγωγῇ τὸν στόμαχον διαφθείρας, χαλεπὸς ἦν προσέσθαι τι τῶν ἀσυνήθων καὶ στερεῶν · καὶ διὰ τοῦτο ἀηδῶς ἑώρα πρὸς πᾶν ὅ τι χάριέν ἐστι τῷ λαιμῷ, καὶ τὴν ὄρεξιν ἐκκαλεῖται. Αὕτη μὲν οὖν αἰτία μία τοῦ μὴ στέργειν αὐτὸν τὸ ὁμόσιτον. Ἔπειτα κρίνας καθ' ἑαυτὸν ἦν, ὡς εἴγε τισὶν ἀνάσχοιτο τῶν ἢ φιλίᾳ διαφερόντων, ἢ ἀξιώμασι, κοινῆς μετέχειν τραπέζης, ἀνάγκην ἕξει καὶ πρὸς ἑτέρους τοῦτο ποιεῖν. Ἐπεί πῶς ἂν μένοι καθαρὸν αὐτῷ τὸ ἀπροσωπόληπτόν τε καὶ ἀσκανδάλιστον ; Καὶ οὕτως εἰς πολλοὺς τὸ πρᾶγμα διαβατέον, οὐ μόνον ἔγκοπον ἐκείνῳ ἔσται καὶ ὀχληρὸν ἀμελετήτῳ πάνυ τοιούτων ὄντι περισπασμῶν, ἀλλὰ καὶ περικοπὴν C παρέξει τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ οἷς αὐτὸς εἴωθε σχολάζειν, προσευχῇ λέγω καὶ προσοχῇ, καὶ τῇ τῶν καλῶν διδαχῇ · ὧν οὕτως ἐγίνετο, ὡς καὶ αὐτῆς πολλάκις τῆς μικρᾶς ἐκείνης τροφῆς κατολιγωρεῖν, οὐχ ὅτι καὶ τραπέζαις ἔχειν διδόναι σχολήν, καὶ τοιούτοις ἀνονήτοις καὶ περιττοῖς, ἐφ' οἷς οὐδὲν ἦν ἀπᾴδον αὐτὸν λέγειν τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνό φημι· « Ὅτι οὐκ ἐξὸν ἡμῖν καταλιπόντας τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, τραπέζαις διακονεῖν. » Ἄλλως τε δὲ, κἂν ἔδοξεν αὐτῷ τοῦτο ποιεῖν, ἀνάγκη τῶν δύο πάντως συμβαίνειν θάτερον, ἢ ἀφάμενον τῆς συνήθους τροφῆς, ἀναγκάζεσθαι μετέχειν τῶν παχυτέρων, καὶ ὧν ὁ καιρὸς ἐδίδου τοὺς ὁμοσίτους μεταλαμβάνειν (ὅπερ οὐχ ὅπως αὐτῷ συμφέρον, ἀλλὰ καὶ ὅλως ἀδύνατον τοῦ στομάχου, καθάπερ ἔφην, διεφθορότος καὶ πονήρως D ἤδη διακειμένου), ἢ τοῦτο φεύγοντα, καὶ τῆς λεπτῆς ἐχόμενον καὶ μηδὲ πτηνοῖς ἀρκούσης τροφῆς, ἄκαιρον τοῖς συνεστιωμένοις ὑπειλῆφθαι καὶ φορτικὸν, καὶ τὸ ὅλον τύφου καὶ κενῆς δόξης πρᾶγμα διαπραττόμενον. Ἔργον μὲν οὖν αὐτῷ σπουδαιότατον, καὶ ὥσπερ δή φασι, καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον, τὸ τῇ προσευχῇ προσκεῖσθαι καὶ προσοχῇ, καὶ τοῖς εἰς Θεὸν αἴνοις. Πλὴν οὐδὲ τῶν κοινῶν ἠμέλει συνάξεων, καὶ ὅσα δὴ τὸν καιρὸν ἔχει τεταγμένον, οἷον νυκτερινῆς καὶ ὀρθρίου καί τῆς καθ' ἑσπέραν δοξολογίας, ἀλλὰ καὶ τὸ φθάσαι τοὺς ἄλλους τῆς νυκτὸς ἀναστάντα, καὶ

[19] I Cor. x, 32. [20] I Cor. ix, 13. [21] Act. vi, 2.

τὰς τοῦ ναοῦ πύλας πρῶτον ὑπανοῖξαι, Ἰωάννου φιλοτιμήματα. Ἦν δὲ ὁ γενναῖος οὐ συνιέναι μόνων ὀξύτατος τὰ μὴ τοῖς πολλοῖς ἔνδηλα τῶν Γραφῶν, εὐστόχως τε καταστοχάσασθαι τῆς τοῦ λέγοντος διανοίας (καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Σαλομῶντος, Ῥήσεις γνῶναι σοφῶν καὶ αἰνίγματα), ἀλλὰ καὶ ἑρμηνεῦσαι τὸ νοητὸν εὔληπτα καὶ διαφωτίσαι, καὶ τὸ τοῦ λόγου δῆλον αὐτῷ καὶ τυφλῷ θέσθαι, τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος εὐγλώττατός τε καὶ ἱκανώτατος. Τούτῳ πόθος μὲν ἦν καὶ πρὸς πάντας τοὺς σοφούς τε καὶ μακαρίους ἄνδρας, προφήτας φημὶ καὶ ἀποστόλους, καὶ ὅσοις δὴ θιὰ πνεύματος ὁ λόγος προήχθη, ἀμέλει καὶ ὅσαι ὧραι τῶν βιβλίων αὐτῶν εἴχετο, καὶ τοῖς ῥήμασιν ἐνετρύφα, (τῷ γὰρ ὁμοίῳ, φασὶ, τὸ ὅμοιον). Παύλῳ δὲ τῷ κήρυκι καὶ προσετετήκει, καὶ ἱμέροις τισὶν ἀποῤῥήτοις αὐτῷ συνήπτετο, καὶ λόγοις τοῖς ἐκείνου διέζη. Καὶ δῆλός ἐστι πολλαχῇ τῶν λόγων αὐτοῦ μεμνημένος, καὶ τοῦτο τροφὴν ἡδεταν ποιούμενος, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φλογὸς παραμύθιον. Ὅθεν καὶ κατὰ τοὺς ὁρμιεῖς ἐραστὰς καὶ πάνυ δικαιῶς ἔχοντας, καὶ ἡττᾶσθαι τούτου ὁμολογεῖ καὶ δυσαποσπάστως ἔχειν· καὶ ὡς ἀλλαχοῦ μὲν αὐτῷ ἡ ὁρμὴ τοῦ λόγου, τούτου δὲ εἰς μνήμην ἐλθόντι, καθάπερ ὑπό τινων ἁλῶναι δεσμῶν, καὶ ἐπὶ πολὺ συνεῖναι φιλεῖν, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἀπαλλαγῆναι δύνασθαι. Οὕτω πολὺς αὐτῷ καὶ ἀπόῤῥητος ὁ πρὸς Παῦλον πόθος, ὥστε ἁρμοζόντως εἰπεῖν, τοῦτο εἶναι Ἰωάννῃ Παῦλον, ὅπερ Παύλῳ Χριστὸς ἐτύγχανε, μᾶλλον δὲ καὶ Ἰωάννῃ κατὰ Παῦλον Χριστός· ἐπεὶ καὶ τοσοῦτοι κἀκείνου διὰ Χριστὸν οἱ πρὸς Παῦλον ἔρωτες.

causa et vanæ gloriæ? Sed de his quidem satis: oratio autem deinceps reliqua ordine persequatur. Maximum ergo in hoc ponebat studium, ut assidue versaretur in oratione et meditatione, et rerum honestarum doctrina et Dei laudatione. Sed neque communes negligebat congregationes, et ea, quæ tempus habent constitutum, utpote nocturnam, et matutinam, et quæ fit vespere, glorificationem. Quinetiam contendebat Joannes noctu procedens alios prævenire, et templi portas primum aperire. Hæc autem cujusmodi? Erat enim egregius Joannes acutissimus, non solum ad intelligendas Scripturas, quæ a vulgo non possunt comprehendi, et ad dicti conjiciendam germane sententiam ingeniosissimus, et ut dicit Salomon [22], ad cognoscenda dicta sapientum et ænigmata, sed etiam ad id, quod intellexerat, facile interpretandum et illustrandum, et ut dicitur, ad id vel cæco aperte ostendendum, eorum, qui fuerunt ex omni sæculo, facundissimus et maxime idoneus. Ejus quidem erat magnus amor in omnes, qui cum eo, quod pii fuerunt ex Deo, etiam vitam egerunt: prophetas, inquam, et apostolos, et quibus oratio per spiritum promanavit: in eorum certe libris versabatur assidue, et in eorum verbis maximam capiebat voluptatem. Simile enim, ut aiunt, simili delectatur. Paulo autem præconi totus adhærescebat, et ineffabili quodam desiderio erat conjunctus, et vivebat illius sermonibus. Nam aperte multis in locis verborum ejus meminit, idque magnas duçit esse delicias et internæ flammæ consolationem. Propter quam causam ille quoque similiter atque ii qui amant insane, et sunt valde inflammati, fatetur se ab eo esse superatum, et non posse ab eo divelli, et alicubi quidem in ipso impetu orationis, cum ille ei venisset in mentem, captus fuit veluti a quibusdam vinculis, et plurimum cum eo morari magnifacit, et non facile potest ab eo discedere. Tam magnus et tam ineffabilis fuit ejus amor in Paulum, ut qui sic dicit, vere dicat hoc Joanni esse Paulum, quod Paulo fuit Christus: imo vero Joanni quoque fuit Christus sicut Paulo. Nam tantus quoque illius propter Christum fuit amor in Paulum.

ΚΒ'. Τούτου ταῖς ἐπιστολαῖς ἐντυγχάνοντα τὸν μέγαν τοῦτον Ἰωάννην φημὶ, καὶ μελέτην αὐτὰς ἐμμελῆ καὶ τροφὴν ἡδίστην ποιούμενον, ἀλλὰ καὶ, ὡς οἷόν τε, δι' αὐτῶν, οἷος τὴν ψυχὴν ὁ Παῦλος, καταμαθεῖν γλιχόμενον ἔρως εἰσῆλθε τοῦ καὶ τὸν νοῦν ἐκφράσαι τὸν ἐν αὐταῖς, καὶ τὸ κάλλος καὶ βάθος, ὅπερ εἰσέτι τοῖς πολλοῖς ἄδηλον ἦν, ἐκκαλύψαι. Ἔργου τοιγαροῦν ἁψάμενος, καὶ πρὸς λέξιν ταύτας διερμηνεύων, ἐπδοιάζων πως καὶ ἀναδυόμενος καθ' ἑαυτὸν ἦν· καὶ τοῦτο δὲ πάντως ὑπὸ τοῦ σφόδρα φιλεῖν καὶ ἀρέσκειν ἀτεχνῶς βούλεσθαι. Τὸ δὲ ἀμφισβητούμενον οὕτως [ἴσ. τοῦτο] ἦν, εἰ τῷ Παύλῳ κατὰ γνώμην ὁ πόνος, εἰ καλῶς ἐφικνούμενός ἐστι τῆς αὐτοῦ διανοίας, καὶ μὴ πόῤῥω τῆς ἀληθείας βάλλων καὶ τοῦ σκοποῦ. Τοῦτο κατὰ νοῦν στρέφοντι καὶ διαποροῦντι, μάλα τε τοῦ Θεοῦ δεομένῳ διασαφῆσαι αὐτῷ τὸ ἀμφιβαλλόμενον· οὐκ εἰς μακρὰν ἐπιλύεται τὸ ζητούμενον· καὶ ἡ λύσις καθαρὰ, καὶ μηδὲν ἔχουσα δυσμαθὲς ἢ ἀμφίδοξον, ὁ δὲ τρόπος θαυμαστὸς οἷος. Καὶ γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐστὶ καὶ τῶν ὁδῶν

XXII. Cum ejus autem Epistolas legeret hic magnus Joannes, et in earum convenienti meditatione magnum studium poneret, quinetiam quoad ejus fieri posset, qualis esset animus Pauli, scire cuperet, eum subiit desiderium earum explicandi intelligentiam, et efficiendi, ut perveniri posset ad ejus profundum, quod a multis nondum recte cognoscebatur. Rem itaque aggressus, et illas ad verbum interpretans, apud se quodammodo dubitabat et differebat. Id autem ex eo oriebatur, quod illum valde diligeret, et ei vellet omnino placere. Id vero, de quo dubitabat, erat, num Paulo gratus esset ejus labor; an recte assequeretur mentem ejus, quem diligebat, et num longe a veritate abesset et a scopo. Hoc cum in mente versaret et dubitaret, et Deum valde rogaret, ut id, de quo dubitabat, ei notum fieret, non diu abfuit solutio. Modus autem qualis? Est enim revera Deo dignus et illius sapientia. Sed est attendendum. Habet enim varium quiddam et admirabile. Vir quidam, qui magistratum gesserat

[22] Prov. 1, 6.

et erat mundi splendore insignis, invido oculo conspectus et per calumniam delatus ad imperatorem (o acerbam invidiam et inimici improbitatem), a regia simul et honore expellitur. Cum autem vidisset se magna laborare inopia ejus, qui esset opem laturus, intelligens se esse infelicem et dominum habere adversum, et se ideo nemini curæ futurum, quoniam amicos nihil esse dicit tragœdia, si sit infelix quispiam, præterquam beatæ illi animæ, et quæ hujusmodi casuum moveri solet misericordia : et nulli alii similiter atque illi, libere loqui apud imperatorem, neque largiri mores, nec ipsam dignitatem: petit per aliquem intermedium, venire in beati conspectum. Quod cum rescivisset, noctu permisit ut veniret, utpote quod interdiu non futurum esset tutum alloqui. Jussit autem Dei cultori Proclo, qui erat ad hoc constitutus, ut cum venisset, ad eum facilem illi præberet aditum (10). Sed enim rursus est attendendum, afferet enim oratio voluptatem simul cum admiratione.

XXIII. Cum enim ille venisset et esset portas ingressus, vadit Proclus annuntiatum. Cum autem jam accessisset ad cubiculum, in quo labori magnus vacabat Joannes, et attentus erat interpretationi, ostio statim admovens oculos, et ut licebat per foramen aspiciens, videt Joannem, qui pergebat quidem scribere, et in eo erat diligenter occupatus, virum autem quemdam, capite calvum, qualis est Elisæi effigies, cui densa quidem erat promissa barba super humeros sensim cum beato congredi, et cum illo loqui in aurem. Hæc cum vidisset Proclus, existimabat aliquem, se non sentiente, esse ingressum, et ipsum esse, qui cum sancto loquebatur. Cum itaque illi significasset id quod fuerat suspicatus, rogabat ut exspectaret. Cum autem multum intercessisset temporis, et is, cujus præstolabatur exitum, nondum adesset, rursus vadit Proclus, eum urgente homine, ut si vidisset cessare colloquium, statim annuntiaret. Cum vero ille rursus per foramen aspiciens, vidisset esse attentam et seriam collocutionem, importunum et impudens esse arbitratus interpellare orationem, revertens dubitabat quisnam esset qui loquebatur, et quonam modo esset ingressus, cum non fuisset ei prius annuntiatum. Cum autem parum substitisset, vadit rursus, et cum rursus vidisset tam diligentem et tam seriam collocutionem, lignum vero jam pulsatum vocaret ad congregationem, accedens ad hominem, dixit eum de cætero non posse ipsum convenire usque ad finem matutinæ glorificationis : et protinus eum emittit, jubens eum redire postridie. Venit itaque homo ille, et Proclus statim vadit nihil cunctatus, et eadem rursus vidit, nihil cessante illa collocutione. Propterea ergo non ausus illum adhuc admonere, revertitur, tristis tristi vero apparens, et qui hoc nomine merito esset accusandus, quod homini, qui in mala talia inciderat, et tam grave tem-

ἄξιος. Ἀνήρ τις τῶν ἐν τέλει καὶ τῇ κατὰ κόσμον περιφανείᾳ διάσημος ὑπό του βασκάνῳ θεαθεὶς ὀφθαλμῷ, καὶ εἰς βασιλέα διαβληθεὶς, (φεῦ τοῦ πικροῦ φθόνου καὶ τῆς του ἐχθροῦ μοχθηρίας !) τῶν βασιλείων ἅμα καὶ τῆς τιμῆς ἀπελαύνεται. Ὡς δὲ καὶ πολλὴν ἐώρα τοῦ βοηθήσοντος ἐρημίαν, συνεὶς ὅτι δυστυχῶν οὕτω καὶ ἀντίξουν τὸν καιρὸν ἔχων, οὐδενὶ ἑτέρῳ φροντίδος ὀφθείη ἄξιος, ὅτι μὴ τῇ μακαρίᾳ ἐκείνῃ ψυχῇ καὶ συμπάσχειν τοῖς τοιούτοις προθυμουμένῃ, καὶ ὡς οὐκ ἄλλῳ τὸ πρὸς βασιλέα παῤῥησιάσασθαι οὔθ' ὁ τρόπος, οὔτ' αὐτὸ τὸ ἀξίωμα δίδωσιν ὡς ἐκείνῳ, αἰτεῖται διὰ μέσου τινὸς τῷ μακαρίῳ πρὸς ὄψιν ἐλθεῖν. Τὸν δὲ μαθόντα νυκτὸς ἐπιτρέψαι τὴν ἄφιξιν, ὡς τῆς ἡμέρας οὐκ ἀσφαλῆ τὴν ὁμιλίαν αὐτῷ θησομένης · ἐπιτρέψαι δὲ καὶ τῷ θεραπευτῇ Πρόκλῳ εἰς τοῦτο αὐτῷ [ἴσ. αὐτὸ] τεταγμένῳ, ἐπειδὰν ὁ ἀνὴρ ἀφίκοιτο, εὔθετον αὐτῷ διαθέσθαι τὴν πρὸς αὐτὸν εἴσοδον. Ἀλλὰ προσεκτέον τοῖς λεγομένοις · ἱκανὸς γὰρ ὁ λόγος ἡδονὴν ἐνθεῖναι ταῖς ἀκοαῖς μετὰ θαύματος.

ΚΓ'. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἀφίκετο καὶ εἴσω θυρῶν ἦν, ὁ Πρόκλος ἄπεισι προσαγγελῶν. Καὶ κοιτῶνι δὲ προσελθών, ἔνθα σχολάζων ὁ μέγας πόνου εἴχετο, καὶ τῇ ἑρμηνείᾳ προσκεκυφὼς ἦν, ἐν χρῷ θυρῶν τε τὸν ὀφθαλμὸν προσπελάσας καὶ δι' ὅπῆς, ὡς ἐγχωροῦν ἦν διαβλέψας, ὁρᾷ τὸν Ἰωάννην ἐχόμενον μὲν τοῦ γράφειν, καὶ αὐτῷ προσπονούμενον · ἄνδρα δέ τινα φαλακρὸν, οἷον αἱ εἰκόνες τὸν Ἐλισσαῖον ἔχουσι, πλατὺ τὸ γένειον καθειμένον ἐπὶ τῶν ὤμων ἠρέμα τῷ μακαρίῳ προσμίξαντα, καὶ πρὸς οὖς ἐκείνῳ διαλεγόμενον. Ταῦτα ἰδόντα τὸν Πρόκλον, ἔξωθέν τινα οἰηθῆναι παρὰ τὴν αὐτοῦ αἴσθησιν προσελθεῖν, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν τῷ ἁγίῳ διομιλούμενον. Γνωρίσας τοιγαροῦν ὃ ὑπέλῆφε, τῷ ἀνδρὶ προσμένειν κελεύει. Ὡς δὲ πολὺ τὸ μεταξὺ ἦν, καὶ ὁ προσδοκώμενος ἐξελθεῖν οὔπω παρῆν, ἄπεισι πάλιν ὁ Πρόκλος, τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τοῦτο διαναγκάσαντος, εἰ τὴν ὁμιλίαν παυομένην ἴδοι, προσαγγελῶν τῷ μακαρίῳ. Ὡς δὲ καὶ αὖθις διὰ τῆς ὀπῆς εἰσβλέψας ἑώρα προσεκτικὴν εἰσέτι καὶ διεγρηγορυῖαν τὴν ἔντευξιν, ἄκαιρον εἶναι καὶ ἰταμὸν ἡγησάμενος οὕτως ἔχοντα διακόψαι τὸν λόγον, ἐπανιὼν αὖθις διηπορεῖτο τίς τε εἴη ὁ λέγων, καὶ πῶς εἰσέλθοι, μὴ αὐτῷ πρότερον ἀγγελθέν. Βραχὺ τοίνυν ἐπισχὼν ἄπεισι πάλιν, καί ὁμοίως ἰδὼν ἀτενῆ καὶ ἔτι γινομένην τὴν ὁμιλίαν, ἐπεὶ καὶ τὸ ξύλον ἤδη κρουσθὲν εἰς τὴν σύναξιν παρεκάλει, προσελθὼν τῷ ἀνθρώπῳ, ἀνομίλητα τοῦ λοιποῦ τὰ πρὸς αὐτὸν εἶναι λέγει μέχρι τέλους τῆς τοῦ ὄρθρου δοξολογίας, καὶ εὐθὺς ἐκπέμπει διακελευσάμενος εἰς τὸν ὑστεραίαν ἐπανελθεῖν. Ἦκε τοιγαροῦν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὁ Πρόκλος μελλήσας οὐδὲν ἄπεισι, καὶ τὰ αὐτὰ πάλιν ὁρᾷ, μηδὲν ὑπενδούσης τῆς ὁμιλίας. Διὰ ταῦτα οὖν καὶ ἔτι τὴν ὑπόμνησιν μὴ θαῤῥήσας, ἐπάνεισι λυπηρῷ λυπηρὸς τῷ ἀνδρὶ φανεὶς, καὶ ἐγκαλεῖσθαι νομισθεὶς δίκαιος, ὅτι ἀνθρώπῳ ἀνθρωπίνοις ἐμπεσόντι κακοῖς, καὶ καιροῦ βαρύτητι χρησαμένῳ μὴ χρηστὸς φαίνοιτο, μηδὲ τὰ δυνατὰ συναιρόμενος, ἀλλ' ἑτέροις

(10) Vide de hac historia Damascenum *De imag.* orat. 1 : Leonem August. et cæteros.

χαρίζεται μᾶλλον, τὴν εἰς τὸν μέγαν εἴσοδον αὐτὸν ταῖς ἀναβολαῖς κατατρίβων. Ἐκείνου δὲ διαβεβαιοῦντος οὐδὲν εἶναι τοιοῦτον, ἀλλὰ παρὰ πᾶσαν αὐτοῦ αἴσθησιν τε καὶ γνῶσιν τοῦτο συμβαίνειν, ὡς ἤδη πολὺ μὲν τῆς νυκτὸς ἦνυστο, μηδὲν δὲ ἡ ἔντευξις ὑπελλάττοντο, πάλιν τὸ ξύλον κρουσθὲν, λύπης (φεῦ!) καὶ βαρυθυμίας μεστὸν τὸν ἄνθρωπον ἀποπέμπει, οὐ μὴν ὥστε καὶ ἀπογνῶναι τὴν εἰσαῦθις ἐπάνοδον. Τῷ δὲ Πρόκλῳ θαυμάζειν μὲν ἀτεχνῶς ἐπῆει· ἐγκαλεῖν δὲ παρῆν οὐδενί. ἑαυτῷ δὲ μέμφεσθαι μᾶλλον, ὡς παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀμέλειαν τοῦτο συμβαῖνον. Διὰ ταῦτα καὶ συνθήκας ἑαυτῷ τίθησι πάνυ βεβαίας μὴ προσέσθαι τροφὴν, μὴ ὕπνῳ εἴξαι, μὴ βραχὺ τῶν θυρῶν ἀποστῆναι, ἕως αὐτῷ γένοιτο ἢ τῷ ἀνθρώπῳ πρώτην θέσθαι τὴν εἴσοδον, ἢ μαθεῖν τίς εἴη ὁ καὶ ταῖς προλαβούσαις τὴν εἰσαγωγὴν ὑποκλέψας· ὡς δὲ οὕτω περὶ θυρῶν ἦν ὅμμασί γε καὶ ὠσὶν ἑστῶσι καὶ ὅλῳ προσέχων τῷ νῷ, τρίτη μὲν αὕτη νὺξ ἦν, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἤδη παρῆν. Εὐθὺς οὖν ὁ Πρόκλος ἀπαντήσας, Θάρσει, ἔφη· ἀκριβὴς γὰρ ἐγὼ σοι τὰ νῦν φύλαξ, καὶ οὐδεὶς εἰς δεῦρο πρὸς τὸν μέγαν εἰσέλθοι, ἀλλὰ πρῶτός τε καὶ μόνος αὐτὸς εἰσελεύσῃ, καὶ κατὰ σχολὴν ἐντεύξῃ, καθὼς σοι βούλημα. Τοῦτο εἰπὼν ἅπεισι διὰ τάχους, καὶ τῇ ὀπῇ τὸν ὀφθαλμὸν προσβαλὼν, καὶ πάλιν ὅμοια τοῖς προτέροις ἰδὼν, τὸν μὲν τὸ στόμα θατέρᾳ τῶν ἀκοῶν παραβάλλοντα, καὶ ὡς ἀπόῤῥητά τινα διαψιθυρίζοντα, τὸν δὲ χάρτην μεταχειρίζοντα καὶ ἐοικότα γράφειν τὰ εἰσηγούμενα, συνῆκεν ὁ Πρόκλος οὐκ ἀθεεὶ τήνδε τὴν ὄψιν γίνεσθαι, οὔτε μὴν εἶναι ἀνθρώπειόν τι τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ θεῖόν τι χρῆμα καὶ κρεῖττον ἢ κατ' ἄνθρωπον. Ἐπιστραφεὶς τοίνυν, Ἄπιθι, τῷ ἀνδρώπῳ φησὶ, καὶ καθ' ἑαυτὸν μένε τοῦ Θεοῦ δεόμενος. Εἰκὸς γάρ σου καὶ ἀβούλητον αὐτῷ τὴν εἴσοδον εἶναι, καὶ παρὰ τοῦτο κωλύεσθαι. Ἐπεί βέβαιον κείσθω σοι τοῦτο καὶ ἀναμφίλογον, μηδένα [ἴσ. μηδενὸς] τῶν περικειμένων σῶμα, ἀλλὰ θειοτέραν τινα καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς εἶναι τὴν ὁμιλίαν. Ἔχει γὰρ καὶ αὖθις ὁμοίως, ὡς αἱ προλαβοῦσαι δύο νύκτες μοι ἔδειξαν. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἀπῄει λύπῃ δεινῇ κάτοχος καὶ ἀπορίας κατάπλεως. Ἡμέρας δὲ ἤδη γενομένης, μνήμη τὸν μακάριον ὑπελθοῦσα μετακαλέσασθαι τὸν Πρόκλον ποιεῖ· Καὶ ποῦ, φησὶν, ὁ πρὸ τῆσδε τῆς τρίτης ὡς ἡμᾶς ἐλθεῖν ἀξιώτας, καὶ τοῦτο παρ' ἡμῶν λαβὼν κατὰ θέλησιν; Ὁ δὲ τρίτον, ἔφη, τῶν τριῶν ἐφεξῆς νυκτῶν παρεγένετο, καὶ παρέτεινε προσιμένων εἰς ὄρθρον. Ἀλλ' ἐπεὶ ἔτυχεν ἕτερον ὁμιλεῖν σοι, αὖθαδες ἐνομίσθη προσελθόντας ἐγκοπὴν δοῦναι τῷ λόγῳ. Τὸν δὲ θαυμάσαντα, Καὶ τίς, φάναι, ὁ προσελθὼν νυκτός μοι καὶ ὁμιλήσας; Εἶτα τὸν Πρόκλον, τούτῳ ἐοικὼς, εἰπεῖν, ὁ προσομιλῶν σοι, δείξαντα ἐπὶ τῆς εἰκόνος τον Παῦλον, ἥτις τῷ Ἰωάννῃ πρὸ ὀφθαλμῶν ἵστατο, καὶ ἦν συνεχῶς εἰωθεὶ προσβλέπειν· ὃς καὶ διεφαίνετο καθημένῳ σοι, φησὶ, κἀὶ τῇ Γραφῇ προσκειμένῳ ἠρέμα τοῖς ὤμοις ἐπικλινόμενος, καὶ πρὸς τὸ οὖς ὁμιλῶν (ὡς δὲ ἐμὲ οἴεσθαι) καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ταῖς ἀληθείαις ἐστίν. Ἔγνω τοιγαροῦν ὁ μέγας ἐπῄχθον αὐτοῦ γενέσθαι τὸ θεῖον, ἐφ' οἷς ἐζήτει μαθεῖν, εἰ κατὰ νοῦν τῷ Ἀποστόλῳ τῶν ἐπιστολῶν ἡ ἐξ-

pus erat perpessus, non se benignum præbuisset, neque quam poterat opem ferre, ei tulisset: sed aliis potius ad magnum Joannem præbens aditum, dilationibus eum sic protelaret. Proclo autem affirmante, nihil esse hujusmodi: sed se non sentiente nec sciente hoc accidisse, cum jam magna pars noctis esset transacta, nequaquam autem minueretur illa collocutio, lignum rursus pulsatum, plenum dolore et animi ægritudine amandat hominem, non tamen ita, ut futuri reditus spem abjiceret. Proclo vero admirari quidem, ut par erat, veniebat in mentem, sed neminem habebat, quem reprehenderet: sed de se potius querebatur, ut qui sua negligentia hoc putaret accidere. Quamobrem apud se omnino constituit, non cibum sumere, non somno ne nimium quidem cedere, neque a foribus omnino discedere, donec vel ipse primus homini daret aditum: ut saltem sciret, quisnam is sit, qui præcedentibus diebus clanculum fuit ingressus. Cum autem arrectis oculis et auribus staret pro foribus, et totum animum adhiberet, hæc quidem erat nox tertia, et homo jam aderat. Statim ergo Proclus ei factus obviam: Esto, inquit, bono animo: ego enim modo tibi fui custos diligens, neque ullus hucusque ad magnum ingressus fuit, sed tibi primo et soli ad eum erit ingrediendum, et eum per otium convenies, quantum voles. Hoc cum dixisset, accedit quamprimum, et cum foramini oculum admovisset, et vidisset similia prioribus, illum quidem os admoventem alteri ex auribus, et tanquam arcanum quodpiam ei communicantem et submurmurantem: hunc autem chartam habentem in manibus, et qui videbatur scriptis mandare ea, quæ dictabantur, intellexit Proclus non sine Dei numine hanc fieri visionem, neque humanum quidpiam esse, quod apparebat, sed rem divinam et quæ sit supra hominem. Conversus ergo, homini dixit: Abi, et mane apud te, Deum rogans. Consentaneum enim est eum nolle, ut tu ingrediaris, et te ideo prohiberi. Hoc enim pro certo habeas, nullius omnino ex iis qui sunt corporati, sed diviniorem quamdam et quæ est supra nos, esse sermonicationem. Habet enim rursus se similiter, sicut duæ præcedentes nocte jam mihi ostenderunt. Et ille quidem sic abiit, gravi dolore oppressus, et plenus dubitatione. Cum autem jam esset dies (neque enim sivit ille bonus conturbatum animum sic manere absque consolatione) recordatus sanctus, jubet accersiri Proclum, et, Ubi est ille, inquit, qui tribus ante diebus ad nos cupiebat accedere? Quod quidem a nobis haud gravate impetravit. Ille autem, Ter, inquit, tribus deinceps noctibus accessit, et permansit usque ad matutinum. Sed quoniam alius tecum loquebatur, existimavimus futurum esse nimiæ arrogantiæ, si accedentes interrumperemus tuam collocutionem. Is autem admiratus, Et quis, inquit, noctu ad nos accesserit, et quis nos convenerit? Deinde Proclus, Est quidem, inquit, omnino mihi ignotus: qui autem te alloquebatur, inquit, erat

huic similis, ostendens Pauli imaginem, quæ perpetuo stabat ante Joannem, et quam solebat assidue intueri: qui etiam videbatur tibi sedenti et scriptioni incumbenti sensim in humeros inclinare, et tecum loqui in aurem. Ut autem ego opinor, erat ille ipse revera. Cognovit itaque magnus Joannes se a Deo fuisse exauditum de iis, quæ cupiebat scire, an Paulo grata esset Epistolarum expositio : et ideo ostendisse illum ipsum Paulum, qui cum eo versabatur, et ei tanquam discipulo opem ferebat in oratione : imo vero, qui nihil amplius aflerebat, nisi quod iis, quæ dicebantur, solum servientem porrigebat dexteram. Cum sic sibi persuasisset Joannes, jussit quidem Proclum parum recedere. Ille autem inclusus, procedit in genua, et lacrymis plenos habens oculos, Deo magnas egit gratias, quod solvisset ea, quæ erant dubia. Deinde jussit Proclo, ne eum negligeret, qui petierat ut eum conveniret, sed juberet, ut nocte sequenti accederet. Dicit enim nihil tale amplius ab eo visum iri. Is autem vocatus accessit, et rogavit de iis, quæ erant proposita. Deinde Joannes nihil differens (quomodo enim, qui in talibus erat igni ardore similis?) imperatori quidem de eo significat : et ille quidem statim cessit : hic autem fuit revocatus, et priorem honorem rursus fuit assecutus. Aureus vero Joannes prompto et alacri animo repletus ex eo, quod illam divinam excepisset visionem, et tanquam discipulus in magistro haberet fiduciam, cum quæ restabant sacrarum illius Epistolarum, ad finem deduxisset et explicasset, dat Ecclesiæ divitias, quæ nunquam consummuntur.

A ἡγησις · καὶ διὰ τοῦτο δεῖξαι αὐτὸν ἐκεῖνον συνόντα τὸν Παῦλον, καὶ τοῦ λόγου καθάπερ δὴ καὶ μαθητῇ συναιρόμενον, καὶ τὸ ὅλον τοιαύτην γίνεσθαι τὴν ἐξήγησιν, οἵαν εἶναι τῷ Ἀποστόλῳ δοκοῦν, αὐτὸν οὐδὲν συνεισφέροντα πλέον, ὅτι μὴ μόνον ὑπηρετοῦσαν τὴν δεξιὰν παρέχοντα. Οὕτω πιστωθέντα τὸν Ἰωάννην κελεῦσαι τὸν Πρόκλον ἀποστῆναι μικρόν · ἐκεῖνον δὲ ἐγκλεισάμενον πρὸς γόνυ πεσεῖν, καὶ δακρύων ὑπόπλεω τοὺς ὀφθαλμοὺς θέμενον, πολλὴν τῷ Θεῷ χάριν τῆς τῶν ἠμφιβόλων ἐπιλύσεως καθομολογεῖν. Εἶθ' οὕτως ἐπιτρέψαι τῷ Πρόκλῳ, κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα τὸν ἄνθρωπον ἀγαγεῖν. Μηδὲν γὰρ ἔτι φησὶ τοιοῦτον ὀφθήσεσθαι, καὶ τὸν κληθέντα προσελθεῖν, καὶ ἀξιωσαι περὶ τῶν προκειμένων · εἶτα τὸν Ἰωάννην οὐδὲν ὑπερθέμενον (πῶς γὰρ, ὃς ἐν τοῖς τοσούτοις πυρὶ τὴν θερμότητα ἐοικὼς ἦν ;) τῷ βασιλεῖ γνωρίσαι περὶ αὐτοῦ · καὶ τὸν μὲν εὐθὺς εἶξαι, τὸν δὲ ἀναχληθῆναι, καὶ τῆς προτέρας αὖθις ἀξιωθῆναι τιμῆς. Ὁ μέντοι χρυσοῦς Ἰωάννης ὁρμῆς τε καὶ προθυμίας ἐκ τοῦ μαθεῖν περὶ τῆς θειοτέρας ἐκείνης ὄψεως ὑποπλησθεὶς, καὶ οἷα δὴ μαθητὴς τῷ διδασκάλῳ ἐπιθαῤῥήσας, τὰ ἐλλείποντα τῶν ἐπιστολῶν εἰς πέρας ἐνεγκὼν καὶ διασαφήσας, πλοῦτον δωρεῖται τῇ Ἐκκλησίᾳ μηδέποτε δαπανώμενον.

B

XXIV. Hæc ergo insignis et clara stella Ecclesiæ, et doctor accuratus, virtutis accensus zelo pro Ecclesia, et arguens sacerdotes, qui inique se gerebant: C qui etiam eos, qui non admittebant correctionem, a sacris arcens vestibulis, et non solis verbis castigans, sed etiam canonibus ecclesiasticis in tempore puniens improbitatem, visus est aliquando gravis, qui erat valde mitis et clemens. Quid enim si mel quoque mordet vulnera, in quibus inest ulcus? Visus est autem iis, qui erant omnino immedicabiles, et quorum curatio erat omnino desperata. Nam quis aut curandarum animarum peritior, aut in medicamentis, quæ pertinent ad curationem, nempe in oratione et in modis administrationis ac dispensationis, mitior ac benignior, sicut etiam jam antea ostendimus? Cæterum quamdiu circa solum quidem clerum consistebat reprehensio, et erat intra Ecclesiam, quæ videbatur, gravitas, non erat nimius dolor, nec in eum erat odium agreste et furiosum, sed remissum et tolerabile, nec procedebat extra labra concepta molestia. Cum autem in multos quoque, qui gerebant magistratus, processisset reprehensio (oportebat enim propter splendorem personarum, et quod et se et alios posset valde lædere, ut non esset remissa improbitas, tanquam impetus aquæ facile fluentis, et quæ fertur per plana, eam ejus verbis tanquam propugnaculis interrumpi : ne si esset absque ullo metu et libere se jactaret, fuse per omnia procederet, et multos induceret ad æmulationem propter libertatem eorum, quæ perpetrabantur). Cum sic faceret, et studeret,

ΚΔ'. Οὗτος τοιγαροῦν περιφανὴς τῆς Ἐκκλησίας ἀστὴρ, καὶ τῆς ἀρετῆς διδάσκαλος ἀκριβὴς, ζήλῳ ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας πυρούμενος, ἱερεῖς τε ἐλέγχων παρανομοῦντας, ἀλλὰ καὶ τὴν διόρθωσιν μὴ προσιεμένους τῶν ἱερῶν ἀπείργων προθύρων, οὐ λόγῳ τε μόνον παιδεύων, ἀλλὰ καὶ κανόσιν ἐκκλησιαστικοῖς ἐν καιρῷ κολάζων τὴν μοχθηρίαν, ἔδοξε ποτε καὶ βαρὺς ὃ λίαν ἐπιεικής τε καὶ ἡμερώτατος. Καὶ τί γάρ, εἰ καὶ τὸ μέλι δάκνειν οἶδε τὰ ἕλκος ἔχοντα τραύματα ; Ἔδοξε δὲ τοῖς ἀνίατα πάντως νοσοῦσι καὶ τὴν θεραπείαν ἀπεγνωσμένοις. Ἐπεὶ τίς οὕτως ἢ τὸ ἰατρεύειν ψυχὰς ἐμπειρότατος, ἢ τὰ πρὸς τὴν ἰατρείαν φάρμακα, τὸν λόγον δηλονότι καὶ τοὺς τῆς οἰκονομίας τρόπους, ἐμμελέστατός τε καὶ ἡπιώτατος, ὥσπερ ἤδη καὶ προλαβὼν ὁ λόγος ἐδήλωσε ; Πλὴν ἀλλ' ἕως μὲν περὶ τὸν κλῆρον οἱ ἔλεγχοι, καὶ εἴσω τῆς Ἐκκλησίας ἡ δοκοῦσα βαρύτης, οὐ πολὺ τὸ ἄχθος ἦν, οὐδὲ τὸ πρὸς αὐτὸν μῖσος ἄγριον ἤδη καὶ μανικὸν, ἀλλὰ φορητὸν καὶ ἐνδόσιμον, καὶ οὐ πόῤῥω χειλέων προβαῖνον τὸ δυσχερές. Ἐπεὶ δὲ καὶ κατὰ πολλῶν τῶν ἐν τέλει προήνεγκε τοὺς ἐλέγχους (ἔδει γὰρ διὰ τὸ τῶν προσώπων ἐπιφανὲς, καὶ τὸ μεγάλα βλάπτειν ἑαυτούς τε καὶ ἑτέρους δύνασθαι, ὥστε μὴ ἀδεᾶ καὶ ἄνετον εἶναι τὴν μοχθηρίαν, οἷα ῥύκην ὕδατος εὐπετῶς ῥέοντος καὶ διὰ λείου τοῦ παντὸς φερομένου. ἀλλὰ ἀνακεκόφθαι τοῖς αὐτοῦ λόγοις ὥσπερ ἐρύμασιν ἵνα μὴ τῷ ἄτρεστος εἶναι καὶ πεπαῤῥησιασμένη, χύδην δια πάντων χωρῇ, καὶ πολλοὺς ἐπάγηται πρὸς τὸν ζῆλον διὰ τὴν τῶν τολμωμένων ἐλευθερίαν). Ἐπεὶ οὖν οὕτως ἐποίει καὶ διορθοῦν αὐτοῖς ἔσπευδε τὸν βίον κακῶς καὶ ἀναγώ-

πεται, καὶ Ὁρᾷς, εἶπεν, ὦ πάτερ, ὡς τὰ Ῥωμαίων ἅπαντα τῇ ἐμῇ δεδούλωται ἐξουσίᾳ. Ἐπεὶ δὲ Ἰωάννης οὗτος ἐμοί τε μάλιστα δι' ἔχθρας ἐστὶ πάνυ μου καταλαζονευόμενος καὶ τὰ ἔσχατα εἰς ἡμᾶς ἐξυβρίζων, λέγεταί δέ τινα καὶ δόξαν πρεσβεύειν, τῆς Ἐκκλησίας ἀπᾴδουσαν, σοὶ τῶν ἐκκλησιῶν πασῶν τὴν ἀρχὴν ἐγὼ δίδωμι, καὶ ἀξιῶ σύνοδον κατ' αὐτοῦ συναγεῖραι, καὶ τοῦ θρόνου, καθάπερ ἐστὶ δίκαιον, αὐτὸν καθελεῖν. Ταῦτά τε ἔλεγε πρὸς αὐτὸν, καὶ σαφῆ τοῦ θυμοῦ τὰ ἴχνη κατὰ τῆς ὄψεως ὑπεδείκνυ, δήλη τε ἦν δεινόν τι καὶ ἄπαυστον κατὰ τοῦ σοφοῦ πέουσα, καὶ οὐκ ἂν πρότερον σβέσασα τοὺς θυμοὺς, εἰ μὴ τὰ ἐπὶ νοῦν αὐτῇ πρὸς πέρας ἀγάγοι. Τούτων ἀκούσας ὁ θαυμαστὸς Ἐπιφάνιος πράως εἶπεν· Ὦ τέκνον, των παρ' ἡμῶν ἄκουε. Εἰ μὲν αἵρεσίς τις Ἰωάννου κατηγοροῖτα, καὶ μὴ παρίῃ καλούμενος, ἢ καθαρὸν ταύτης ἑαυτὸν ἀποδείξων, ἢ μετανοίᾳ διορθώσων τὴν ἄγνοιαν, ἀνάξιος οὗτος ἐμοὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ τὸ κεκελευσμένον ὡς τάχιστα παρ' ὑμῶν γινέσθω. Εἰ δ' ὅτι κακῶς ὑμᾶς ἔλεξεν, ἀποβλητον αὐτὸν θέσθαι τῆς Ἐκκλησίας ἐκρίνατε, Ἐπιφάνιον ὑμῖν οὐχ ἕξετε συναινοῦντα. Βασιλέων γὰρ μάλιστα, τὸ μὴ ἐν τούτοις μνησικακεῖν, ἀλλὰ χρηστοὺς καὶ ἡμέρους ἑαυτοὺς ἐπιδείκνυσθαι· εἴπερ δὴ καὶ ὑμῖν βασιλεὺς ἐν οὐρανοῖς ἕτερος, οὗ κατα ἄθρωπον ἁμαρτάνοντες, φιλανθρώπου δεῖσθε τυγχάνειν διὰ τὴν πρὸς τοὺς ὁμογενεῖς χρηστότητα. Τούτων Εὐδοξία τῶν παρὰ γνώμην ἀκούσασα λόγων ἀνόητόν τι καὶ παρακεκινδυνευμένον διὰ τὴν τῆς λύπης ὑπερβολὴν ἀποφθέγγεται, Εἰ μὴ Ἰωάννης, εἰποῦσα, τὴν ὑπεροψίαν κατακριθῇ, τοὺς ναοὺς αὐτὴ διανοιγῆναι τῶν εἰδώλων κελεύσω, καὶ προσκυνητὰ ταῦτα τοῖς νῦν γενέσθαι παρασκευάτω. Τί πλέον εἰς κακίαν ἔσχεν Ἡρωδιὰς ἢ τὸν τοῦ ὁμωνύμου θάνατον ἐπισπεύσασα, πλὴν ὅτι μὴ τὰ πάθη διάφορα ἦν, καθ' ὃ τὴν μὲν ἀκολασίας εἶχε, τὴν δὲ πλεονεξίας ὑπερβολή; Ἀμφότεραι δὲ τῷ βούλεσθαι τοὺς ἐλέγχους ἐκκλῖναι, τὴν ἀμφοτερων ἀπαλλαγὴν ἐδίψησαν. Ὁ μέντοι θεῖος Ἐπιφάνιος πρὸς τὴν ἀτοπίαν τῶν εἰρημένων, Ἀθῶος, εἰπὼν, ἐγὼ τῆς τοιαύτης κρίσεως, εὐθὺς ἐξῄει. Φήμην δὲ ψευδῆς ἐκ τούτου τὰς ἁπάντων διέδραμεν ἀκοὰς, ὡς καὶ αὐτὸς Ἐπιφάνιος ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τοῦ πατριάρχου συνείποι τῇ Εὐδοξίᾳ. Ταῦτα δὲ καὶ τὸν μέγαν ἀκούσαντα τ' ἀληθὲς ἀγνοῆσαι, ἴσως τοῦ Θεοῦ κρύψαντος οἰκονομίᾳ δὴ θειοτέρᾳ, ἵνα τροπον ἕτερον ἀμφοτέρους δείξῃ τὰ ἑκατέρων προλέγοντας· ἢ γνῶναι μὲν Ἰωάννην οὐχ ὑγιὲς εἶναι τὸ φημιζόμενον, ἑκόντα δὲ τῇ τῶν πολλῶν ὑπολήψει συνθέσθαι, ἵνα ἐντεῦθεν λαῶν πρόφασιν Ἐπιφανίῳ τὸ μέλλον προαγορεύσῃ. Γράψαι τοιγαροῦν Ἐπιφανίῳ λόγος πρὸς ταῦτα τὸν πατριάρχην. Ἡ δὲ γραφὴ ἀφελῶς ἔχουσα καὶ συνήθως· Ἀδελφὲ Ἐπιφάνιε, ἀκήκοά σε ὡς τῇ ἐμῇ συνήνεσας ἐξορίᾳ· ἴσθι δὲ ὅτι μηδὲ αὐτὸς ἔτι τὸν θρόνον ὄψει τὸν σόν. Πρός ταῦτα τὸν ἱερὸν Ἐπιφάνιον πάλιν ἁπλοϊκοῖς ῥήμασιν ἀντιθράψαι, οἷσπερ δὴ καὶ αὐτὸς χρήσομαι· Ἀθλητὰ Ἰωάννη, παίου καὶ νίκα. Πλὴν οὐδὲ αὐτὸς φθάσεις τὸν τῆς ὑπεροψίας τόπον ἰδεῖν. Ἀψευδεῖς οὖν ἀμφοτέρων οἱ λόγοι δείκνυνται. Ὁ τε γὰρ Ἐπιφάνιος εἰς Κύπρον ἀποπλεύ-

A cersito statim Epiphanio, Vides, inquit, o pater, quemadmodum omnia quidem Romanorum sceptra mihi cedunt, et meæ subjecta sunt potestati: Joannes autem est adeo mihi infestus, et tanta est in me arrogantia, ut vel extrema afficiat contumelia. Dicitur autem etiam quamdam tenere opinionem, quæ discrepat ab Ecclesia. Tu vero (ego enim tibi do imperium in omnes Ecclesias, ut nihil tibi sit impedimento) vide ut adversus eum congreges synodum, et cum, ut justum est et honestum, e sede deponas. Hæc et dicebat, et vultu apertius ostendebat iræ in sanctum vestigia: et manifeste præ se ferebat, se grave et non cessaturum virus spirare in illum sapientem, nec exstincturam prius iracundiam, quam quod animo agitabat, deduxisset ad effectum. Hæc cum admirandus audiisset Epiphanius,

B non statuit iis, qui rerum potiebantur, in iis, quæ non oportebat, gratificari: nec tanti esse faciendum eis inservire, ut aliquid fiat præter id, quod Deo videtur: et ideo eam propius accedens: Non irato animo, sed benigne ac placide, o filia, a te audienda sunt, quæ nobis dicuntur. Si accusetur quidem Joannes alicujus hæresis, et non accedat vocatus, vel se purum ostensurus, vel pœnitentia correcturus ignorantiam, is mihi quidem videtur indignus sacerdotio, et quod est imperatum, quamprimum fiet a nobis. Sin autem, quod vobis maledixit, propter hanc solam causam visum est abdicatum esse Joannem ab Ecclesia, Epiphanium non habebitis assentientem. Est enim maxime imperatorum, pro-

C pter nihil ejusmodi meminisse acceptæ injuriæ, sed se bonos et benignos in omnes ostendere: siquidem vobis quoque est alius rex in cœlis: quem, cum ut homines peccatis, opus habetis benignum habere et propitium, propter suam mansuetudinem in eos, qui sunt ejusdem generis. Hæc verba cum audiisset Eudoxia non ex sua sententia, inconsideratum quiddam planeque, quod nimiam arguebat vecordiam et præcipitationem, propter nimium dolorem, vel, ut verius dicam, propter summam improbitatem, stolide est elocuta, dicens: Nisi Joannes fuerit e sede depositus, et exsilio (o audacem linguam) fuerit condemnatus, ipsa permittam aperiri templa simulacrorum: nec erit, qui nobis volentibus, sit impedimento, quo minus illa a quolibet adu-

D rentur. Quidnam habuit amplius Herodias, quos eam in vitio superaret, quæ magno studio contendit, ut fieret cædes ejus, qui erat ejusdem nominis, nisi quod non erant utrique eadem vitia: quandoquidem illa quidem insigni libidine, hæc autem immoderata laborabat avaritia? Ambæ autem, quod effugere vellent reprehensiones, ab ambobus sitierunt magnopere liberari. Divinus autem Epiphanius perculsus absurditate eorum, quæ dicebantur, cum dixisset, Ego judicii, quod sic habet, sum insons: protinus est egressus. Quædam autem falsa fama, quod ex hoc ad omnium aures pervasit, quod ipse quoque Epiphanius huic depositioni patriarchæ sit assensus, ad magnum usque Joannem pervadit.

ille vero aut verum ignoravit, fortasse quod Deus cum celasset, divina quadam providentia, ut alio modo efficeret ambos, quæ utriusque evenerunt, prædicere: aut scivit quidem Joannes non esse verum, quod fama ferebatur: libens autem assensus est multorum existimationi, ut sic Epiphanio futurum prædiceret. Fertur ergo patriarcha sic post hæc scripsisse ad Epiphanium : scripsit autem simpliciter et familiariter: Frater Epiphani, audivi te consensisse meæ relegationi (29). Scias autem nec teipsum tuam sedem visurum esse amplius. Ad hæc sacrosanctus Epiphanius simplicibus rursus verbis rescripsit, quibus ipse quoque utar : Athleta Joannes, feri et vince : sed nec ipse pervenies ad videndum locum exsilii, Vera autem fuerunt, quæ dicta sunt ab utrisque. Nam et Epiphanius cum statuisset navigare in Cyprum, decedit in navigatione : et admirabilis Joannes priusquam perveniret ad locum secundi exsilii, migravit ad Dominum. Hoc autem procedens oratio ostendet apertius.

σαι γνοὺς, περὶ τὸν πλοῦν τελευτᾷ· ὅ τε θαυμάσιος Ἰωάννης πρότερον ἢ ἐπιβῆναι τοῦ τόπου τῆς δευτέρας ὑπερορίας ἐκδημεῖ πρὸς Κύριον. Δηλώσει δὲ τοῦτο προϊὼν ὁ λόγος σαφέστερον.

XLIV. Non multum intercessit temporis, et statim cum pluribus episcopis Theophilus venit Constantinopolim, eum urgente Eudoxia, et ei præbente ingressum liberum ab omni metu, licebat autem tunc videre malorum examen, quod congregabatur et Theophilo opem ferebat ad sapientis Joannis depositionem. Quinam vero ii et undenam ad hoc fuere commoti (30)? quædam animæ non paucis peccatis obnoxiæ, et quæ erant plane incurabiles, de quibus prius quoque diximus: quos cum interruptus Joannis calculus, veluti lapis quidam Lydius, probasset esse indignos suggestu, moverat sacerdotio. Cum multis ergo, ut dictum est, episcopis Theophilus convenisset Eudoxiam, seorsim cum ea collocuti (31), ab ea in secretum admittuntur, muneribus donantur, adversus sanctum virum linguæ eorum conducuntur: se omnibus sententiis justum esse condemnaturos pollicentur. Cum tam iniquam conventionem iniissent egregii pastores, et innocenti sanguine animas potius quam manus intinxissent, exeunt, cum nihil horum adhuc venisset ad notitiam Arcadii. Sed rursus quoque dantur occasiones iis, qui eas quærebant et parturiebant improbitatem, sed quæ ne umbram quidem habebant veritatis, materiam tamen præbebant igni malarum actionum. Non multum enim intercessit temporis, cum partem quamdam libri Regum, divinæ scilicet Scripturæ, cum usus ita postularet, contexens magnus Joannes institutæ orationi, concionatus est in ecclesia. Ea autem ita se habebat : Congregate ad me sacerdotes dedecoris, qui comedunt mensam Jezabel, ut dicam eis sicut dixit Elias : Quousque claudicabitis utrisque poplitibus vestris ? Si Baal est Deus, ambulate post ipsum. Si autem Jezabel quoque mensa ipsa est Deus, comedentes evomite. Hinc illi sapientes in malitia, cum verba quædam tanquam arma apprehendissent et validum auxilium, accedunt ad Arcadium, duce hujus improbæ synagogæ Theophilo, alia quidem addentes, alia

ΜΔ'. Χρόνος ὀλίγος τὸ μεταξὺ, καὶ εὐθὺς σὺν πλείοσι τῶν ἐπισκόπων Θεόφιλος εἰς τὴν Κωνσταντίνου φοιτᾷ, ἐπισπευδούσης αὐτὸν Εὐδοξίας, καὶ κατὰ πᾶσαν ἄδειαν παρεχούσης αὐτῷ τὴν εἴσοδον· Ἦν δὲ ὁρᾷν τότε σμῆνος κακῶν ἀθροιζόμενον, καὶ Θεοφίλῳ πρὸς τὴν καθαίρεσιν τοῦ σοφοῦ συναιρόμενον. Τίνες οὗτοι, καὶ πόθεν ἄρα λαβόντες τὴν κίνησιν; Ψυχαὶ ἁμαρτίαις ἔνοχοι, καὶ ἀνιάτως ἔχουσαι τοῦ κακοῦ, καθάπερ καὶ λόγος ἤδη φθάσας ἐδήλωσεν, οὓς ἡ ἀδέκαστος Ἰωάννου ψῆφος ἐπὶ διαφόροις αἰτίαις ἀναξίους εἶναι τοῦ βήματος δοκιμάσασα, τῆς ἱερωσύνης ἀπέκρινε. Σὺν πολλοῖς οὖν, ὡς εἴρηται, τῶν ἐπισκόπων Θεόφιλος προσελθόντες τῇ Εὐδοξίᾳ, κατὰ μόνας τε κοινολογησάμενοι, μυσταγωγοῦνται παρ' αὐτῆς, φιλοφρονοῦνται δώροις, κατὰ τοῦ ἁγίου τὰς γλώσσας μισθοῦνται, πάσαις ψήφοις καταψηφίσασθαι τοῦ δικαίου συντίθενται. Τοιαύτην ἄνομον διομολογησάμενοι συμφωνίαν οἱ καλοὶ ποιμένες, καὶ ἐν αθῶῳ αἵματι τὰς ψυχὰς μᾶλλον ἐμβλάψαντες, οὐ τὰς χεῖρας, ἐξίασιν, οὐδὲν Ἀρκαδίῳ τούτων εἰς γνῶσιν ἐλθόν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ αὖθις ἀφορμαὶ δίδονται τοῖς ζητοῦσιν ἀφορμὰς, οὐδὲν μὲν ἀληθείας ἔχουσαι, οὐκ ὀλίγην δὲ ὕλην τῷ πυρὶ τῶν πονηρῶν παρασχοῦσαι, καὶ μεγάλην φλόγα τῶν πειρασμῶν ἀνάψασαι. Οὐ πολὺ γὰρ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ μέρος τι τῶν Βασιλειῶν ὁ μέγας, οὕτω συμβὰν κατὰ χρείαν τοῦ μετὰ χεῖρας σκοποῦ, τῷ λόγῳ συνείρας ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας δημηγορεῖ. Τὸ δὲ εἶχεν οὕτω· Συναγάγετε πρὸς μὲ τοὺς ἱερεῖς τῆς αἰσχύνης, ἐσθίοντας τράπεζαν Ἰεζάβελ, ἵν' εἴπω αὐτοῖς, ὡς Ἠλιοῦ ἔφη· « Ἕως πότε χωλανεῖτε ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις ὑμῶν ; εἰ ἔστι θεὸς ὁ Βάαλ, πορεύεσθε ὀπίσω αὐτοῦ. Εἰ δὲ καὶ τράπεζα Ἰεσάβελ αὕτη θεὸς φαγόντες ἐξεμέσατε. » Ἐντεῦθεν οἱ σοφοὶ τὴν κακίαν, δραξάμενοι τῶν ῥημάτων. Ἀρκαδίῳ προσίασι τὴν ῥῆσιν ἐπιδεικνύντες, ἡγουμένου τῆς συναγωγῆς Θεοφίλου, καὶ τὰ μὲν προστιθέντες παρ' ἑαυτῶν, τὰ δὲ καὶ παρεξηγούμενοι. Ἔλεγον δὲ καὶ ἔπειθον, ὡς αὐτοὶ μὲν ἦσαν, οἵ γε ἱερεῖς αἰσχύνης ἐλέχθησαν, Ἰεζάβελ δὲ ἡ βασιλὶς ἄντικρυς. Οὕτως

34* III Reg, XVIII, 1 seqq.

(29) Nullum adhuc in causa Chrysostomi agitatum fuisse judicium, ut vel opinari quidem posset Epiphanium in ejus relegationem consensisse, docet Bar. ; quare historiam hanc, et de mutuis episcoporum prophetiis tanquam commentitias rejicit. *Vide* Baron. ad an. 402.

(30) Quinam autem fuerint, qui contra Chrysostomum Theophilo faverint, *vide* Baron. tom. V. ad annum 403.

(31) *Vide* Niceph. c. 14, 15, 16, lib. XIII. Socr. lib. VI, c. 14 ; Soz. lib. VIII, c. 16, 17, 18, Baron, an. 403.

ὑποδίδωσι μὲν ἡ περὶ τὸν μέγαν τοῦ βασιλέως αἰδὼς, καὶ ὁ πόθος εἰς λύπην μεταχωρεῖ, καὶ δίδοται τοῖς πονηροῖς ἄδεια μετέρχεσθαι τὰ οἰκεῖα. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἁπλότης (ἵνα μὴ, κουφότης, λέγων, τῷ δυσφήμῳ φαίνωμαι χαριζόμενος), ῥᾳδία μὲν οἰκοδομῆσαι, ῥᾳδία δὲ τὰ οἰκοδομηθέντα κατενεγκεῖν· καὶ συνελόντα εἰπεῖν, ἄπιστος ἀκριβῶς καὶ τῷ παντὶ εὔπαράγωγος, ἀνέμου πεδίον, ὅ φασι, καὶ πρᾶγμα κατ' εὐχὴν τοῖς μοχθηροτέροις. Ἐντεῦθεν Εὐδοξία μὲν τῶν ἐπισκόπων, ὅσοι Θεοφίλου κατεῖπον πρότερον, τοὺς μὲν ἀγαθῶν παροχαῖς, τοὺς δὲ καὶ ἀβουλήτων ἐπιφοραῖς τοῦ λέγειν ἀπείργει. Θεόφιλος δὲ τῶν κατηγορούντων ἀπαλλαγεὶς, τὴν ἄρξασαν αὐτῷ χάριτος ἀδίκου τοῖς ἴσοις καὶ αὐτὸς, μᾶλλον δὲ πολλῷ μείζοσιν, ἀντιθεραπεύειν ἠξίου· καὶ τοὺς μὲν δώροις, τοὺς δὲ ἀπειλαῖς, τοὺς δὲ τρόποις ἑτέροις, οὓς εὑρίσκειν οἶδε μοχθηρία δυνάμεως ἐπιλαβομένη, παραπείσας, καὶ ὅλους τῆς ἰδίας γνώμης ἀναρτησάμενος, εἰς τοῦτο κακίας τὸ πᾶν ἐκίνησε καὶ συνήλασεν, ὡς ἐπιτρέψαι οἱ τοὺς κρατοῦντας σύνοδον κατὰ Ἰωάννου τὴν μεγίστην ἀθροῖσαι. Εὑρὼν δὲ δύο τῶν διακόνων, ὧν ὁ μὲν αἰείαν εἶχε μοιχείας, ὁ δὲ φόνου, καὶ παρὰ τοῦτο δὴ πρὸς τοῦ μεγάλου καθῃρημένους, τούτους ὁ γεννάδας κατὰ πολλὴν αὐθεντίαν τοῦ δεσμοῦ λύσας, λιβέλλους, ὧν ἐκεῖνος αὖθις δημιουργὸς ἦν, κατὰ τοῦ ἁγίου δοῦναι παρασκευάζει· λιβέλλους πλήρεις μὲν διαβολῶν ὄντως, ἴχνος δὲ ἀληθείας οὐδ' ὁτιοῦν ἔχοντας· πλὴν τοῦτο μόνον μετρίως αὐτῆς παραπτόμενον, εἰ καὶ μὴ πρὸς τὴν ἴσην ἔννοιαν, ἐλέγετο παρ' αὐτῶν, ὅτιπερ ὕδατος, ἢ οἴνου, ἢ παστίλλου μετὰ τὴν τῶν ἁγίων μετάληψιν ἀπογεύεσθαι παρῄνει. Καὶ τί τοῦτο; Εὐλάβειαν γὰρ νομοθετοῦντος ἦν, καὶ τὰ τῆς ἱερᾶς ἡμῶν ἀκριβοῦντος πίστεως, ὡς μὴ φθάσαι τινὶ τῶν ἐκπτυομένων καΐ μέρος τι τῶν ἁγιασμάτων συνεκπεσεῖν.

A autem perperam exponentes. Dicebant vero viri egregii et facile persuadebant, se quidem dictos fuisse sacerdotes dedecoris : revera enim erant : imperatricem autem esse aperte Jezabelem. Hinc factum est, ut imperatoris quidem in magnum Joannem cederet reverentia, et desiderium transiret in dolorem : daturque præda viris improbis. Ejusmodi enim res est simplicitas, ne dicam levitas et facilitas. Est facilis quidem ad ædificandum : quæ autem sunt jam ædificata, sunt facillima ad destruendum, et ut semel dicam, est omnino valde infidelis et ad ducendum facilis, vento campus, ut aiunt, et res optanda sceleratis. Sic Eudoxia ex episcopis quidem, qui de Theophilo prius male dixerant, alios quidem bonis oblatis, alios autem illatis malis arcet a dicendo. Theophilus autem liberatus B ab accusatoribus, ei quæ prius non justo ipsum affecerat beneficio, voluit parem atque adeo majorem referre gratiam : et cum alios quidem donis, alios vero minis, alios autem aliis modis, quos scit invenire malitia consecuta potentiam, persuasos ad suam traduxisset voluntatem, et effecisset ut toti a sua penderent sententia, ille tanta improbitate permiscuit et confudit omnia, ut qui rerum potiebantur, ei permitterent congregare synodum maximam adversus Joannem. Cum invenisset autem duos diaconos, quorum alter quidem erat reus adulterii, alter vero cædis, et ideo a magno Joanne fuerant depositi, eos vir ille egregius cum magna auctoritate (o sacræ leges) absolvisset, libellos, quorum ille rursus fuerat opifex, exhibere facit ad- C versus sanctum : libellos, qui erant pleni quidem calumniis, nullum autem habebant vestigium veritatis : nisi quod hoc solum moderate attingebant, etiamsi non ab eis eadem diceretur intelligentia, quod aquam vel vinum vel pastillum suadebat gustare post communionem iis, qui communicabant. Quid tum ? erat enim hoc ejus, qui statuebat ut adhiberetur cautio, et qui accurate tenebat ea, quæ sunt nostræ fidei, ne cuipiam contingeret cum iis, quæ exspuuntur, etiam ex sanctificatis aliquid excidere.

ΜΕ'. Ἡνίκα γοῦν τοὺς φλυάρους τούτους λιβέλλους ὁ δεδωκὼς εἴληφε, Σεβηριανὸν εὐθὺς καὶ Ἀκάκιον, πρὸς δὲ καὶ Ἀντίοχον, τοὺς ἀμάχους δὴ τῆς κακίας προμάχους, σὺν ἄλλοις τῶν ἐπισκόπων πλείοσι προσεταιρισάμενος ἔξω που τῆς πόλεως Ῥουφίνου δὲ ὁ ἀγρὸς ἦν, ὄνομα Δρῦς, ὑπὸ τῇ Χαλκηδόνι κείμενος), ἐν τούτῳ γενόμενοι τὰ περὶ τοῦ καθελεῖν τὸν μέγαν D συνέῤῥαπτον. Αὐτὸς μέντοι σὺν ἅμα τεσσαράκοντα ἐπισκόποις διομιλούμενος, πάνυ θαυμάζων ἦν πῶς ἐγκλήμασι τοιούτοις ἀγώγιμος ὢν Θεόφιλος, εἶτα παραστῆναι κελευσθεὶς, ὥστε λόγον χάριν αὐτῶν ὑποσχεῖν, ἀθρόον οὕτω τὰς τῶν κρατούντων ἴσχυσε γνώμας ἑλεῖν, ὡς μὴ μόνον μηδὲν ὑπὲρ τῶν οἰκείων εὐθύνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων σχεδὸν καταστῆναι κριτὴν οὐδὲν τὸ παράπαν εὐθυνομένων. Εἶτα παρῄνει μὴ μικροψυχεῖν, μηδὲ μέγα τι τὸ παρὸν νομίζειν, ἐνθυμουμένους τὸ, διὰ πολλῶν θλίψεων εἰσιτητήν τὴν τῶν οὐρανῶν εἶναι βασιλείαν. Πρὸς τούτοις ἠξίου μηδένα, λέγων, τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν, ἐμὴν χάριν,

XLV. Cum itaque nugaces hos libellos accepisset is qui dederat, et Acacium et Severianum, et præterea Antiochum, invictos, ut ita dicam, vitii propugnatores, cito in suam ascivisset societatem, extra civitatem (erat autem ager Ruffini, nomine Quercus, situs sub Chalcedone) de sancto de- D ponendo exsecrandi conferebant et contexebant consilia. Ipse vero versans simul cum quadraginta episcopis, valde mirabatur, quemadmodum talibus criminibus obnoxius Theophilus, et deinde adesse jussus et reddere rationem, tam repente eorum, qui rerum potiebantur, animos potuerit capere, ut non solum de suis causam non diceret, sed aliorum etiam propemodum esset judex, indicta ab eis omnino causa : deinde hortabatur, ne essent parvo et abjecto animo, nec tristitia afficerentur, ne hoc, quod erat præsens, quidpiam magnum esse ducerent, cogitantes quod per multas afflictiones sit intrandum regnum cœlorum ab iis

qui ipsum diligunt [35]. Deinde rogabat, ne quis sua causa vellet suam relinquere ecclesiam : Sed si vultis mihi, aiebat, gratificari, mementote nostri in vestris orationibus. Hæc dicens, postquam vidit eos vinci lacrymis, ecclesiam autem, ut magis ita dicam, deflere, eos recreabat spiritaliter, et indice sinistræ manus volam pulsans, ut solebat facere in curis animi: Satis, inquit, lamentationum. Quid enim vultis cor mihi frangere? Sed videte, ne relinquatis ecclesias, hoc enim, sicut prius dixi, volo a vobis, si quid aliud, fieri. Cum autem dixisset quidam : Sed necesse et nos manentes in ecclesiis, communicare cum insidiatoribus et dare manum iisdem subscriptionibus; beatus autem protinus: Sed permitto quidem, inquit, ut communices, te omnino abstinens ab ecclesiæ schismatibus, nequaquam autem subscribas, nulliüs enim rei mihi sum omnino conscius, cur deponar. Cum ii sic communiter colloquerentur, accedunt quidam afferentes litteras a Theophilo, quarum erat inscriptio: Sancta synodus (32) in Quercu congregata, Joanni : illum quidem adeo nude et tam ignominiose, ut ne nomen quidem darent episcopi, suam autem revera improbam synagogam, vocantes sanctam synodum. Videbantur enim eum condemnasse vel ante dictam causam, infames scilicet et exsecrandi eum, in quem non cadit reprehensio, estque purus et mundus. Quidnam autem continebant eæ litteræ? Libellos accepimus, qui erant pleni multis contra te accusationibus. Oportet ergo te venire, de eis redditurum rationem. Ad hæc Christi discipulus et imitans illius mansuetudinem, tres episcopos cum duobus presbyteris mittit ad eos, ipsum defensuros, sicut ille ipse scribit in epistola (33) ad Innocentium (is autem erat patriarchà Romanus), Misimus ad ipsum, dicens, episcopum Pessinuntis Demetrium, Apameæ Eulysium, et Apiareæ Lucipinum (34); presbyteros autem Germanum et Severum, cum ea, qua nos oportebat, moderatione respondentes, et dicentes nos non recusare judicium, sed apertum inimicum et hostem manifestum Qui enim nondum libellos acceperat, et talia ab initio fecerat, et se ab Ecclesiæ communione et precatione absciderat, accusatores adornabat, clerum transmovebat, et desertas reddebat ecclesias : quomodo is jure potuerit ascendere sedem judicis, quæ ad eum minime pertinet? Neque enim erat consentaneum, ut qui ex Ægypto erat profectus, esset judex iis, qui erant in Thracia, et qui ipse erat reus hostisque et inimicus. Sed tamen nihil horum reveritus, sed implere studens ea, quæ statuerat, cum nos significassemus esse paratos diluere crimina vel mille et centum præsentibus episcopis, et nos puros esse ostendere, sicut

A ἀπολιπεῖν · ἀλλ' εἴ τί μοι καὶ χαρίζεσθαι βούλεσθε, τοῦτο εἶναι καὶ τὸ μνημονεύειν ἡμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς. Ὡς δὲ ἑώρα συγχεομένους τοὺς δάκρυσι, τὴν Ἐκκλησίαν δὲ μᾶλλον εἰπεῖν ἀποδυρομένους, πατρικῶς ἀνελάμβανε, καὶ τῷ λιχανῷ δακτύλῳ τὸν ταρσὸν τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς ἐπικόπτων (οὕτω γάρ ἐν ταῖς ἐπὶ νοῦν φροντίσιν εἰώθει ποιεῖν), Ἄλις, εἶπε, τῶν θρήνων · τί μου συνθρύπτειν βούλεσθε τὴν καρδίαν ; ἀλλ' ὅπως τὰς ἐκκλησίας μὴ ἀπολίπητε · τοῦτο γὰρ ὑμῖν καὶ πρότερον ἔφην. Εἰπόντος δέ τινος, Ἀλλ' ἀνάγκη ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιμένοντας ἡμᾶς κοινωνῆσαι τοῖς ἐπιβούλοις τούτοις, καὶ χεῖρα δοῦναι ταῖς ἴσαις ὑπογραφαῖς · τὸν μακάριον εὐθύς, Ἀλλὰ κοινωνῆσαι μέν, εἶπεν, ἐπιτρέπω χάριν τοῦ μὴ σχίσματος ὑμᾶς αἰτίους καταστῆναι τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὑπο-

B γράψαι δὲ οὐδαμῶς. Σύνοιδα γὰρ οὐδὲν ἐμαυτῷ καθαιρέσεως ἄξιον. Τούτων οὕτω διαλεγομένων προσέρχονταί τινες γράμματα παρὰ Θεοφίλου κομίζοντες, ὧν ἡ ἐπιγραφή, Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐπὶ Δρυῶν συναθροισθεῖσα τῷ Ἰωάννῃ, ψιλῶς οὕτω καὶ ἀτίμως αὐτὸν ὀνομάζουσα, καὶ μηδὲ ἐπίσκοπον ἀξιοῦσα καλεῖν. Ἐῴκεισαν γὰρ καθαίρεσιν αὐτοῦ καταψηφίσασθαι καὶ πρὸ ἐξετάσεως τοῦ ἀληπτου καὶ καθαροῦ οἱ ἐπίῤῥητοι, καὶ κατάπτυστοι, καὶ μυρίων ἀναπεπλησμένοι κακῶν. Τίς δὲ καὶ ἡ τῶν ἐγκειμένων δύναμις ; Λιβέλλους ἐδεξάμεθα κατὰ σου πολλῶν ὄντας αἰτιαμάτων μεστούς. Χρὴ οὖν ἀπαντῆσαί σε τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ὑφέξοντα λόγον. Πρὸς ταῦτα ὁ Χριστοῦ μαθητὴς, καὶ τὴν ἐκείνου ζηλῶν ἐπιείκειαν, τρεῖς τῶν ἐπισκόπων ἐξαποστέλλας ἅμα δυοῖν πρεσβυτέροιν, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ἐν τῇ πρὸς Ἰννοκέντιον ἐπιστολῇ, Ἀπεστάλκαμεν, φησὶ, πρὸς αὐτὸν ἐπίσκοπον τὸν Πισινοῦντος Δημήτριον, τὸν Ἀπαμείας Ἐλύσιον, καὶ τὸν Ἀππιαρίας Λουπικῖνον · πρεσβυτέρους δὲ Γερμανὸν καὶ Σεβῆρον, μετὰ τῆς προσηκούσης ἡμῖν ἐπιεικείας ἀποκρινόμενοι καὶ λέγοντες, μὴ παραιτεῖσθαι κρίσιν, Ἀλλ' ἐχθρὸν πρόδηλον καὶ πολέμιον φανερόν. Ὁ γὰρ μηδέπω λιβέλλους δεξάμενος, καὶ τοιαῦτα ἐκ προοιμίων ποιήσας, καὶ ἀποῤῥήξας ἑαυτὸν Ἐκκλησίας, κοινωνίας, εὐχῆς, καὶ κατηγόρους ἀλείφων, καὶ κλῆρον μεθιστὰς, καὶ ἐκκλησίας ἐρημῶν, πῶς ἂν ἦ δίκαιος ἐπὶ τὸν τοῦ δικαστοῦ θρόνον ἀναβαίνειν οὐδαμόθεν αὐτῷ προσήκοντα ; Οὐδὲ γὰρ ἀκόλουθον ἦν τὸν ἐξ Αἰγύπτου τοῖς ἐν Θράκῃ δικάζειν, καὶ τὸν ὑπεύθυνον αἰτίαις ὄντα καὶ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων αἰδεσθεὶς, ἀλλ' ἅπερ βεβούλευτο, πληρῶσαι κατεπειγόμενος, ἡμῶν δηλωσάντων ὅτι ἕτοιμοι καὶ ἑκατὸν καὶ χιλίων ἐπισκόπων παρόντων ἀποδύσασθαι τὰ ἐγκλήματα καὶ δεῖξαι καθαροὺς ὄντας ἑαυτοὺς, ὥσπερ οὖν καὶ ἐσμέν, οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ' ἀπόντων ἡμῶν καὶ σύνοδον ἐπικαλουμένων, καὶ κρίσιν ἐπιζητούντων, καὶ οὐκ ἀκράσιν φευγόντων, ἀλλ' ἀπήχθειαν φανερὰν, καὶ κατηγόρους ἐδέχετο, καὶ τοὺς παρ' ἐμοῦ γενομένους ἀκοινωνή-

C

D

[35] Act. XXIV, 21.

(32) Synodus anno 403 a Theoph. congregatur; ad quam citatur Joannes Chrys. De hac synodo ad Quercum habita, vide tom. I *Conc. gen.* sub Innocent. I.

(33) Ex epistola Chrys. ad Innocentium Papam.

(34) Al. *Lupicinum.*

τους ἔλυσε καὶ παρ' αὐτῶν ἐπείνων τῶν οὔπω τὰ ἐγκλήματα διαλυσαμένων λιβέλλους ἐλάμβανε, καὶ ὑπομνήματα ἔπραττεν, ἅπερ πάντα παρὰ κανόνων ἀκολουθίαν ἦν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τὰ ἑξῆς ἡ καλὴ διέξεισι γλῶττα, καὶ παρὰ τοῦτο οὐ δεῖ λέγειν ἡμᾶς, παρὸν ἐκείνης ἀκούειν. Ἀπαγγελθείσης δὲ τοῖς περὶ Θεόφιλον τῆς ἀπολογίας, αὐτοὶ τὴν ἀλήθειαν τῶν εἰρημένων οὐκ ἐνεγκόντες, εἶτα κατὰ τῶν ἀπεσταλμένων τὴν ὀργὴν ἐκένουν, καὶ λαβόμενοι τούτων ἔτυψάν τε καὶ χιτῶνας αὐτῶν διέῤῥηξαν· πρὸς δὲ καὶ σιδήροις ἐνὸς τὸν τράχηλον περιέβαλον, ἅπερ ἔτυχον τότε τῷ πατριάρχῃ παρασκευάσαντες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ πονηροῦ ταύτῃ διαθέντος αὐτῶν τὴν καρδίαν, καὶ φυγάδα τοῦτον ἐν ἀφανεῖ καθιστῶσι τόπῳ, τὰ σίδηρα ταυτὶ περιβεβλημένον. Ἐκείνου τοιγαροῦν, ὡς προείρηται, αὐτοὺς μὲν, ἅτε ἐχθροὺς σαφεῖς ὄντας παραιτουμένου, σύνοδον δὲ κανονικὴν ἐπικαλουμένου, οἱ ταχεῖς αἷμα ἐκχέαι, καὶ μὴ παρόντος μηδὲ τὸ παράπαν τι ἀπολογουμένου καταψηφίζονται, σαθρά τινα λίαν, τοῦ ἀγγελικοῦ κατειπόντες βίου, παίζουσιν ἐοικότες μᾶλλον ἢ σπουδάζουσι, καὶ τὴν ἐν μακρῷ χρόνῳ διαμελετηθεῖσαν κακίαν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ συντελέσαι σπεύσαντες. Δεινὸν γάρ τι τὸ ψεῦδος καὶ δεινῶς εὐπτόητον· ἀμέλει καὶ τὴν πρᾶξιν ἐπιταχύνειν οἶδε, φεῦγον τὸν ἔλεγχον. Εἶτα σκεψάμενοι καὶ τὸν βασιλέα συνήγορον τῆς ψήφου λαβεῖν, ὥστε ἰσχυρότερον θεῖναι τὸ σπουδαζόμενον, συλλαβὰς αὐτῷ πέμπουσιν οὕτω ἐχούσας· Ἐπειδὴ κατηγορηθεὶς Ἰωάννης καὶ ἑαυτῷ χαλεπὰ συνειδὼς ἄλλα τε πλεῖστα, καὶ ὅτι καὶ καθοσιώσεως αἰτίᾳ ὑπόκειται (καθοσίωσιν δὲ ἄντικρυς τὴν πρὸς τὴν βασιλίδα διαφορὰν ὠνόμαζον) οὐκ ἠθέλησε πρὸς τὴν σύνοδον ἀπαντῆσαι, διὰ ταῦτα γοῦν καὶ κατὰ κανόνα ἤδη καθῃρέθη· καὶ τὸ λειπόμενον οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἐπιτρέψαι τὸ ὑμέτερον κράτος καὶ ἄκοντα τοῦτον εἰς τὴν ὑπερορίαν ἀπελαθῆναι. Ταῦτα τῶν καλῶν ἱερέων, καὶ βραδέων μὲν εἰς ὀργὴν ὀφειλόντων εἶναι, ταχέων δὲ εἰς χρηστότητα, ὧν οἱ ὀδόντες ὅπλα, καὶ βέλη, καὶ ἡ γλῶσσα, κατὰ τὸ θεῖον εἰπεῖν λόγιον, μάχαιρα ὀξεῖα. Εἶτα ἐπιτρέψαντος Ἀρκαδίου (πεπιστεύκει γὰρ ὡς ἱερεῖσιν αὐτοῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὰ κρυφῇ καὶ κατὰ διάνοιαν οὐχ ἱερεῦσιν, ἀλλὰ ἱεροσύλοις μᾶλλον ἐοικότες εἰσὶ), τί γίνεται; Κινεῖται μὲν ἅπας ὁ δῆμος, καὶ εἰς πολλὴν ἀθρόως στάσιν ἀνάπτεται· καὶ τοῦτο μὲν τοῦ βασιλέως καταβοᾷ, τοῦτο δὲ καὶ Θεοφίλου μᾶλλον τὴν κακίαν ἐλέγχει. Πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν τέως ἀπεχθῶς ἐχόντων μεταβαλόντες, μάτην ἔλεγον διαβεβλῆσθαι τὸν ἅγιον, μάρτυρα ἀψευδῆ τὸ συνειδὸς ἔχοντες, καὶ τὴν ἔκδηλον καὶ φανερὰν ὑποπτεύσαντες ἀλήθειαν. Τέλος ἰσχυροτέρας γενομένης τῆς πονηρίας, μᾶλλον δὲ τοῦ ἁγίου τοῦτο θελήσαντος, ἵνα μή τις καὶ τολμηθῇ κίνδυνος, ὥσπερ φίλον ἐν ταῖς τοιαύταις στάσεσι, πρὸς ἑσπέραν ἤδη βαθεῖαν ἐκβάλλεται, καθάπερ ἐν τῇ αὐτῇ πάλιν πρὸς Ἰννοκέντιον ἐπιστολῇ τῆς χρυσῆς γλώττης ἀκούειν ἔξεστιν οὕτω λεγούσης· Τί γὰρ δεῖ πολλὰ λέγειν; Οὐκ ἀπέστη πάντα ποιῶν καὶ πραγματευόμενος, ἕως ἡμᾶς μετὰ δυναστείας καὶ

A nunc sumus, non passus est : sed nobis absentibus et synodum invocantibus, et judicium requirentibus, et non auditionem fugientibus, sed apertas inimicitias, admisit accusatores, et eos qui excommunicati a me fuerant, absolvit, et ab iis ipsis, qui nondum crimina diluerant, accepit libellos, et exegit commentarios : quæ quidem erant omnia præter canonum consequentiam. Sed hæc quidem, et quæ deinceps sequuntur, egregia illa lingua recenset : et ideo non opus est, ut ea nos dicamus, cum illam audire liceat. Verum enim vero renuntiata defensione iis, qui erant cum Theophilo, ipsi non ferentes veritatem eorum, quæ dicebantur, (quomodo enim, qui spem posuerant mendacium, ut ait beatus Isaias [36], et exspectabant fore, ut eo

B tegerentur ?) iram effuderunt in eos, qui missi fuerant : eosque apprehensos vehementer verberarunt, et eorum tunicas disruperunt : quin etiam ferro, quod tunc parabant in patriarcham, collum unius circumdederunt : quin etiam cum malignus eorum corda sic affecisset, eum mittunt in exsilium, in quemdam locum obscurum et occultum, ferro sic circumdatum. Illo ergo eos, ut diximus, recusante, tanquam apertos inimicos, canonicum autem invocante concilium, qui erant veloces ad effundendum sanguinem, etiam non præsentem aut aliquid respondentem condemnant, cum imbecilla quædam maledicta in vitam congessissent angelicam, visi potius ludere, quam serio agere, et quæ longo tempore instructa et ordinata fuerat, malitiam uno die temere studentes effectam reddere.

C Res est enim timida mendacium, et quæ facile potest terreri : et ideo actionum exsecutionem novit accelerare, fugiens omnino, ne convincatur. Deinde cum considerassent fore sibi utile, si haberent imperatorem suæ defensorem sententiæ, ut quod improbe faciebant, redderent validius, ad eum mittunt litteras in hanc sententiam : Quoniam accusatus Joannes, et sibi cum aliorum plurimorum conscius, tum etiam, quod sit reus læsæ majestatis læsam plane majestatem nominantes, quæ ei cum imperatrice fuerat controversiam), non potuit sibi persuadere, ut veniret ad synodum ; propterea si exacte considerentur canones, jam est depositus, nihil restat, nisi ut vestra jubeat potenD tia eum vel invitum mitti in exsilium. Hæc sunt egregiorum illorum sacerdotum, qui debebant quidem esse tardi ad iram incitandam, urgere autem ad benignitatem : quibus ira ad similitudinem serpentis, et lingua (rursus enim nobiscum loquatur divinus David [37]) gladius acutus. Deinde cum jussisset Arcadius (eis enim credebat tanquam sacerdotibus, nesciens eos in interiori homine non esse sacerdotibus, sed potius sacrilegis similes), quid fit ? Movetur quidem universus populus, ut qui sensisset id, quod non erat faciendum, et repente in magnam accenditur seditionem : et par-

36 Isa. XXVIII, 15. 37 Psal. LXI 5 ; XXXVI, 14.

tim quidem vociferatur adversus imperatorem, partim autem Theophili quoque et multo magis arguit improbitatem. Multi enim etiam ex iis, qui erant ei infensi, jam mutati, dicebant fuisse sanctum temere accusatum, incorruptum testem habentes omnes conscientiam, apertamque et evidentem reverentes veritatem : tandem autem cum plus valuisset improbitas, imo vero cum justus Joannes hoc voluisset, ne aliquod oriretur periculum, ut solet accidere in talibus seditionibus, profundo vespere expellitur, sicut ipsam linguam auream licet audire in epistola ad Innocentium, quæ sic dicit : Quid enim multa opus est dicere ? Non destitit omnia facere et moliri, donec nos cum multa potestate et auctoritate e civitate ejecit et ex ecclesia, et profundo vespere, attracto omni populo, tractus a magistratu civitatis, per mediam civitatem, et per vim deductus sum, in navem immissus, et noctu navigavi, quoniam invocabam synodum ad justam auditionem. Quis hæc audiverit sine lacrymis, etiamsi cor habuerit lapideum? Sed sic quidem expulsus, appellit ad os Ponti, quod vocant Sacrum. Deinde etiam transit Prænetum, aut ab iis potius, qui agebant, transmittitur. Bonus autem Theophilus, postquam evenit, ut ex animi sententia fierent quæ volebat, mittit etiam litteras ad Innocentium Romanum episcopum, eis significans Joannis depositionem. Qui cum legisset litteras, et in eis vidisset multam insidere perversitatem, ne voluit quidem respondere, ut qui eum magnæ temeritatis damnasset et arrogantiæ, quod et solus scripsisset, et quod non aperte scripsisset, quanam de causa et cum quibus eum deposuisset. Hinc causam Heraclidis, quem magnus ille Joannes Ephesi constituerat antistitem, tractans Theophilus, et ex eo illi beato tentans labem inurere, ipsum etiam judicavit non præsentem, dicens, quod aliquos injuste verberasset, et per medium forum vinctos catena circumduxisset. Civibus autem contra dicentibus, non oportere absentes judicari, volentibus vero Alexandrinis attendere accusatores Heraclidis, ex eo orta est seditio : ex seditione autem ventum est ad manus : ex eo vero ad vulnera, ea autem mors quoque est consecuta, quorum omnium Theophilus dictus est et fuit causa. Hæc summe irritarunt Byzantinos, et eum quærebant perdere, et in profundum maris mittere eum qui erat dignus : ille autem posquam sensit persequentes, fuga statim sibi consuluit, et penetralia subiit Ægypti. Quod autem neque prius perturbator jure Dioscoro irascebatur, neque veram et accuratam defendens pietatem erat infestus libris Origenis, sed hinc captabat occasionem deponendi Joannis, ostendit id, quod est postea consecutum. Nam simul atque perfecit quod studebat, cum monachis statim fœdus iniit ; libros autem admisit (35), quos prius abdicarat synodice. Sed vult etiam reliqua persequi oratio.

A αὐθεντίας πάσης τῆς τε πόλεως καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐξέβαλε · καὶ πρὸς ἑσπέραν βαθεῖαν τοῦ δήμου παντὸς ἐπισωρομένου, ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ Κυριόσσου τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει, καὶ πρὸς βίαν συρόμενος κατηγόμην, καὶ εἰς πλοῖον ἐνεβαλόμην, καὶ διὰ νυκτὸς ἔπλεον, ἐπειδὴ σύνοδον πρὸς δικαίαν ἀκρόασιν ἐπεκαλούμην. Τίς ταῦτα ἀδακρυτί, κἂν λιθίνην ἔχῃ διένοιαν, ἀκούσειεν ; Ἀλλ' οὕτω μὲν αὐτὸς Ἐκβληθεὶς τῷ τοῦ Πόντου στόματι, ὃ καὶ Ἱερὸν καλοῦσι, προσίσχει. Εἶτα καὶ εἰς Πραίνετον διαβαίνει, ἢ ὑπὸ τῶν ἀγόντων μᾶλλον μεταβιβάζεται. Ὁ δὲ χρηστὸς Θεόφιλος, ἐπεὶ γέγονεν αὐτῷ τελέσαι τὰ κατὰ γνώμην, γράμματα καὶ πρὸς Ἰννοκέντιον τοῦτον τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον πέμπει, δήλην αὐτῷ καθιστὰς τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν · ὃς καὶ τοῖς γράμμασιν ἐντυχὼν, οὐδὲ ἀντιγράφων ὅλως ἔκρινεν ἀξιοῦν, πολλὴν αὐτοῦ προπέτειαν καὶ τῦφον κατεγνωκὼς, ὅτι τε μόνος γράψοι, καὶ ὅτι μηδὲ δηλώσοι σαφῶς οὗ χάριν καθεῖλε, καὶ μετὰ τίνων. Ἐντεῦθεν τὰ κατὰ Ἡρακλείδην, ὃν ὁ μέγας Ἐφέσου πρόεδρον καταστήσας ἦν, ἀναψηλαφῶν ὁ Θεόφιλος, καὶ μῶμον ἐκ τούτου περιάψειν τῷ μακαρίῳ πειρώμενος, καὶ αὐτὸν ἔκρινε μὴ παρόντα, ὡς εἴη τινας ἀδίκως τυπτήσας, καὶ διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς περιενεγκὼν ἀλύσει δεσμίους. Ἀντιλεγόντων οὖν τῶν τῆς πόλεως μὴ δεῖν κατὰ ἀπόντων δικάζειν, Ἀλεξανδρέων δὲ ἀξιούντων τοῖς Ἡρακλείδου κατηγόροις προσέχειν, στάσις ἐκ τούτου φύεται · ἐκ δὲ τῆς, συμπλοκαὶ χειρῶν · ἐκ τούτων, τραύματα · τούτοις δὲ καὶ θάνατος ἠκολούθει · ὧν πάντων Θεόφιλος αἴτιος ἐλέγετο, καὶ ἦν. Ταῦτα Κυζαντίους ἠρέθισεν ἄκρως, καὶ διολέσαι αὐτὸν ἐζήτουν, καὶ βυθοῖς ἐκδοῦναι τοῖς θαλαττίοις. Ὁ δὲ τῶν διωκόντων ὡς ἤσθετο, φυγὰς εὐθὺς ᾤχετο, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους εἰσέδυ μυχούς. Ὅτι δὲ οὐδὲ πρότερον ὁ ταραχοποιὸς οὑτοσὶ θυμῷ δικαίῳ τοῖς περὶ Διόσκορον χολούμενος ἦν, οὔτε μὲν εὐσεβεῖ λογισμῷ ταῖς Ὠριγένους ἀπήχθετο βίβλοις, ἀλλ' ἀφορμὰς ἐντεῦθεν ἑαυτῷ πορίζων πρὸς τὴν τοῦ ἁγίου καθαίρεσιν, τὸ μετὰ ταῦτα δηλοῖ. Ὁμοῦ τε γὰρ τὸ σπουδαζόμενον αὐτῷ διήνυστο, καὶ παραχρῆμα τοῖς μοναχοῖς μὲν ἐσπένδετο, τὰς βίβλους δὲ παρεδέχετο, ἃς τέως συνοδικῶς ἀπεκήρυττεν, Ἀλλ' ὁ λόγος ἐπιέναι καὶ τὰ λοιπὰ βούλεται.

XLVI. Interim enim, dum hæc fierent, Deus terræmotu terrefecit civitatem, communesque eam agitabant conquassationes, et graves terrores imperatorio imminebant cubiculo: adeo ut populus tu-

Μϛ'. Ἐν ὅσῳ γὰρ ἐπράττετο ταῦτα, νύκτωρ τὴν πόλιν ἔσεισεν ὁ Θεὸς, καὶ θραῦσις καὶ δείματά τινα τῷ βασιλικῷ συμπέπτωκε κοιτῶνι, ὡς καὶ θορύβου τὸ πλῆθος ὁποπλησθῆναι, καὶ μέγα βοῶντας ἀνακαλεῖ-

(35) Theophilum Origenis errores tantum, non omnes libros damnasse, ex Ecclesiæ catholicæ sententia, quæ ejus Commentarios ita legit, ut ab ejus erroribus esse cavendum admoneat, docet Baronius tom. V *Annal.* an. 403.

σθαι τὸν ἱερέα. Καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτίκα κέντρῳ τινὶ λυμης τὴν καρδίαν πληγεὶς, μετάμελός τε γεγόνει, καὶ γράμμασι βασιλικοῖς τὴν Ἰωάννου ἀνάκλησιν ἐπισπεύδει. Πέμπει δὲ μετὰ τῶν γραμμάτων καὶ Βρίσωνα τὸν εὐνοῦχον, τινικαῦτα τῇ βασιλίδι Εὐδοξίᾳ ὑπηρετούμενον· ὃς τὸν ἅγιον ἐν Πραινέτῳ καταλαχὼν ὑπὸ τῶν ἐγχειρισθέντων φρουρούμενον, ἐπανελθεῖν ἠξίου καὶ τῇ πόλει στῆσαι τὸν κίνδυνον. Μετ' αὐτὸν δὲ ἄλλοι, καὶ μετ' ἐκείνους ἕτεροι, καὶ πλήρης οὕτω τῶν πεμπομένων ὁ Βόσπορος. Ἐπεὶ οὖν ὑποστρέφειν αὐτὸν ἔγνωσαν ἡ πόλις (τρίτη δὲ ἦν ἐπὶ δεκάτῃ τῷ Νοεμβρίῳ), πῶς ἂν τις τῶν ἐξιόντων ἀριθμήσοι τὸ πλῆθος, πῶς ἐκφράσοι τὴν ἡδονήν; τῶν ποταμῶν γὰρ ἀτεχνῶς ἐμιμοῦντο τὰ ῥεύματα. Καὶ μυστὴ μὲν ἡ θάλαττα πορθμείων, μεστὴ δὲ ἤχων, μεστὴ δὲ ᾀσμάτων καὶ ὑμνῳδίας. Τοιαῦτα δύναται πάθος ψυχαῖς ἐντακείς ἀνδρὸς πολλήν τε ἀρετὴν ἔχοντος, καὶ ὠφελεῖν πλεῖστα δυναμένου, καὶ πατρικῶς στέργοντος. Τοῦτο τεκμήριον ἀκριβὲς ὑπῆρξεν ἧς ἀπέλαυον ἡδονῆς οἱ τῆς χρυσῆς ταύτης γλώττης ἐντρυφῶντες τοῖς ῥεύμασι. Τὸ γὰρ οὕτως αὐτὸν ἀπειληφότας ἡσθῆναι, σαφῶς ἐδήλου τὴν στέρησιν λύπης αἰτίαν αὐτοῖς καταστῆναι. Λύπη δὲ πολλὴ μετὰ στέρησιν, ἴσην εἶναι προϋπάρχουσαν ἡδονὴν μαρτυρεῖ. Ἐπεὶ τοίνυν ἐπανιὼν ἔγγιστά που τῆς πόλεως γίνεται, οὐ πρότερον εἰσελθεῖν ἠξίου, πρὶν ἂν μείζονι κριτηρίῳ τὰ κατ' ἐκεῖνον ἐπιτραπῇ. Ἀλλὰ τὸ πλῆθος ἠσχάλλε, καὶ τόλμης ἥπτετο, καὶ τοὺς κρατοῦντας ἐλοιδορεῖτο, ἕως ἅπαντες εἰς ταυτὸν συνελθόντες, καὶ τὰ μὲν δεήσει χρησάμενοι, τὰ δὲ καὶ προσβιασάμενοι, πείθουσι μόλις ἐπιβῆναι τῆς πόλεως. Ὡς δὲ καὶ τῷ θρόνῳ καθίζειν ἔμελλον, ἰσχυρῶς ἀντεῖχετο, πάλιν δεῖν, λέγων, τὰ ψηφισθέντα δοκιμασθῆναι πρότερον καθολικωτέρας τυχόντα ἐπικρίσεως. Ἀλλ' ὁ τοῦ λαοῦ κρειττων γίνεται πόθος (ἐγλίχοντο γὰρ τῆς μελιχρᾶς ἐπακοῦσαι γλώττης, ἧς συνήθως ἀπέλαυον), καὶ εἰς τὸν πατριαρχικὸν οὕτως ἀναγουσι θρόνον. Ὁ δὲ πάντας τε ἡδέως εἶδε, καὶ ὥσπερ ἔθος, τὴν εἰρήνην αὐτοῖς ἐπηύξατο. Οὕτω μὲν ἡ Ἐκκλησία τὸν ἑαυτῆς νυμφίον ἀπολαβοῦσα, καὶ τὸ περιελθὸν αὐτῇ τέως σκυθρωπὸν λύσασα, ἥνθει καὶ ἔθαλλε ταῖς ποτίμοις αὐτῶν τῶν λόγων ἀρδευομένη πηγαῖς. Ἀλλ', ὦ φθόνε, κακὸν ἄμαγον! Σοὶ γὰρ ὅλως οὐκ ἦν ἠρεμεῖν, οὐδέ τινο κόρον ἔσχες τῶν κατ' αὐτοῦ προσβολῶν, ἕως, ἀγριε καὶ ἀτίθασσε, τέλεον αὐτὸν ἀποῤῥῆξαι, καὶ μακρὰν θεῖναι τῆς ποίμνης ἴσχυσας, αἴ, αἴ, τὸν καλὸν ποιμένα, καὶ ὀφθαλμοῖς ἀγρύπνοις αὐτῆς προϊστάμενον. Πλὴν ἀλλὰ τίνα τρόπον πάντα συνέῤῥη, καὶ πόθεν ἡ ἀφορμὴ τῷ φθόνῳ τοῦ τοσοῦδε κακοῦ;

A multu impleretur, et magna voce clamans, revocaret sacerdotem. Quin etiam ipse quoque imperator vehementi stimulo tristitiæ in corde sauciatus, movetur pœnitentia, et litteris imperatoriis quamprimum magnum illum revocat. Brison autem erat, cui datæ fuerunt litteræ, unus ex eunuchis, qui ministrabant Eudoxiæ. Qui cum pervenisset ad sanctum, qui Præneti asservabatur in custodia, rogavit ut veniret et civitatem liberaret a periculo. Sed non ad Brisonem usque constitit ejus reditus studium et acceleratio : sed post ipsum alii, et post illos alii. Sicque fuit Bosphorus plenus eorum, qui mittebantur. Cum itaque eum redire agnovisset civitas (erat autem decimus tertius Novembris), quemadmodum enumerarit quispiam multitudinem eorum, qui exibant? Quomodo explicarit studium in egrediendo? B Quomodo expresserit voluptatem? Plane enim imitabantur fluenta fluviorum, cum alii aliis agminatim succederent. Et erat quidem mare plenum navigiis, plenum autem sonitu canticisque et hymnis, qui Deo cum magna voluptate canebantur. Hoc potest insidens animæ viri desiderium, qui virtute quidem est ornatus, est autem sortitus populi administrationem, et eum amat paterne. Hoc est evidens argumentum voluptatis, qua tunc fruebantur, qui jucundis se explebant fluentis aureæ hujus linguæ. Quod enim, qui eum exceperunt, adeo sunt læti, id ostendebat privationem fuisse causam magni doloris. Magnus autem dolor, post privationem, testatur omnino fuisse parem antea voluptatem. Cum ergo re- C vertens, esset proxime civitatem, nolebat prius ingredi, quam majori judicio res ejus committeretur: sed populus ægre ferebat, et ad audendum jam se parabat, et eos, qui rerum potiebantur, insectabatur maledictis, donec omnes in idem convenientes, et partim quidem utentes precibus, partim autem vim afferentes (audaciæ enim aliquid habet desiderium) vix tandem persuadent ascendere civitatem. Cum vero essent eum in sede collocaturi, ipse rursus resistit vehementius, dicens opotere ea, quæ prius sunt decreta, examinari, et omnino magis generale assequi judicium. Sed vicit populi judicium, quod erat fortius omnibus : et sic eum rursus in sedem reducunt patriarchalem. Ille autem et omnes lubenter aspexit, et, ut mos est, pacem eis est precatus. Et sic quidem Ecclesia cum D suum sponsum accepisset, et quæ eam circumsistebat, tunc solvisset tristitiam, florebat et germinabat irrigata suavissimis verborum ejus fontibus. Sed, o invidia, malum invictum, malum, quod semper bonis insidiatur. Tibi enim omnino non licebat quiescere, neque ulla te cepit satietas continuorum insultuum, donec, o sæva et agrestis, eum valuisti omnino abrumpere et procul a grege removere, heu! heu! bonum pastorem, et qui vigilantibus oculis ei præerat. Sed quonam modo hæc evenerunt, et undenam rursus invidiæ tanti mali occasio?

ΜΖ'. Στήλη τις ἀργυρᾶ τῆς βασιλίδος ἐγγύς που τοῦ ἱεροῦ, ᾧ Σοφία ἐπώνυμον, ἐπὶ κίονος ἦν. Ἐν ταύτῃ συνήθως δημώδεις ἠθροίζοντο παιδιαί. Ὅθπερ ὁ μέγας ὄῤῥιν εἶναι τοῦ ναοῦ λογισάμενος, διὰ τὸ

XLVII. Statua quædam argentea imperatricis prope templum, cui cognomen est Sophia, erat super columnam. In ea de more fiebant ludi quidam publici. Quod quidem cum magnus ille recte

reputasset esse templi contumeliam (ad sacros enim, qui canebantur hymnos, confusæ et inordinatæ voces contra resonabant),sæpe autem adhortatus, non potuisset facere ut cessarent,linguam laxat in eos,qui hæc jubebant fieri. Itaque Eudoxia rursus ad se trahens ea quæ dicebantur, et existimans omnia ad se referri, graviori telo iræ sauciata,erat intolerabilis,nec poterat cohiberi,quantum efficere poterat, universum evertere aggrediens, et nihil aliud effectum reddere machinans, quam opportune eum ulcisci,qui visus fuerat eam afficere injuria(36). Rursus ergo statim congregabatur synodus (37),et litteræ mittebantur imperatoriæ, quæ et alios episcopos et eos, qui nuper accusatores fuerant,evocabant. Cum autem non esset eis honesta causa movendi ea, quorum jam fuerat accusatus, ars tamen non defuit malitiæ. Ad eum enim, qui in rebus ejusmodi erat ingeniosissimus, et ad hæc construenda solertissimus,nempe ad Theophilum, statuerunt scribere, ut vel veniret quamprimum, vel modum eis rursus suggereret,per quem possent adversus Joannis summam contendere veritatem. Ipse autem,ut qui quomodo fugisset esset memor, venire quidem ad eos recusavit, ut quod non esset sibi conducibile : mittit autem tres suis episcopis, eis dato canone ad accusationem (38),quem prius proposuerunt Ariani adversus validum Ecclesiæ propugnaculum,nempe Athanasium,qui dicit : Si quis episcopus aut presbyter juste aut etiam injuste depositus,per se redierit absque synodo Ecclesiæ, ei non detur amplius locus defensionis. Atque sic quidem is,cui nullus erat per improbitate, cochlear Ecclesiæ, Libyca plane fera, ex Ægypto Proteus, jussit eos dicere qui ab ipso missi fuerant, nihil aliud volens efficere, quam ut sic sua esset firma ac rata sententia, et ne viro egregio daretur locus diluendi calumnias, quæ ei objectæ fuerant. Sed ille non vulpinam,sed leoninam potius pellem induens, nempe veritatem, dicit nec se in judicio fuisse,neque accusationem audivisse,neque omnino habuisse tempus ad defensionem : ab imperatore autem fuisse expulsum, et ab illo rursus vel invitum introductum : alioqui autem se scire hunc canonem fuisse compositum ab Arianis : et quoniam non recte se habebat, a Sardicensi synodo fuisse abrogatum (39).Deinde cum simul cum Acacio et Antiocho et aliis calumniatoribus ex parte quoque Joannis decem ingressi fuissent ad imperatorem,et illi quidem affirmarent, dictum canonem esse firmum et validum,ut qui aperte factus esset ab orthodoxis : hi autem dicerent, eum esse et mentis et linguæ hæreticæ, et maligne ab eis esse inventum.Quamobrem sæpe ab Ecclesia injuste ex-

A τοὶς ἱεροῖς ὕμνοις ᾀδομένοις ἀτάκτους τε καὶ ἀσήμους ἀντηχεῖσθαι φωνὰς, ἐπεὶ πολλὰ παραινέσας παύειν οὐκ εἶχε, παραχωρεῖ τῇ γλώττῃ κατὰ τῶν ταῦτα γενέσθαι κελευόντων. Ἡ τοίνυν Εὐδοξία πάλιν εἰς ἑαυτὴν ἔλκουσα τὰ λεγόμενα, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀνᾱφέρεσθαι τὸ πᾶν οἰομένη, βαρυτέρῳ τυπεῖσα τοῦ θυμοῦ κέντρῳ ἀφόρητός τε καὶ ἀκάθεκτος ἦν, γῇ θάλασσαν μιγνῦσα, καὶ τὸ πᾶν στρέφουα, οὐδὲν ἄλλο περαίνειν βουλομένη πρότερον, ἢ ἀμύνασθαι τὸν δύζαντα ὑβρικέναι. Εὐθὺς οὖν σύνοδος ἐκροτεῖτο πάλιν, καὶ βασιλικὰ πρὸς τούτῳ γράμματα διεπέμποντο, ἄλλους τε τῶν ἐπισκόπων, καὶ τοὺς πρώην κατηγόρους μετακαλούμενα. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἦν αὐτοῖς εὐπρόσωπος ἀφορμὴ τοῦ τὰ ἤδη κατηγορηθέντα κινεῖν, ὅμως οὐκ ἄσπορον κατέστη τοῖς πονηροῖς, B μαθεῖν ἐκ ἑτέρου σπουδάσασιν, ὃ γνῶναι παρ' ἑαυτῶν ἄπορον ἦν. Τί οὖν σκέπτονται, καί ποῖ φέρονται ; Πρὸς τὸν σοφὸν τὰ τοιαῦτα καὶ πυριμώτατον κακουργεῖν γράφειν ἔγνωσαν, καὶ παρ' αὐτοῦ διδαχθῆναι τὴν τῶν ἀπορουμένων εὕρεσιν. Γράφουσιν οὖν Θεοφίλῳ ἢ ἀπαντῆσαι τὸ τάχος πάλις, ἢ τρόπον αὐτοῖς ὑποθέσθαι, δι' οὗ ἂν δυνηθεῖεν πρὸς τὴν πολλὴν Ἰωάννου διαπαλαίειν ἀλήθειαν. Αὐτὸς οὖν συνειδὼς, ὅπως ἀπέδρα πρότερον, τὸ μὲν ἀπαντῆσαι, ἅτε μὴ λυσιτελοῦν αὐτῷ, παρητήσατο· τρεῖς δὲ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων ἐκπέμπει, κανόνα δοὺς εἰς κατηγορίαν, οὗ Ἀρειανοὶ πρότερον κατὰ τοῦ στερρροῦ τῆς Ἐκκλησίας ἐρείσματος Ἀθανασίου προέτειναν, Εἴ τις ἐπίσκοπος, λέγοντα, ἢ πρεσβύτερος δικαίως ἢ καὶ ἀδίκως καθαιρεθείς, ἑαυτῷ ἐπανέλθοι συνόδου δίχα τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῷ τοιούτῳ μηκέτι δίδοσθαι C χώραν ἀπολογίας. Οὕτω μὲν οὖν ὁ μηδενί τὴν πονηρίαν ἰσούμενος, ὁ τῆς Ἐκκλησίας δολίδυξ, τὸ Λιβυκὸν θηρίον, ὁ ἐξ Αἰγύπτου Πρωτεὺς, οὕτως ἐκεῖνος τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεισιν ἐπέτρεψε λέγειν, οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὴν αὐτοῦ βουλόμενος ψῆφον κρατεῖν, καὶ μηδὲ χώραν δοθῆναι τῷ μακαρίῳ τὰς διαβολὰς ἀποδύσασθαι. Αὐτὸς δὲ μήτε δικάσασθαι ἔφη, μήτε γραφῆς ἀκοῦσαι, μήθ' ὅλως καιροῦ τυχεῖν εἰς ἀπολογίαν· ὑπὸ βασιλέως δὲ ἐξωσθῆναι, καὶ παρ' ἐκείνου πάλιν εἰσαχθῆναι, καὶ μὴ βουλόμενος· ἄλλως τε δὲ καὶ τόν κανόνα τοῦτον ὑπ' Ἀρειανῶν οἶδα συντεθέντα, καὶ ὅτι μὴ καλῶς εἶχεν, ὑπὸ τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου διαστράφέντα· εἶτα τοῖς περὶ Ἀκάκιον καὶ Ἀντίοχον, Σεβηριανὸν τε καὶ Κυρῖνον, καὶ τοῦ μέρους Ἰωάννου δέκα συνεισεβθόντων εἰς βασιλέα, καὶ τῶν μὲν διατεινομένων τὸν ἤδη λεχθέντα συντηρεῖσθοι κανόνα, D ὡς γε καὶ ὑπὸ ὀρθοδόξων συντεθειμένον, τῶν δὲ αἱρετικῆς αὐτὸν φρενὸς εἶναι λεγόντων, καὶ ὑπὸ τούτων κακούρθως ἐξευρημένον, ἀνθ' ὧν πολλάκις τῆς Ἐκκλησίας ἀδίκως ἀπελαθεὶς Ἀθανάσιος, εἶτα καιροῦ τυγχάνων ἑαυτῷ ἐπεισήει· καὶ ὅτιπερ Ἰωάννης οὐδὲ καθήρηται πρότερον, ἀλλ' οὕτως ὑπὸ κό-

(36) Baronius justiorem commotionis causam Joannis contra Eudoxiam astruit, quod ejus simulacrum scilicet,non solum Constantinop. veneraretur sed per provincias etiam Ethnicorum instar circumferretur. Vide præd. Baron. ad an. 404.

(37) Anno 404. Iterum cogitur synodus contra virum Dei. Vide Niceph. lib. XIII, c. 17 ; Socr. lib. XI, c. 16 ; Sozom. lib. VIII, cap. 20, 21 ; Bar. ad an. 404.

(38) Erat hic canon concilii Antiocheni in Encæniis, ab Arianis celebrati, ut notat Bar.

(39) *Concil. Sardic. c.* 3.

μητος ἐξελαυνεται, καὶ οὐδὲ ἑαυτῷ ἐπεισῆλθεν, ἀλλὰ τῷ σῷ κράτει, φησὶν, εἶξας, ὦ βασιλεῦ, μᾶλλον δὲ βιασθείς. Τέλος ὑπογραψάτωσαν, οἱ τῆς Ἰωάννου καὶ Θεοῦ μοίρας εἶπον, οὗτοι (τοὺς περὶ τὸν Ἀκάκιον καὶ Ἀντίοχον λέγοντες) οἱ ὀρθοδόξων εἶναι τὸν κανόνα διατεινόμενοι τῆς αὐτῆς εἶναι πίστεως τοῖς ἐκτεθεικόσι, καὶ διαλύουσι τὸ ἀμφίβολον. Ἐπῄνεσεν ὁ βασιλεὺς τὸ εἰρημένον, ὡς καλῶς ἔχον, καὶ γίνεσθαι οὕτως ἐπέτρεπεν· οἱ δὲ ὑπέσχοντο μὲν ποιήσειν, ἀπέσχοντο δὲ τὸ μὴ ἀσφαλὲς τοῦ πράγματος ὑποπτεύσαντες.

A pulsus Athanasius, deinde occasionem nactus, per se rediit: et quod Joannes ne prius quidem fuerit depositus, et neque per se rursus esset ingressus: sed tuo cedens imperio, aiebant, o imperator, imo vero per vim coactus. Postremo inscribantur (40), dicebant, ii qui sunt Joannis et Dei partis, et isti, Acacium dicentes et Antiochum, qui orthodoxum affirmant esse canonem; et fateantur se esse ejusdem fidei, cujus ii, qui ediderunt: et sic solvitur id, de quo dubitatur. Laudavit quod dictum fuerat imperator, ut quod recte se haberet, et sic jussit eos facere. Illi autem se facturos quidem sunt polliciti, præ se ferentes, se confidere: destiterunt vero, ut qui sint suspicati rem minime esse tutam.

ΜΗ'. Ἐν τούτοις τῶν πραγμάτων ὄντων, καὶ τοῦ μὲν ὡς ἄριστα τὴν Ἐκκλησίαν διέποντος ἔτος ἐντελὲς μετὰ τὴν ἀνάκλησιν, τῶν δὲ τὰ ἑαυτῶν ποιούντων, καὶ τί μὴ κινούντων, ὥστε τὸν ἅγιον τοῦ θρόνου καταγαγεῖν, ἐπείπερ ἡ τοῦ Πάσχα παρέβαλλεν ἑορτὴ, τῶν συχνῶν ὀχλήσεων ἡ βασιλεὺς ἠττηθεὶς, δηλοῖ τῷ πατριάρχῃ τῆς Ἐκκλησίας ὑπεξελθεῖν, ὑπὸ συνόδων ἤδη δυεῖν καταψηφισθέντα. Πρὸς ταῦτα τοιγαροῦν ὁ μέγας, Εἴπατε τῷ βασιλεῖ, ἔφη. Ἐγὼ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος τὴν Ἐκκλησίαν ἐπιτραπεὶς, ὑποχωρῆσαι ταύτης ἐκὼν δέδοικα. Εἰ δέ σοι τοῦτο κατὰ γνώμην, ὦ βασιλεῦ, ἀλλὰ βίᾳ με ταύτης ἔξωσον, ἵν' ἔχω τῆς οἱονεὶ λειποταξίας ἀπολογίαν, τὴν σε σὴν ἐξουσίαν, καὶ τὴν ἐμοῦ παρὰ γνώμην αὐτῆς κατάλειψιν. Πέμψαντες τοίνυν, τῆς μὲν λειτουργίας αὐτὸν ἀπέχεσθαι παραγγέλλουσι, τῷ ἐπισκοπείῳ δὲ τὸ παρὸν ἐνδιατρίβειν παραχωροῦσι, δείσαντες, οἶμαι, μή τι πάλιν καὶ Θεὸς ἄνωθεν ἐπιδικάσῃ τῇ τόλμῃ, καὶ ἵν' ἐγγὺς αὐτὸν ἔχοντες διορθώσοιντο. Οὕτως οὖν ἰδιάζων μεταξὺ διῆγεν ὁ μέγας διαλέξεων τε καὶ τῶν καλῶν τῆς γλώττης ῥευμάτων εἰργόμενος. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τοῦ μεγάλου Σαββάτου ἡμέρα ἦν, ὁ βασιλεὺς τοὺς περὶ Ἀκάκιόν τε καὶ Ἀντίοχον μεταστειλάμενος, τί δέοι πράττειν ἠρώτα. Σκοπεῖτε γὰρ, ἔφη, καὶ εἰ καλῶς ἔχει τὰ παρ' ὑμῶν εἰσηγούμενα. Οἱ δὲ, Ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἡμῶν, εἶπον, ἡ Ἰωάννου καθαίρεσις, ἐοικότα τυχὸν τοῖς, Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, εἰποῦσι, καὶ οὐ πολὺ πόρρω τῆς γνώμης αὐτῶν φθεγξάμενοι. Καὶ οὕτως ἐρήμην καταψηφίζονται τοῦ δικαίου, μήτε λόγου μεταδόντες, ἐφ' οἷς κατηγόρουν, μήτ' ἀπολογίαν ἠντιανοῦν παρ' ἐκείνου δεξάμενοι. Ταῦτ' οὖν μαθόντες οἱ τῆς Ἰωάννου μερίδος, οἱ μὲν ἐπίσκοποι, λύπῃ καὶ δάκρυσι δόντες ἑαυτοὺς, ταῖς καταγωγαῖς ἡσύχαζον· ἱερεῖς δὲ καὶ ὅσοι τοῦ κλήρου ἔν τισι τῶν εὐκτηρίων οἴκων περὶ τὸν τόπον, ὃς Κωνσταντιαναὶ λέγεται, συναγόμενοι, μετὰ πολλοῦ τοῦ συνδεδραμηκότος πλήθους τῶν ἱερῶν ὕμνων καὶ τῆς συνήθους εἴχοντο δοξολογίας, βαπτίσματός τε θείου τοὺς προσιόντας ἠξίουν. Δείσαντες οἱ τοῦ πονηροῦ συνεδρίου, μὴ τῷ ἱερῷ προσβαλὼν, ὡς ἔθος, ὁ

XLVIII. Cum res ita se haberent, et ille quidem anno integro optime administraret Ecclesiam post revocationem: isti autem, quæ sibi erant propria, facerent: ea vero erant artes et imposturæ: et quid non moverent, ut Sanctum e sede deponerent, etiamsi non potuerint ejus spiritus dejicere? Cum adesset festus dies Paschæ, a multis molestiis, quas ei exhibuerunt isti, victus imperator, significat patriarchæ, ut excedat ex ecclesia, ut qui jam a duabus synodis sit condemnatus. Adhæc magnus ille Joannes: Ego, inquit, cui Deus et Servator Ecclesiam tradidit regendam, ab ea mea sponte vereor recedere. Sin autem hoc ita tibi videtur, o imperator, at me ex ea vi expelle, ut me possim omnino defendere, quod ordine vel vi deseruerim. Ad eum itaque mittentes prohibent quidem sacrificare: concedunt autem, ut in præsentia quidem versetur in episcopatu; timentes, ut opinor, ne Deus rursus desuper ferat sententiam in eorum audaciam, et ut prope eum habentes, Dei iram per ipsum reprimant. Sic ergo seorsum interim egit vir ille magnus, cessans a sermonibus et pulchris linguæ fluentis. Cum autem esset dies magni Sabbati (41), imperator fecit quod non recte se habebat, nec animi erat imperatorii. Accersitis Acacio et Antiocho, rogavit quidnam oporteret facere. Sed oportet, inquit, considerare, an Deo grata sint, quæ a vobis fiunt. Illi autem (quid enim erat eis Deus curæ?), In nostrum, inquiunt, redeat caput Joannis depositio: similia iis, qui dixerunt: « Sanguis ejus super nos [38], » et non procul ab eorum sententia, elocuti. Sic absentem condemnant virum justum, cum nec de iis, quorum accusabatur, dicendi potestatem ei permisissent, quod est commune omnibus, qui judicant sine ulla animi perturbatione: neque ab illo ullam accepissent defensionem. Cum hæc autem audivissent, qui erant a partibus Joannis, episcopi quidem se animi ægritudini dedentes et lacrymis, in angulis latebant et silentium agebant in habitaculis: sacerdotes autem et quicunque erant ex clero, congregabantur ad quasdam ædes

[38] Matth. XXVII, 25.

ΝΔ'. Οὐ πολλαὶ διῆλθον, ἡμέραι, καὶ πιστεύεται τὴν Ἐκκλησίαν Ἀρσάκιος, καὶ πατριάρχης τῆς Κωνσταντίνου χειροτονεῖται. Φεῦ! μετὰ τίνα τίς! οἷον ἄνδρα, οἷον, φάναι, γεράνδρυον κατὰ πολλὴν τῶν κρατούντων τυφλότητα διαδέχεται! Ἄνθρωπος ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα βεβιωκὼς ἔτη, σορῷ μᾶλλον ἐπιτήδειος, ἢ θρόνῳ, ὑπόληρός τις καὶ τὸ φρονεῖ διασεσεισμένος, εἰπεῖν μὲν ἀμουσότατος, ἐννοῆσαι δέ τι τῶν δέοντων ἠλιθιώτατος, πρᾶξαι δὲ ῥᾳθυμότατος, βραχὺ τῶν ἀψύχων ἀπεοικώς, κλίνης καὶ γωνίας ἄξιος. Ὃς ἔχων παρ' ἑαυτοῦ τὸ ἀδόκιμον, εἶτα προσλαβὼν καὶ τὸ πρὸς Ἰωάννην τοῦ λαοῦ φίλτρον ἑτέρωθεν αὐτῷ προσιστάμενον, ἀπόστοργος πᾶσιν ἦν, καὶ ἀπόῤῥητος. Τέσσαρας οὖν πρὸς τοῖς δέκα τῷ θρόνῳ μῆνας ἐπιβιοὺς, καὶ τῷ μακρῷ χρόνῳ νωχελεῖ τε καὶ ἐπικώφῳ τῆς φύσεως καὶ οἷον κατεψυγμένῳ μηδὲν ἧττον τοῦ φυσικοῦ τέλους προτεθνηκὼς, καὶ ἔργον, ὡς ἄν εἴποι τις, ζῶντος οὐδ' ὁτιοῦν ἐν τῷ μέσῳ διαπραξάμενος, ἀπιὼν ᾤχετο.

46 Zachar. XIII, 7.

(47) *Vide* Baron. ad ann. 404.
(48) Videtur deesse, *sedes*.

(49) *Vide* Niceph. l. XIII, c. 28, 36. Socr. l. VI, c. 17, Soz. l. VII, c. 23; Baron. ad an. 404.

ΝΕ'. Μετὰ δὲ τοῦτον ἀνὴρ ἐκ πρεσβυτερων ἀναχθεὶς, Ἀττικὸς ὄνομα, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας οἴακας ἐγχειρίζεται, καθ' ὃν χρόνον ἀδείας οἱ ἐν Ἐφέσῳ λαβόμενοι, πάντα κινεῖν καὶ μεταβάλλειν κατὰ τὸ ἑαυτοῖς δοκοῦν ἔσπευδον, τοὺς καλῶς μὲν, καὶ ὡς θεῷ φίλον, τῶν θρόνων ἐπειλημμένους ἐξωθούμενοι, μιαροὺς δέ τινας καὶ βεβήλους ἐπὶ καταστροφῇ ψυχῶν καταλέγοντες, οὐδεμιᾶς ἐρεύνης, ἢ βασάνου τὴν χειροτονίαν προλαμβανούσης· ἀλλ' οὕτως, ὡς εἰκαῖον πρᾶγμα καὶ τὸ τυχὸν, τοῦ βουληθέντος, ἢ δεδωκότος, τῶν θρόνων, φεῦ! γινομένων· ὅτε καὶ οἱ δικαίως ὑπὸ τῆς μακαρίας ἐκείνης ψυχῆς καὶ γλώττης τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκβληθέντες, προσελθόντες τοῖς καταφρονηταῖς τούτοις χρημάτων αὐτὰς ἐξωνοῦντο· οἵγε καὶ Ἡρακλείδην τὸν ὑπ' ἐκείνου καὶ ἑβδομήκοντα ἐπισκόπων ἀξίως τὸν τῆς Ἐφέσου πιστευθέντα θρόνον, τεττάρων ἐτῶν ἐγκλεισάμενοι, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐξώσαντες, τὸν τοῦ τριβούνου Βίκτορος εὐνοῦχον τῷ θρόνῳ τοῦ παρθένου κακῶς (ὦ δίκη, καὶ ἀνοχὴ Θεοῦ!) κακῶς καὶ ἀναξίως ἐγκαθιστῶσιν, οὐχ ἡμιμόχθηρον ὄντα, οὐδ' ἀνεκτῶς βδελυρὸν, ἀλλὰ προφανῶς κίναιδον καὶ κατάπυστον. Τὴν δὲ Πορφυρίου τόλμαν, καὶ τὴν πολλὴν ἐκείνην τοῦ πράγματος ἰταμότητα τίς ἂν ἐκὼν γε ἀνάσχοιτο σιωπᾷν; Γεραιὸς μὲν οὗτος, καὶ τὴν μοχθηρίαν ἡλικιῶτιν ἀκριβῶς ἔχων, οὐδὲν δὲ ὑπὸ τοῦ μακροῦ χρόνου πρὸς τὴν ἀκολασίαν ὠφεληθείς, ἀλλὰ φιλονεικήσας καὶ φύσεως ὠφθῆναι κρείττων ἐν τοῖς αἰσχίστοις· Ἐπεὶ οὖν τὸν μέγαν ἤδη Φλαβιανὸν ὁ τῶν ἐν οὐρανοῖς ἑορταζόντων εἶχε χορὸς, ἔρωτα σχὼν τῆς Ἀντιοχέων πυραννῆσειν Ἐκκλησίας, ἐπιτηδείου καιροῦ λαβόμενος, ἐν ᾧ πᾶσα ἡ πόλις εἰς τὰ κατὰ Δάφνην ἐξελήλυθασι θέατρα κατά τι παλαιὸν ἔθος εἰσέτι γινόμενα, Ἀντιοχόν τε καὶ Σεβηριανὸν ἔχων, πρὸς δὲ καὶ Ἀκάκιον τοὺς τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς συναιρομένους αὐτῷ τῆς ἐπιθυμίας, ἐπιπηδᾷ τῷ θρόνῳ, καθάπερ κλέπτης καὶ οὐ ποιμὴν ὤν, καὶ ὑπὸ τῶν μιαρῶν τούτων χειροτονεῖται τοσαύτην εἰσενεγκόντων τῷ πράγματι τὴν σπουδὴν, ὡς μηδὲ τὰ νενομισμένα συντελεσθῆναι διὰ τὸ τάχος. Ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ τελεσιουργοὶ τῶν ἐν σκότει πεπραγμένων, ἢ ποδῶν εἶχον, εὐθὺς ἔφευγον, ἄστροις ἐπισημαινόμενοι τὴν ὁδὸν, καὶ ὄρεσιν ἀβάτοις ἑαυτοὺς ἐπιτρέψαντες. Ἡ δὲ πόλις ὡς ἤδη τοῦ τολμηθέντος ἤσθετο, πανδημεὶ πάντες συνελθόντες, φρύγανά τε καὶ πῦρ μετὰ χεῖρας ἔχοντες, οὐδὲν ἧττον καὶ αὐτοὶ ζήλῳ τὴν ψυχὴν ἡμμένοι, τοῦ Πορφυρίου κατέτρεχον (καὶ γὰρ ἤδεισαν, οἷος τὸν βίον ἐκεῖνος ἀνάγωγος ἦν), αὐτῷ δώματι τῆς ἐπισκοπῆς ἐκπρήσειν αὐτὸν βουλόμενοι. Ὁ δὲ τὸ πρὸς αὐτὸν αἰσθόμενος μῖσος, χρήμασι τὸν στρατοπεδάρχην διαφθείρας, ἀναπείθει τῷ ὑπὲρ εὐσεβείας τῶν πιστῶν ζήλῳ δαιμόνιον ἀνθοπλίσαι θυμόν Καὶ παραχρῆμα στράτευμα συνηθροίζετο κατ' αὐτῶν πονηρὸν καὶ ἀτίθασσον. Εἶτα καὶ διωγμος τις μέγας κατὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἠρεθίζετο, καὶ βασιλικὰ διατάγματα καὶ θεσπίσματα ὑποβολαῖς Ἀττικοῦ (καὶ γὰρ οὐδὲ

LV. Post eum autem (58), viro cuidam educto ex presbyteris, nomine Attico, traditur clavus Ecclesiæ. Quo quidem tempore Ephesini, cum nullo coercente metu licentiam arripuissent, omnia movere et transmutare, sicut eis videbatur, studebant: eos quidem, qui recte et ut Deo placebat, in sedibus erant collocati, expellentes: quosdam autem sceleratos et profanos ad animarum exitium collocantes, cum ordinationem nulla perscrutatio præcessisset aut examinatio: sed perinde ac si esset res levis et facilis, qui voluerat aut potius qui dederat, ad sedem perveniebat. Quo tempore qui ab illa quoque beata anima juste ejecti fuerant ab ecclesiis, rursus non difficiliter fuerunt introducti: sed hos contemptores apte aggredientes, eas emerunt pecuniis. Qui quidem Heraclidem quoque, cui ab illo et septuaginta scilicet episcopis, digne commissus fuerat thronus Ephesi, cum inclusissent et ab ecclesia expulissent, tribuni Victoris eunuchum in sede virginis, male (o justitia et Dei patientia!) male et indigne collocant, cum non esset semimalus nec tolerabiliter improbus, sed aperte cinædus et exsecrandus. Porphyrii (51) autem audaciam et insignem illam rei impudentiam, quis libens silentio præterierit? Is senex, et in improbitate, ut qui in ea ineunte ætate esset eductus, accurate versatus: præter temporis autem longitudinem nihil remisisset de intemperantia, sed contendisset vel natura videri superior in rebus turpissimis, postquam magnum jam Flavianum eorum, qui in cœlis festum agunt, tenebat chorus, captus desiderio in ecclesia Antiochena exercendi tyrannidem, cum observasset tempus, in quo universa civitas exierat, ut est mos ei antiquus, ad spectacula, quæ fiunt in Daphne, Antiochum habens et Severianum et Acacium, qui erant aperte inimici veritatis, opem ferentes ejus cupiditati (est enim simile simili amicum), invadit sedem, ut qui esset fur et non pastor, et ab his exsecrandis ordinatur: qui et rei tantam adhibuerunt celeritatem, ut nec quæ de more quidem solent fieri, locum repererint. Sed isti quidem consecratores, cum hæc facta essent in tenebris, se statim in pedes conjicientes, fuga sibi consuluerunt, astris viam notantes, et montibus inviis se committentes. Civitas autem cum quod jam factum fuerat sensisset, publice omnes convenientes, sarmentaque et ignem tenentes in manibus, ipsi quoque zelo non minus inflammati, irruperunt ad Porphyrium (sciebat enim qualis esset ejus vita, quam insolens et quam exsecranda), cum ipsa domo episcopatus eum volentes comburere. Is autem cum sensisset conceptum in se odium, duci exercitus corrupto pecuniis, persuadet adversus zelum fidelium pro pietate iram armare dæmoniacam: statimque fuit congregatus in eos exercitus sævus et immanis, et quim ne facile quidem potuissent aggredi, qui aciem instruxissent. Deinde excitata est magna

(50) *Vide* Niceph. l. XIII, c. 29; Socr. l. VI, c. 18, l. VII, c. 2; Soz. l. VIII. c. 27; l. VII, c. 2; Baron. ad annum 406.

(51) Quis autem, et qualis fuerit, et a quibus ordinatus, vide Baron. tom. V, ad annum 404.

persecutio adversus Ecclesias, et imperatoria edicta et decreta, suggestione Attici (nullus enim pius ei volebat communicare) proponebantur per civitates, quæ dicebant : Si quis episcopus Theophilo nolit communicare, Atticoque et Porphyrio, ejiciatur ex ecclesia, et privetur bonis; ex laicis autem, qui magistratus quidem gerunt, ab honore excidant; militibus vero auferantur cingula ; communis autem multitudo et quæ est occupata in artibus, auro mulctata, damnetur exsilio (52). Hæc faciebant multos vel invitos communicare, a quibus judicabatur quid magnum et minime tolerabile, excedere a pecuniis, et privari gloria. Multi autem cum voluntarium elegissent exsilium, elegerunt potius solitudinem et monachorum tuguria habitare, quam civitatem. Sunt etiam qui ex animi magnitudine omne periculum subire satius esse duxerunt, quam facere aliquid, quod discreparet et esset indignum pio ac religioso vitæ genere.

LVI. Hæc cum ita se haberent, nonnulli episcopi et clerici, qui stabant a partibus Joannis, pro Joanne et quæ male se habebat Ecclesia, zelo instincti (quomodo enim non oportebat eos, qui vel mediocriter Dei metum in utero concipiebant et parturiebant?) ad veterem Romam veniunt: et cum ipsi imperatori Honorio et Innocentio papæ in conspectum venissent, et illam gravem explicassent tragœdiam, quinetiam tres reddidissent epistolas, quarum una quidem erat egregiæ illius animæ et linguæ, aperte omnia singulatim persequens, altera autem communis cleri Constantinopolitani, tertia vero erat quadraginta episcoporum, qui cum Joanne communicabant: quas quidem cum communiter tradidissent, effecerunt, ut qui eas acceperant, tantopere perturbarentur, et eorum animis tantum zelum immiserunt ; ut ambo statim scriberint ad imperatorem Arcadium, profundi somni eum arguentes in iis, quæ ab ipso gerebantur, et quod non honeste nec juste, sed plane nefarie fuit decretum Joannis secundum exsilium, et quod oportet omnino, si est ei aliqua honesti ratio et pacis Ecclesiarum, patriarcham quidem rursus restitui Ecclesiæ, et episcoporum synodum fieri Thessalonicæ, ut quæ sita sit in medio eorum, qui ab Oriente veniunt et ab urbe Roma: adesse autem etiam Theophilum, ut qui fuerit præcipua causa eorum, quæ improbe facta sunt in hac relegatione: et sic causam Joannis ab animi perturbatione alieno et justo judicio decidere. Propterea enim, aiebant, aliquot Italiæ episcopos, qui recta incedunt conscientia, et sunt acres justitiæ defensores, propter hoc ipsum emittere statuimus. Cum has itaque litteras cum actis, quæ propter hanc causam facta sunt a synodo episcoporum Italorum, sanctus accepisset Æmilius (erat autem is episcopus Beneventi) Cythegiusque et Gaudentius cum Valentino et Bonifacio presbyteris, Roma inierunt iter versus Bysantium, sequente Quiriaco et Deme-

A αὐτῷ κοινωνεῖν τις τῶν εὐσεβούντων ἠξίου) ἀνὰ τὰς πόλεις ἐτίθεντο, Εἴ τις τῶν ἐπισκόπων, λέγοντα, Θεοφίλῳ μὴ πείθοιτο κοινωνεῖν Ἀττικῷ τε καὶ Πορφυρίῳ, ἐκβεβλήσθω τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῶν ὄντων ἀποστερείσθω. Τῶν λαϊκῶν δὲ οἱ μὲν ἐν τέλει, τῆς τιμῆς ἐκπιπτέτωσαν· οἱ στρατευόμενοι δὲ, τὰς αὐτῶν ἀφαιρείσθωσον ζώνας· τὸ δὲ κοινὸν πλῆθος καὶ περὶ τὰς τέχνας ἠσχολημένον, ἱκανῷ χρυσίῳ προστιμηθέντες, τὴν ὑπερορίαν κατακρινέσθωσαν. Ταῦτα πολλοὺς ἐποίει καὶ καὶ ἄκοντας κοινωνεῖν, ὅσοις μέγα τι καὶ ἥκιστα φορητὸν τὸ χρημάτων ἐκπεσεῖν καὶ δόξης ἐκρίνετο. Πολλοὶ δὲ καὶ τὴν ἑκούσιον φυγὴν ἑλόμενοι, τὴν ἐρημίαν καὶ τὰς τῶν ἀσκητῶν καλύβας εἵλοντο μᾶλλον, ἢ τὴν πόλιν οἰκεῖν. Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ μεγέθει ψυχῆς τὸ πάντα κίνδυνον ὑποστῆναι μετριώτερον ἐλογίσαντο, ἢ ἀπᾴδόν τι καὶ ἀνάξιαν εὐσεβοὺς ἐπιδείξασθαι πολιτείας.

B

ΝΣ'. Τούτων οὕτως ἐχόντων, τῶν ἐπισκόπων ἔνιοι καὶ τοῦ κλήρου νῆς Ἰωάννου μερίδος ὑπάρχοντες, ὑπὲρ Ἰωάννου τε καὶ τῆς ἀθλίως ἐχούσης Ἐκκλησίας ζηλώσαντες, τὴν πρεσβυτέρων καυαλαμβάνουσι Ῥώμην, αὐτῷ τε βασιλεῖ Ὁνωρίῳ καὶ Ἰννοκεντίῳ τῷ πάπᾳ προσελθόντες, καὶ τὴν χαλεπὴν ἐκείνην θεασαφήσαντες τραγῳδίαν, πρὸς δὲ καὶ τρεῖς ἀναδόντες ἐπιστολὰς, ὧν ἡ μὲν καὶ ψυχῆς καὶ γλώττης ἐτύγχανε τῆς καλῆς σαφῶς πάντα κατὰ μέρος διεξιούσης, ἡ δὲ κοινὴ τοῦ κατὰ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν κλήρου, ἡ δὲ λοιπὴ τῶν τεσσαράκοντα ἐπισκόπων ἦν, τῶν Ἰωάννου κοινωνικῶν. Ἃς καὶ κοινῶς ἐγχειρίσαντες οὕτω περιπαθῶς διέθηκαν, καὶ τοσοῦτον ζήλου ταῖς αὐτῶν ἐνῆκαν ψυχαῖς, ὡς ἀμφοτέρους εὐθὺς Ἀρκαδίῳ τῷ βασιλεῖ πληκτικῶς γράψαι, πολὺν αὐτοῦ ὕπνον καναγινώσκοντας ἐν τοῖς πραττομένοις. Καὶ ὅτι μὴ καλῶς, μηδὲ δικαίως, ἀλλὰ καὶ λίαν κακῶς καὶ ἀθέσμως ἡ δευτέρα τετόλμηται κατὰ Ἰωάννου ὑπεροψία· καὶ ὃ ἐστὶν πάντως, εἴπερ ἄρα λόγος τις αὐτῷ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης, τὸν πατριάρχην μὲν αὖθις ἀποδοθῆναι τῇ Ἐκκλησίᾳ, σύνοδον δὲ τῶν ἐπισκόπων ἐν Θεσσαλονίκῃ, ἅτε μέσον κειμένῃ, τῶν ἐξ Ἀνατολῶν τε καὶ Ῥώμης ἐλευσομένων γενέσθαι· παρεῖναι δὲ καὶ Θεοφιλον, αἰτιώτατον γεγονότα τῶν ἐν τῇ ὑπερορίᾳ ταύτῃ πεπονηρευμένων, καὶ οὕτως ἁπαθεῖ καὶ δικαίᾳ κρίσει τὰ κατὰ τὸν Ἰωάννην ὀρθοτομηθῆναι. Διὰ ταῦτα γὰρ, ἔφησαν, καὶ τῶν ἐξ Ἰταλίας ἐπισκόπους τινὰς εὐθεῖ συνειδότι στοιχοῦντας, καὶ δικαιοσύνης οὐχ ἥκιστα μεταποιουμένους, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἐκπέμψαι διέγνωμεν. Τὰ γοῦν τοιαῦτα γράμματα μετὰ καὶ ὑπομνημάτων, ἃ διὰ ταυτηνὶ τὴν αἰτίαν παρὰ τῆς συνόδου τῶν Ἰταλῶν γεγόνασιν ἐπισκόπων, οἱ περὶ τὸν ἅγιον Αἰμίλιον ἐπίσκοπον ὄντα Βενεβένδου Κυθήγιόν τε καὶ Γαυδέντιου σὺν Οὐαλεντίῳ καὶ Βονιφατίῳ τοῖς πρεσβυτέροις παραλαβόντες, ὁδοῦ εἶχοντο τῆς ἀπὸ Ῥώμης πρὸς τὸ Βυζάντιον, ἅμα Κυριακῷ καὶ Δημητρίῳ, Παλλαδίῳ τε καὶ Εὐλυσίῳ τοῖς

C

D

(52) L. VI, *De his qui pro relig. contend.* Cod. Theod.

Ἰωάννου κοινωνικοῖς ἐπισκόποις. Οὗτοι γὰρ καὶ πρωτοῦ ἔτυχον κατελθόντες, καὶ φιλαλήθως ταῖς τῶν Ῥωμαίων ἀκοαῖς ὑπαγορεύσαντες ἅπαντα.

A trio simul cum Palladio et Eutysto episcopis, qui cum Joanne communicabant. Ii enim prius descenderant, et Romanorum auribus omnia aperte exposuerant.

ΝΖ'. Ὡς δὲ ἤδη πλέον τὴν Ἑλλάδα, συνελήφθησαν ὑπό του τῶν χιλιάρχων, κομιδῇ τὴν γνώμην διεφθαρμένου. Ὅς τινι τῶν ὑπ' αὐτῷ παραδοὺς, οὐ συνεχώρει Θεσσαλονίκην ἰδεῖν, ἐκεῖ πρότερον προσχεῖν βουλομένοις, Ἀνυσίῳ τε τῷ ἐπισκόπῳ παρὰ τοῦ πάπα γράμματα ἐγχειρίσαι. Πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο δρᾶμα ἦν καὶ τέχνη τῆς πονηροτάτης γυναικῶν Εὐδοξίας. Αὕτη γὰρ μαθοῦσα τὴν τῶν Ἰταλῶν ἐπισκόπων ἀποστολήν, καὶ οὗ χάριν μέλλουσι τὴν Κωνσταντίνου καταλαβεῖν, ἔφθανε τεχνωμένη ταῦτα, καὶ τῇ γνώμῃ τῶν ἀποστειλάντων αὐτοὺς ἀντικρούουσα. Εἰς δύο τοιγαροῦν πλοῖα πρὸς τοῦ παραλαβόντας διαιρεθέντες, δεκάτην ἡμέραν εἴς τι χωρίον βραχὺ τῆς πόλεως ἀπέχον ἐγγὺς που τῶν Βίκτορος προσορμίζονται προαστείων. Εἶτα ἐκεῖθεν Μαρινός τις ὄνομα παραλαβὼν αὐτοὺς, εἰς τοῦτο παρὰ τῆς βασιλίδος ἀπεσταλμένος, καὶ ἀνὰ πόδα πάλιν ἀγαγὼν τῷ φρουρίῳ τῆς Θράκης, ὃ Ἄθυρας καλεῖται, βιαίᾳ καὶ γνώμῃ καὶ χειρὶ κατακλείει. Χωρὶς τοίνυν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ οἱ περὶ τὸν ἐπίσκοπον Κυριακὸν ἐγκλεισθέντες, ἠκίζοντο πικρῶς, ἠτάζοντο στιβαρῶς, μυρίαις περιεβάλλοντο ὀλίψεσι τὰς ἐπιστολὰς ἀπαιτούμενοι. Ὡς δὲ μὴ δώσειν ἔλεγον, εἰ μὴ βασιλέα θεάσαιντο, πρέσβεις ὄντες, πρῶτα μὲν ἑνὸς τῶν πατρικίων ἀποσταλέντος, ἔπειτα δὲ καί τινων ἄλλων ἐπιφανῶν, καὶ τὰς ἐπιστολὰς εἰσπραττομένων, τέλος Ὀυαλέριός τις ὄνομα, Καππαδόκης τὸ γένος, θηριώδης τὸν τρόπον, ἐξ ἰταμωτάτου καὶ βιαίου πράγματος ὄνομα ἑαυτῷ περιθεῖναι βουλόμενος, ἑνὸς τῶν ἐπισκόπων, παρ' ᾧ τὰ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἄλλων γράμματα ἦν, τὸν ἀντιχειρα διακλάσας, αὐτά τε ἀφαιρεῖται, καὶ πυκτία καὶ ἱερὰ σκεύη, καὶ ὅσα πρὸς ὠνησιν αὐτοῖς τῶν ἐπιτηδείων ἀργύρια ἦν· ἐκ πονηρᾶς καὶ τοῦτο τῆς ἐπινοίας γεγεννημένον, ἵνα τῶν εἰς τὴν χρείαν ἐξαπορούμενοι, καὶ πρᾶξαί τι τῶν παρὰ γνώμην ἀναγκασθεῖεν. Εἰς δὲ τὴν ὑστεραίαν, ἄδηλον εἴτε τῶν τῆς βασιλίδος, εἴτε δὲ καὶ τῶν τοῦ Ἀττικοῦ τινες ἀφικόμενοι ἠξίουν, τρισχιλίους λαβόντας χρυσοῦς, Ἀττικῷ μὲν κοινωνῆσαι, τῆς Ἰωάννου δὲ ἀμελῆσαι δίκης. Τοὺς δὲ μὴ ἀνεχομένους (ἐπεὶ καὶ ἔτυχε θειότερόν τι συμπεσόν· διακόνῳ γάρ τινι Αἰμιλίου, Παύλῳ τοὔνομα, πρᾴῳ καὶ σώφρονι ὄντι, Παῦλον τὸν θεῖον ὄναρ ὀφθέντα, Βλέπετε, φάναι, πῶς περιπατεῖτε· αἱ ἡμέραι γὰρ πονηραί· τὴν δὲ ἀπὸ δώρων καὶ κολακείας σπουδαζομένην ἀπάτην ὑπανιττόμενον), μὴ ἀνεχομένους τοίνυν, ἀλλὰ τοῦτο μόνον τὴν πρὸς τοὺς ἀπεσταλκότας ὑποστροφὴν αἰτουμένους, Ὀυαλέριος οὗτος (οὗ τὸ ἐκμανὲς καὶ βίαιον ἀνδραγάθημα ὁ ἀντίχειρ) οὐ θρασὺς ἦν τοῦτο μόνον καὶ ἀπηνέστατος, ἀλλὰ καὶ δεινότατος κακουργῆσαι. Δῆλον δέ· πλοίῳ γὰρ σαθροτάτῳ πιστεύσας

LVII. Cum autem jam in Græciam navigassent, comprehensi fuerunt a quodam tribuno militum, mente valde corrupto et depravato. Qui cum eos cuidam ex suis tradidisset, non concessit ut viderent Thessalonicam, cum vellent illuc prius proficisci, et Anysio episcopo tradere missas a papa litteras. Cæterum hic quoque erat inventum et artificium mulierum omnium sceleratissimæ Eudoxiæ. Nam cum ipsa accepisset fuisse missos episcopos Italos, et quanam de causa venirent, hæc prius est machinata, et obstitit menti eorum, qui miserant. In B duas itaque naves divisi ab eo, qui acceperat, decimo die appellunt in quemdam locum, non multum distantem a civitate, qui erat prope suburbana Victoris. Deinde cum illinc quidam alius, nomine Marianus, eos accepisset, nec ille quidem sine arte et malitia, sed ad hoc missus ab imperatrice, e vestigio eos duxit, et in custodia Thraciæ, quæ vocatur Athyras, violenta mente et manu eos inclusit (53). Seorsum ergo Romani et Quiriacus episcopus cum suis inclusi, acerbe torquebantur, graviter examinabantur, afficiebantur malis innumerabilibus, et ab eis exigebantur epistolæ. Cum autem dicerent se non daturos, nisi vidissent imperatorem, cum essent legati, primum quidem uno misso ex patriciis, deinde aliis quoque viris illustribus et epistolas exigentibus, tandem quidam Valerius nomine, genere C Cappadox, moribus belluinis, ex re impudentissima et violenta volens sibi nomen comparare, unus ex episcopis, apud quem erant litteræ ad imperatorem et ad alios, fracto pollice, eas aufert, et pugillares, et sacra vasa, et quidquid argenti erat eis usui. Quod ipsum quoque malo consilio factum est, ut cum eis deessent quæ sunt ad usum necessaria, cogerentur aliquid facere præter sententiam. Die autem sequenti, incertum an ex iis, qui erant imperatricis, an ex iis, qui erant Attici, quidam accedentes, volebant eos non gratis nec parvo pretio, sed acceptis tribus millibus aureorum, cum Attico quidem communicare, Joannis vero causam negligere. Cum ii autem id passi non essent (nam aliD quid quoque acciderat divinitus: Æmilii enim diacono, Paulo nomine, qui erat moderatus et temperans, divinus Paulus in somnis apparens: Videte, inquit, ut caute ambuletis, dies enim mali sunt: tacite significans fraudem, ad quam muneribus et blanditiis eos studebat inducere). Cum ergo non passi essent, sed hoc solum peterent ut liceret redire ad eos, qui miserant, Valerius iste, cujus insanum et violentum facinus fuit fractio pollicis, cum non solum esset audax et violentus, sed etiam ad

(53) Hic convincuntur erroris, qui Eudoxiam anno 404 morte sublatam, uti Prosper, Marcellin., Zonaras et Cedrenus dicunt, cum hic auctor et Græci omnes qui Vitam sancti Chrysostomi descripserunt, adhuc vixisse doceant, imo et tribus mensibus post sancti viri obitum Bar. asserat, quem vide tom. V *Annal.*

maleficium, ut res ipsa indicabit, callidissimus, navi jam vetustate fatiscenti et putridæ, ut eos aperte perderet, committens, sceleratus jussit eos abire. Cum ergo parum abfuisset, quin inciderent in periculum, vix tandem evenit, ut appellerent Lampascum : et cum illic mutassent navigium, post quatuor menses venere Romam. Innocentio itaque narrant, quæ acciderant Quiriaco et Palladio, an aliquid eis factum esset ignorantes : sed nec de Joanne valentes scire, quid accidisset. Quæ quidem omnia obtusum latebant Arcadium, ut postea scire licuit. Sed enim rursus redeat oratio, unde est digressa, et narret ea, quæ restant de illo magno Joanne.

A αὐτοὺς προνοίᾳ τοῦ ἀπολέσαι, ἀνάγεσθαι πάλιν ὁ μιαρὸς ἐκέλευε. Παρ' ὀλίγον οὖν ἐλθοῦσι κινδύνῳ περιπεσεῖν, μόλις αὐτοῖς ἐξεγένετο τῇ Λαμψάκῳ προσχεῖν· κἀκεῖθεν ἀμείψαντες τὸ πλοῖον, μηνῶν τεσσάρων τὴν Ῥώμην καταλαμβάνουσιν· Ἰννοκεντίῳ τε διηγοῦνται τὰ συμπεσόντα, τοῖς περὶ τὸν Κυριακὸν καὶ Παλλάδιον εἴ τι καὶ γένοιτο, ἀγνοοῦντες· ἀλλὰ μηδὲ ωερὶ Ἰωάννου τι αὐτῷ συμβαίη δυνηθέντες μαθεῖν. Ταῦτα δὲ πάντα τὸν νωθῆ διελάνθανεν Ἀρκάδιον, ὥς γε ὕστερον ὑπῆρξε μαθεῖν. Ἀλλὰ γὰρ ὁ λόγος ἐπανίτω πάλιν ὅθεν ἐξέβη, καὶ τὰ κατὰ τὸν μέγαν ὑπόλοιπα διηγείσθω.

LVIII. Admirabilis ergo ille Joannes cum Cucusum venisset, et in ædibus Adelphii (54), ut jam diximus, degeret (illic enim eum reliquimus), multos quidem pauperes aluit pane terrestri (tunc enim gravissima fames eum locum invaserat), longe autem plures nutrimento, quod a lingua suppeditabatur, quod et cor confirmat et mentem illuminat. Quam multas autem de multis necessariis habuit orationes! quid enim ex iis, quæ contingunt aspera et molesta, potuit linguam sistere quæ fluebat instar fluminum ? Habuit etiam non paucas de patientia, et quod non solum oporteat non esse socordes, sed nec offendi molestiis, quas contingit perpeti. Multæ quoque ab eo divinæ scribuntur epistolæ ad sanctam Olympiadem, in quibus sæpenumero unum dicit esse terribile, nempe peccatum : et ei recenset molestias, quæ evenerunt in itinere, et eam mœrentem propter ejus privationem studens recreare, efficit ut non sit desperandum, fore ut eum rursus conveniat. Quinetiam quemadmodum cum via moleste in summo æstatis vigore perageretur, et vehemens eum febris invasit et mala stomachi, et qui in his longe erat gravior sceleratus Gallus, cui fuit ad ducendum vir ille justus commissus. Præterea autem, quemadmodum, cum ad quoddam venissent diversorium, omnia illis molesta acciderunt, eorum, qui ipsorum curam gererent, solitudo, inopia rerum necessariarum (utor enim illis eisdem verbis aureis); nullum adesse medicum, metus irruptionis Isaurorum, et spes, fore ut mox in eorum manus devenirent. Quid vero, qui præter omnem bestiarum feritatem in eum furebant monachi, minantes se eum combusturos esse cum ipsa domo, et quemadmodum a febre male affectum, et de itinere valde fessum, qui eum abducebant, non modo eum nulla dignati sunt misericordia, sed eos etiam, qui volebant, prohibebant, minantes eis extrema et omnium maxime terribilia (55)? Præter hæc autem, qualem viam peregit, nempe arduam, lapidosam et difficilem, idque cum ægre posset ingredi, utpote quod ei esset male affectum corpus, quantum ex eo

B

C

D

ΝΗ'. Ὁ τοίνυν θαυμαστος Ἰωάννης, τῇ Κουκουσῷ προσβαλὼν, καὶ ἐν τῷ Ἀδελφειοῦ οἴκῳ διάγων (καθάπερ ἔφημεν. Ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν γενόμενον κατελίπομεν), πολλοὺς μὲν πένητας τῷ ἀπὸ γῆς ἔθρεψεν ἄρτῳ (καὶ γὰρ ἔτυχε τότε λιμὸν ἐπισκῆψαι τῷ τόπῳ βαρύτατον), πολλῷ δὲ πλείους καὶ τῇ ἀπὸ γλώσσης πηγαζομένῃ τροφῇ, ἣ καὶ καρδίαν οἶδε στηρίζειν, καὶ φωτίζειν διάνοιαν· πολλοὺς δὲ καὶ περὶ πολλῶν τῶν ἀναγκαίων ἐκπεφώνηκε λόγους (τί γὰρ τῶν συμβαινόντων ἀνιαρῶν ἐπισχεῖν ἠδύνατο γλῶσσαν, ἴσα καὶ ποταμοῖς ῥέουσαν ;) πλείους δὲ τοὺς περὶ ὑπομονῆς ἠσε, καὶ τοῦ μὴ δεῖν μὴ ὅτι μὴ ῥᾳθυμεῖν μόνον, ἀλλὰ μηδὲ σκάνδαλον ὑπομένειν, ἐφ' οἷς χρῆσθαι πολλάκις λυπηροῖς συμβαίνει· πολλὰς δὲ καὶ τῶν θείων ἐπιστολῶν πρὸς Ὀλυμπιάδα συνέταξε τὴν ὁσίαν, ἐν αἷς πλεονάζει τε λέγων, ὅτι ἓν φοβερὸν μόνον ἡ ἁμαρτία, καὶ περὶ τῶν συμπεσόντων αὐτῷ περὶ τὴν ὁδὸν ἀνιαρῶν διέξεισιν· ὅπως τε ἀθυμοῦσαν διὰ τὴν στέρησιν ἀνακτᾶσθαι βουλόμενος, Ἴσως ἡμᾶς πάλιν, γράφει, τοῦ Θεοῦ ἐπιτρέποντος ὄψει· καὶ ὅπως τῇ της ὁδοῦ ταλαιπωρίᾳ, θέρους ἀκμῇ διανυομένης, καὶ πυρετὸς ἐπέσκηπτε λάβρος, καὶ τὰ ἐκ τοῦ στομάχου κακὰ, καὶ ὁ πολλῷ τούτων βαρύτερος, ὁ πονηρὸς, φημὶ, Γαλάτης, ἄγειν αὐτὸν πεπιστευμένος· καὶ ὡς καταγωγῇ τινι προσλαβοῦσι πάντα πάλιν συνήντα τὰ λυπηρὰ τῶν θεραπευόντων ἡ ἐρημία, τῶν ἐπιτηδείων ἡ ἀπορία (αὐτοῖς γὰρ ἐκείνοις τοῖς χρυσοῖς κέχρημαι λόγοις), τὸ μηδένα ἰατρὸν παρεῖναι, ὁ τῆς ἐφόδου τῶν Ἰσαύρων φόβος, καὶ ἡ ὅτου οὔπω εἰς χεῖρας αὐτῶν ἐμπεσεῖσθαι μέλλειν ἐλπὶς, οἱ ἐπιμανέντες αὐτῷ μοναχοὶ, καὶ παρὰ πᾶσαν ἀγριότητα θηρίων αὐτῇ οἰκίᾳ κατακαύσειν αὐτὸν ἀπειλοῦντες· ὅπως τε πονήρως ὑπὸ τοῦ πυρετοῦ διακείμενον, καὶ λίαν κάμνοντα κατὰ τὴν ὁδὸν, οἱ ἀπάγοντες οὐ μόνον αὐτοὶ ἐλεεῖν οὐκ εἶχον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους ἀπεῖργον παραμυθίας αὐτὸν ἀξιοῦν ἐθέλοντας, τὰ ἔσχατα αὐτοῖς καὶ φοβερώτατα ἀπειλοῦντες. Καὶ πρὸς τούτοις, οἷαν τὴν ὁδὸν ἦνυεν, ἀνάντη καὶ λιθώδη καὶ χαλεπὴν, καὶ ταῦτα καὶ δυσχερῶς ἄγαν περὶ τὸ ὁδοιπορεῖν ἔχων, ἅτε λίαν αὐτῷ πεπονηκότος τοῦ σώματος· ὅσα γε εἰδέναι παρ'

(54) Chrysostomum non semper in ædibus Adelphii Cucusi commoratum, sed etiam apud Dioscorum ejus docent Epistolæ. *Vide* Baron. ad an. 404.

(55) De horum monachorum furore refert Bar. ex epist. 143 Chrysost.

αὐτοῦ γράφοντος, ὅτε καὶ περὶ τοῦ μὴ μακροτέραν αὐτῷ γενέσθαι τὴν ὑπερορίαν ἀξιοῖ μελῆσαι τῇ μακαρίᾳ, ἐμοὶ λέγων μυρίων ἐξοριῶν τὸ ὁδεύειν ἐστὶ χαλεπώτερον. Ταῦτα καὶ ἄλλα πλείω, τὰ μετὰ τὴν ὑπερορίαν φήμι, τὰς ἐπιστολὰς ἄν τις εὕροι ταύτας εἰσηγουμένας. Ἀλλ' ἐκεῖσε πάλιν ἐπάνειμι. Ὡς γὰρ ὁ μέγας ἐν Κουκουσῷ τροφῇ τοῦ σώματος οὐκ ὀλίγους, καὶ πλείους τὸ τῆς ψυχῆς ἔτρεφεν ἄρτῳ, φθόνος ἐντεῦθεν ὑποκαυθεὶς, εἰς Ἀραβισσὸν αὐτὸν πάλιν μεταβαίνειν ἐποίει. Ἐβούλοντο γὰρ οἱ λίαν κακοὶ, μήπω διακορεῖς ὄντες τοῦ κακῶς ἐκεῖνον ποιεῖν, ταῖς συχναῖς ἐνδόντα καλοπαθείαις, οὕτως αὐτοῖς ἀποθέσθαι καὶ τὴν ζωήν. Κἀκεῖ μὲν ἀπαχθεὶς παλαιπωρίαις ἐκδίδοται πλείοσι· δῆλος δέ ἐστι κρείττων ὑπὸ φιλοσοφίας γινόμενος παντὸς τοῦ προσπίπτοντος, ἀφορμήν τε αὐτὰ ποιούμενος μείζονος ἀρετῆς, καὶ δι' αὐτῶν φαιδρότερον ἀναλάμπων, καθάπερ τὸ ἐν πυρὶ φῶς, ὕλης αὐτῷ πλείονος ὑποβαλλομένης. Οὕτως ἐκεῖνος ταῖς ἀληθείαις ἀήττητος ὢν, καὶ μήθ' ὑπὸ κακοπαθείας, μήθ' ὑπό τινος ἄλλου τῶν λυπηρῶν ἥττων ἑαυτοῦ γινόμενος, αὐτὸς ἦν λυπηρὸς μᾶλλον τοῖς συκοφάνταις οὕτωσὶ διακείμενος, καὶ ὁ περὶ αὐτὸν ἔπαινος καὶ ἡ φήμη σφόδρα τούτων ὑπέκνιζε τὰς ψυχάς. Ὡς θαυμάσιόν τι χρῆμα ἡ ἀρετὴ καὶ ζήλου τοῖς νοῦν ἔχουσιν ἄξιον; ὁ μὲν γὰρ τοσούτοις κακοῖς ἔκδοτος, ἄληπτος ἦν καὶ ἀχείρωτος, καὶ τοῦ ἐπαγομένου παντὸς ὑψηλότερος· οἱ δὲ τοῦ ταῦτα ποιεῖν ὄντες κύριοι, δειλαιοὶ καὶ κατάδεεῖς, καὶ τίνος οὐκ ἀθλιώτεροι, τὸν πένητα, τὸν ἀλήτην, τὸν ὑπερόριον, καίτοι τοσοῦτον ἀφεστηκότα, δεδιότες, καὶ πλείοσιν ὅροις ἀποστῆναι παρασκευάζοντες, ὡς μηδὲ ἀκοὴν ἐκείνου φθάνουσαν πλήττειν αὐτῶν τοὺς βασκάνους ψυχάς. Ἐντεῦθεν εἰς Πιτυοῦντα, πάλιν οὕτω κελευσθὲν, ὑπὸ τῶν φυλασσόντων μετάγεται. Πολίχνιον τοῦτο δεινῶς ἔρημον, ἐν πέρατι μὲν θαλάσσης τῆς Ποντικῆς κατὰ δεξιὰν κείμενον, τέλος δὲ καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς γινόμενον, βαρβάροις, καὶ ὠμοῖς ἔθνεσι συνάπτον.

ΝΘ'. Ὡς οὖν ἤδη τῆς ὁδοιπορίας εἶχετο, καὶ πρὸς τὴν ἐσχάτην ταύτην ὑπερορίαν ἠπείγετο, μέλλων ἤδη τὴν πρὸς Θεὸν μᾶλλον ὁδεύειν πορείαν, καὶ τῶν μακρῶν τούτων στῆναι καμάτων, ὀλίγαις πρότερον ἡμέραις νυκτὸς εὐχομένῳ, Πέτρος ὁ μέγας καὶ Ἰωάννης, οὓς καὶ κατ' ἀρχὰς ὤπτατο τοῦ κατὰ Θεὸν βίου, πάλιν αὐτῷ φαίνονται καὶ ἡδέως προσφθέγγονται, τῶν πόνων τε ἀνακτώμενοι, καὶ τὴν κατὰ δαιμόνων εὐαγγελιζόμενοι νίκην. Εἶτα περὶ τῆς φίλης ἐκδημίας αὐτῷ προειπόντες, καὶ τῶν ὅσον οὔπω διαδεξομένων αὐτὸν μὲν ἀγαθῶν, Εὐδοξίαν δὲ ἀβουλήτων καὶ πονηρῶν, Φάγε, λέγουσι, βρῶσιν αὐτῷ τινα ἐπιδείξαντες, ἣν φαγόντι οὐδὲ δεήσει σοι, προσεῖπον, ἑτέρας, ἕως καὶ τὴν ἄφθαρτον μεθ' ἡμῶν προσήσῃ. Ταῦτα ἐκείνους τε εἰπεῖν, καὶ αὐτὸν λαβόντα φαγεῖν. Καὶ οὕτως ἐκείνους μὲν ἀπιόντας οἴχεσθαι, αὐτὸν δὲ ἀρούντως παρακληθῆναι, καὶ φαιδρᾷ γλώττῃ καὶ ἀνθηρᾷ Χριστῷ τῷ δόντι τὴν παράκλησιν ἀνθομολογεῖσθαι. Ἀλλὰ τίς ὁ ταῦτα εἰς φῶς ἐνεγκών; ἔροιτο ἄν τις τῶν ὀξυτέρων δῆλον γὰρ ὡς οὐκ ἄν ἐκεῖνος, κρύπτειν σφόδρα τὰ ἑαυτοῦ

A scribente sciri potest, quando etiam rogat beatam, ut ei curæ sit, ut non sit relegationis via longior, dicens : Mihi mille exsiliis est ingredi difficilius. Hæc et alia his plura, quæ facta sunt post relegationem, invenerit quispiam has epistolas referentes. Sed illuc rursus revertor. Cum enim magnus ille Cucusi, et corporis nutrimento non paucos, et plures nutriret pane animæ, accensa ex eo invidia, facit eum rursus migrare Arabissum. Volebant enim illi scelerati et plane deploratæ improbitatis, cum ei maleficiendi nondum ipsos cepisset satietas, eum tam frequentibus cedentem afflictionibus vitam sic amittere. Sed illuc quidem abductus, majoribus afficitur vexationibus: sed aperte ostendit se a philosophia effectum superiorem quolibet quod possit B accidere, et ex his majoris virtutis sumere occasionem, et per ipsa lætus resplendere, perinde atque in igne lucem ei suggerente majore materia : sic ille, qui erat re vera invictus, et nec ab afflictione, neque ab ulla alia molestia superatus, sic affectus afferebat potius molestiam sycophantis, ejusque laus et fama valde angebat eorum animos. Quam admirabilis res est virtus, magnique facienda et beata judicanda ab iis qui sapiunt ! Nam ille quidem tot malis appetitus, manebat invictus et inexpugnabilis, et re quæ intentabatur qualibet superior. Ii autem, in quorum potestate erat hæc facere, erant miseri et timidi, et quo non miseriores? Pauperem, erronem, exsulem formidantes, et licet tanto esset intervallo disjunctus, efficientes ut pluC ribus removeretur finibus: ut nec ejus quidem fama eo perveniens, invidos eorum animos sauciaret. Hinc Pityuntem, cum sic eis esset imperatum, traducitur ab eis, qui eum custodiebant; est autem id oppidulum valde desertum, situm quidem ad dexteram in fine maris Pontici : est vero finis Romanorum imperii, contiguus barbaris et crudelibus gentibus.

LXI. Cum ergo jam esset in itinere et ad hoc ultimum duceretur exsilium, jam ad Deum potius profecturo et cessaturo ab his magnis laboribus, paucis ante diebus nocte precanti, Petrus ille magnus et Joannes, quos etiam viderat in principio vitæ ex Deo agendæ, rursus ei apparent, et lubenter eum alloquuntur, recreantes a laboribus, et victoriam adversus dæmones suavissime annuntiantes. Deinde D cum ei gratum excessum prædixissent, et quæ eum quidem bona mox essent exceptura, mala autem Eudoxiam ejus persecutricem, Comede, dicunt, quemdam ei cibum ostendentes: quem cum comederis, non erit tibi opus alio, donec eum sumes nobiscum, in quem non cadet interitus. Hæc et illi dixerunt, et ipse sumens comedit, et sic illi quidem recesserunt: ipse autem satis recreatus, lingua læta et florida, Christo, qui eum tam pulchra impertiit consolatione, egit gratias. Sed quis est, qui hæc in lucem protulit, dixerit quispiam acrioris ingenii? Clarum est enim quod non ille, qui res suas valde celare sciebat. In promptu est, quod respondeatur,

Duo enim presbyteri et quidam ex diaconis, qui magno capti ejus desiderio, elegerant peregre cum eo proficisci, laborumque et dolorum ejus esse perpetuo participes, oculisque et auribus hæc divina acceperant, et hæc aliis similiter tradiderunt. Cum autem quatenus jam finis appropinquabat, oporteret cœpta magis attolli convenienter animi alacritati athletæ, cum duceretur in exsilium, ii quibus commissus fuerat, eum tam longis et tam vehementibus vexabant ambulationibus, ut vellent eum morti tradere, nimia celeritate victum et afflictione. Itaque cum et imbres deciderent vehementes, et sol ureret ardentissime, tunc et prolixior erat ejus deductio, et ab eo postulabatur ut intense ingrederetur. Ubi autem civitas aut locus aliquis, aut corporis defessi recreatio, aut lavacri solatium, aut aliqua alia brevis laborum remissio, ne parum quidem eum volebant illic manere, cum sic eis fuisset imperatum; merces enim crudelitatis eis promissa fuerat, majorum honorum consecutio. Sed cum ille hanc viam difficilem perageret jejunus, vultum habuit longe lætiorem iis, qui assidue vacant deliciis et compotationibus.

LX. Atque Pityuntem quidem definitum ei locum exsilii, ut ei Epiphanius prædixerat, non pervenit. Sed cum esset prope Comanos, et diversati essent in martyrio Basilisci, quem aiunt quidem fuisse episcopum : tempore autem Maximiani in civitate Nicomediæ subiisse certamen martyrii et vicisse, et corona fuisse redimitum, ei apparens in somnis Basiliscus : Bono animo esto, inquit, o frater, et lætare, ambos enim conjunget dies crastinus. Dicitur autem ædituo quoque martyrii die præcedenti apparuisse, et dixisse: Para locum fratri Joanni, venit enim. Cum autem simul atque illuxisset, viam rursus essent ingressuri, diem sciens magnus Joannes tanquam ex responso, rogabat eos qui abducebant, ut sinerent eum manere in loco. Cum illi autem non concessissent, sed instar volucris triginta stadia confecissent, ipse, cujus voluntate omnia administrantur, ipse (o miraculum!) effecit ut errorem subeuntes, redirent in illum locum, eosque rursus habebat ædes martyris Basilisci. Cum autem et tempus vocaret, et jam adesset hora ejus ad Deum migrationis, et egregia illa lingua esset tacitura, et claudendi essent oculi nuntii puræ illius animæ, et insignis temperantiæ summa pulchritudine, omnem quidem quam secum attulerat suppellectilem, divisit iis qui aderant. Deinde etiam cum exuisset ea, quibus erat indutus, ea quoque donat : et cum se ad calceos usque lætius et alacrius composuisset, ut etiam iis, quæ apparebant, liceret cum iis, quæ erant intus, celebrare diem festum ejus excessus et migrationis, et cum sic ornatus divina sumpsisset sacramenta, et consuetam effatus esset precationem: Gloria tibi, Domine, propter omnia; quin etiam se signasset signo crucis, cum qua vixerat, et pedes extulisset, pedes, in-

ἐπιστάμενος. Ἕτοιμος ὁ λόγος εἰπεῖν. Τῶν γὰρ πρεσβυτέρων δύο, καί τις τῶν διακόνων, οἳ καὶ πόθῳ προστακέντες αὐτῷ καὶ συνεκδημεῖν εἵλοντο, καμάτων τε καὶ πόνων καὶ τῶν ἄλλων θλίψεων εἰς τέλος αὐτῷ κοινωνεῖν, οὗτοι καὶ παρόντες καὶ ὄψεσιν ἰδίαις καὶ ἀκοαῖς ταυτὶ τὰ θεῖα παραλαβόντες, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως παραδεδώκασιν. Ἐπεὶ δὲ ὅσον ἤδη τοῦ τέλους ἥπτετο, μεῖζον [γρ. μείζονα] αἴρεσθαι καὶ τὰ σκάμματα ἔδει, τὴν τῆς ὑπερορίας ἀγόμενον. Οὕτως αὐτὸν οἱ πιστευθέντες ταῖς μακραῖς ἄγαν καὶ κατεσπουδασμέναις ὁδοιπορίαις κατέτεινον, ὡς θανάτῳ βούλεσθαι παραδοῦναι, τῷ σφοδρῷ τάχει καὶ τῇ κακοπαθείᾳ νενικημένον. Ταύτῃ καὶ δετοῦ λάβρως ἐπιγκλύζοντος, καὶ ἡλίου πάλιν ἀκμαιότερον διακαίοντος, τότε μᾶλλον καὶ ἡ κατάλυσις παρετείνετο, καὶ ἡ πορεία [ἴσ. τῆς πορείας] φέρειν τὸ σύντονον ἀπητεῖτο. Ὅπου δὲ πόλις ἢ χωρίον ἦν, σώματος τε παράκλησις κεκμηκότος, ἢ λουτροῦ παραμύθιον, ἢ βραχεῖα τις ἄλλη τῶν πάντων ἄνεσις, οὐδὲ μικρὸν προσμένειν ἠξίουν, οὕτω διακεκελευσμένοι· ἐπεὶ καὶ μισθὸς αὐτοῖς τῆς ὠμότητος διωμολογήθη, τιμῶν μειζόνων ἀπαγγελία. Τὴν οὖν χαλεπὴν ταύτην ἄσιτος διανύων, πολὺ τὴν ὄψιν εἶχε χαλεπωτέραν τῶν τρυφῇ καὶ πότοις ἑκάστοτε προσκειμένων.

Ξ' Πιτυοῦντα μὲν οὖν τὸν ὡρισμένον αὐτῷ τῆς ὑπερορίας τόπον, ὡς Ἐπιφανίου πρόῤῥησις, οὐ κατέλαβεν. Ἀλλ' ἐπεὶ Κομάνων ἐγγύς, ἐν τῷ μαρτυρίου Βασιλίσκου κατήχθησαν (ἐπίσκοπον δὲ αὐτόν φασι μὲν γενέσθαι, κατὰ δὲ τοὺς Μαξιμιανοῦ χρόνους ἐν τῇ Νικομήδους τὸν τῆς μαρτυρίας ἆθλον ὑπελθεῖν καὶ νικῆσαι καὶ τὸν στέφανον ἀναδήσασθαι), ὄναρ αὐτῷ φανέντα, Θάρσει, ἀδελφὲ, φάναι, καὶ χαῖρε· συνάψει γὰρ ἀμφοτέρους ἡ ἐπιοῦσα. Λέγεται δὲ καὶ τῷ νεωκόρῳ τοῦ μαρτυρίου τῇ πρὸ αὐτῆς ἐπιστάντα, Ἑτοίμασον τόπον Ἰωάννῃ, φάναι, τῷ ἀδελφῷ ἔρχεται γάρ· ἅμα δὲ φωτὶ μελλόντων ὁδοῦ πάλιν ἅπτεσθαι, τὴν ἡμέραν ὡς ἐκ χρησμοῦ γινώσκων ὁ μέγας, ἐδεῖτο τῶν ἀπαγόντων ἐᾶσαι γοῦν προσμεῖναι τῷ τόπῳ. Τῶν δὲ μὴ πεισθέντων, ἀλλὰ πτηνοῦ τάχει τριάκοντα σταδίους διηνυκότων, αὐτὸς, οὗ πάντα μετατίθεται τῷ βουλήματι, αὐτὸς, ὦ τοῦ θαύματος! εἰς ἐκεῖνον αὖθις ἀναζεῦξαι τὸν τόπον, πλάνην ὑποστάντας παρασκευάζει, καὶ πάλιν αὐτοὺς ὁ τοῦ μάρτυρος Βασιλίσκου εἶχε σηκός. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ καιρὸς ἐκάλει, καὶ ἡ ὥρα ἤδη παρῆν τῆς πρὸς Θεὸν ἐκδημίας, γλῶσσά τε σιγᾷν ἔμελλεν ἡ καλὴ, καὶ ὀφθαλμοὶ μύειν, οἱ τῆς καθαρᾶς ἐκείνης ψυχῆς ἄγγελοι καθαροὶ καὶ πολλῷ τῷ κάλλει τῆς σωφροσύνης διαπρεπεῖς, πάντα μὲν ὅσα τῶν ἐπίπλων ἐπήγετο, διένειμε τοῖς παροῦσιν. Εἶτα καὶ ἅπερ ἦν ἐκδεδυμένος ἀποδυσάμενος, καὶ αὐτὰ δίδωσι. Μετακοσμήσας δὲ ἑαυτὸν ἐπὶ τὸ φαιδρότερον ἄχρι δὴ καὶ ὑποδημάτων, ἵνα συνεορτάζειν ᾖ τοῖς ἔνδον καὶ τὰ φαινόμενα, τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν αὐτοῦ καὶ μετάστασιν πρὸς τὴν ἐκεῖθεν μακαριότητα· καὶ οὕτω δὴ κοσμηθεὶς, καὶ τῶν θείων κοινωνήσας ἁγιασμάτων, εὐχήν τε τὴν συνήθη ἐπιφθεγξάμενος, Δόξα σοι, Κύριε, πάντων ἕνεκεν· τῷ τύπῳ τε ἐπισφραγισάμενος ᾧ συνέζη σταυροῦ, καὶ τοὺς πόδας ἐξάρας,

πόδας ἐκείνους τοὺς ὡραίους ὄντως καὶ ἀποστολικοὺς τὴν μακαρίαν ἀπῆλγε πορείαν, Χριστὸν βλέπειν, Χριστῷ συνεῖναι, Χριστοῦ τῷ κάλλει διαπαντὸς ἐναγάλλεσθαι· μακάριος μὲν ἑαυτῷ τῆς ἐκδημίας καὶ μεταθέσεως, ὀδυνηρὸς δὲ σφόδρα τοῖς ἐγνωκόσι, καὶ οὓς δὴ καὶ μετρίως τοῦ οἰκείου μέλιτος ἔγευσε καὶ τῆς ἡδονῆς. Ἡμέρα μέντοι τῆς αὐτοῦ μεταθέσεως, ἥτις δήπου καὶ τοῦ ζωηφόρου σταυροῦ, ἣν καὶ ὕψωσιν εἰώθαμεν λέγειν, ἀπὸ τοῦ πράγματος αὐτὴν ὀνομάζοντες κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην (ὡς πάντες ἴσασι) τελουμένην τοῦ Σεπτεμβρίου. Ἔδει γὰρ τὸν μηδενὶ προσθέμενον τῶν παρόντων, ἀλλ' ἑαυτὸν ὅλως τῷ κόσμῳ στουρώσαντα, ἐν ἄλλῳ τε οὐδενὶ τὸ καύχημα θέμενον, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ, κατ' αὐτήν γε ἡμέραν τῆς ἑορτῆς τοῦ σταυροῦ καὶ αὐτὸν, ὃν εἶχεν ἐκ τοῦ κάτω κόσμου χοῦν, ἀποθέσθαι, καὶ μηδὲν ἐκ τούτου παράσημον ἐπαγόμενον καθαρῶς γενέσθαι τοῦ ἐν οὐρανοῖς πολιτεύματος.

A quam, illos speciosos et vere apostolicos, beatum illud iter iniit, ut Christum videret, cum Christo versaretur, Christi perpetuo exsultaret pulchritudine : sibi quidem felix ob decessum et migrationem : magnam autem afferens tristitiam iis qui res illius pulchre noverant, et quibus vel modicum sui mellis gustum præbuerat. Fuit autem dies ejus decessus, qui fuit vivificæ Crucis, quam ex re ipsa solemus vocare Exaltationem, quæ, ut omnes sciunt, celebratur quarto decimo Septembris (56) Oportebat enim eum, qui se nulli rerum præsentium dediderat, sed se totum mundo omnino crucifixerat, et nulla re alia gloriatus fuerat, quam in cruce Christi, eo ipso die festo Crucis, cum ipsum quoque deponere pulverem, B quem habebat ex hac materia, et mundum pervenire ad eam, quæ est in cœlis, conversationem.

ΞΑ'. Τότε δὴ γίνεται τοῦ πρὸς τὸν ἅγιον πόθου δεῖγμα καὶ τοῦτο σαφέστατον. Ὡς γὰρ ἡ τελευτὴ ἤδη πρὸς ἀκοὰς ἔπιπτε, καὶ ἡ κοινὴ ζημία πανταχοῦ διεδίδοτο, πλῆθος ἀριθμοῦ κρεῖττον, πλῆθος ἄπιστον ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναίων τῶν εὐσεβῶς ἀσκουμένων, ἐξ αὐτῆς Συρίας καὶ Κιλικίας, ἐκ Πόντου τέ φημι καὶ τῆς Ἀρμενίας, εἰς προσκύνησιν τοῦ μακαρίου συνέῤῥεον σώματος. Ὅ καὶ τῶν ἱερῶν ὕμνων, καὶ τῆς νενομισμένης τυχὸν ψαλμῳδίας, χειράς τε διαφυγὸν τῶν ὥσπερ ἔτι ζῶντος λαμβανομένων αὐτοῦ καὶ ἀσπαζομένων, ὅλον τε σὺν ἡδονῇ περιπλεκομένων, καὶ μὴ μεθεῖναι φιλονεικούντων, ἐχομενά που Βασιλίσκου τοῦ μάρτυρος κατετέθη εἰς δόξαν Θεοῦ, οὗ πάντα εἰς δόξαν αὐτὸς ἐποίει ἀεί.

LXI. Tunc autem exsistit quoddam manifestissimum indicium omnium amoris in Sanctum. Nam cum jam ad multorum aures pervenisset eum decessisse, et communis jactura in omnem partem persuaderet, multitudo innumerabilis, multitudo incredibilis virorum simul et mulierum, quæ pie exercebantur, ex ipsa Syria et Cilicia, ex Ponto et Armenia confluebat ad adorandum beatum tabernaculum. Quod quidem, cum ei de more sacri dicti fuissent hymni et psalmodia, et vix effugisset eorum manus, qui ipsum tanquam vivum accipiebant C et cum gaudio complectebantur, et id contendebant, quidquid fieret, non dimittere, deponitur prope Basiliscum martyrem, revera dignum omnibus laudibus, ut quod tali fuerit animæ conjunctum, et talium laborum fuerit ei socium, et ministerii grati ei, qui ipsum creavit : Ad laudem ipsius boni Dei nostri ad cujus gloriam ipse omnia faciebat, et Unigeniti ejus Filii, et vivifici Spiritus : quæ est beata et principalis Trinitas, quam decet gloria, honor et adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(56) Anno 407.

DE SANCTO JACOBO

EREMITA IN PALÆSTINA.

(Januarii die 28. — *Acta Sanctorum Bolland.* ad hanc diem.)

1. Plures in Syria vixere sanctimonia illustres eremitæ, Jacobi appellati. Horum unus is fuit de quo Theodoretus cap. 25 *Philothei*, seu lib. IX *De Vitis Patrum*, scribit, qui tugurino inclusus degebat « juxta vicum Duzan in Syria, » perque modicam fossam responsa reddebat, neque igne usus unquam, neque lumine lucernæ. Nonagenario major adhuc in vivis erat, cum librum illum Theodoretus sæculo quinto conscriberet.

2. Alius ab eopem Theodoreto cap. 21 memoratur Jacobus, cui ipse *Magni*, Theodorus Lector lib. I *Collectan. Syri*, Evagrius lib. II, cap. 9, *Syrii*, Rosweydus *Hypæthrii*, quod sub dio viveret, cognomen tribuere. Hujus meminit Baronius tom. V. an. Chr. 404, num, 108, et an. 414, num. 15, et tom. VI, an. 458, num. 15, ubi jure Nicephorum corrigit, qui eum cum Jacobo Nisibeno confudit. Colitur Nisibenus XV Julii, ad Jacobas Magnus, sive Syrus, XXVI Novemb., licet loca ex Annalibus Baronii jam citata a nobis, ascripta margini sint in postrema Martyrologii Romani editione ad notationes VI Augusti, quo die colitur alius Jacobus Eremita « Amidæ in Mesopotamia ad Tigrim fluvium » miraculis clarus, duobus illis multo junior ; quippe qui post Amidam a rege Persarum captam adhuc vivebat. Capta vero est Amida, teste Marcellino in Chronico, « Consulibus Avieno Juniore et Probo » (pro quo alii *Raffum*, scribunt) an. Chr. 502, quo Baronius num. 40 de hoc S. Jacobo agit ex Procopii lib. I *De bello Persico*.

2. Philippus Ferrarius in Topographia Martyrologii Romani, verbo *Palæstina*, scribit hunc « Jacobum Eremitam, qui Amidæ ponitur sub die VI Augusti, eumdem videri cum eo qui hoc XXVIII Januarii colitur. » In quo indubie, fallitur, et quidem vehementer. Ille enim, teste Procopio, « in vico ab Amida unius diei itinere distante, in brevi spatio cancellis interseratis inclusus » vixit ; hic « prope oppidum Porphyreonem, » ab anno ætatis circiter vicesimo « in spelunca quadam quindecim annos habitavit. »

4. Est autem Stephano lib. *De urbibus* Πορφυρεῶν πόλις Φοινίκης, *urbs Phœniciæ*, admodum antiqua ; cujus meminit Polybius lib. V, de bello agens Antiochi Magni. Episcopalis fuit sub metropolita Cæsareæ Palestinæ, ut habetur lib. II Notitiæ episcopatuum Miræi, ubi tamen *Porphyron* scripta, Wilhelmo Tyrio lib. IX *Belli sacri*, cap. 14, et lib. X, cap. 6 et 10, et alibi *Caiphás* appellatur, Tyrium sequuntur Adrichomius in tribu Isachar, cap. 17, Quaresmius, et alii ; qui tamen falluntur dum a Caipha pontifice exstructam scribunt : restaurata ab eo est fortassis. Juxta mare, ad Carmeli montis radices, parte aquilonari sitam tradunt.

5. Porphyreonis urbis incolis « cum se honorari videret, » ut num. 10 dicitur, « fugiens abiit quadraginta milliaribus et ad ripam fluvii triginta annos habitavit. » Hunc fluvium Cisonem arbitramur, qui ex mari Galilææ, seu Tiberiadis, in mare Mediterraneum defluit, cui ad leucas aliquot mons Hermon, sive Hermonium, adjacet ; apud cujus petras in spelunca videtur vixisse, ex qua cum fœdum illud flagitium perpetrasset, discessit, atque annos decem in alia spelunca, seu vetere sepulcro, in eadem regione exegit. At si flumen hoc quispiam Jordanem esse contendat, haud equidem pugnaciter obsistemus, si quod attulerit probabile argumentum, atque uspiam repererit non plus 40 millibus passuum fluere a Porphyreone Jordanem.

6. Jacobo mox ab obitu, ob miraculorum frequentiam, sacra exstructa est ædes, in quam ejus translatæ sunt reliquiæ, et memoria quot annis cum solemni festivitate celebrata. Vita S. Jacobi scripta videtur a vetusto auctore, haud diu post ejus mortem, ut hæc verba innuunt « : Cum religiosissimus episcopus obitum cognovisset, ad eum locum cum toto clero et probis laicis accessit, qui cum aromatibus pretiosis eum condiissent, Deum ipsum et ejus gloriam celebrantes, venerandas ejus reliquias in illo ipso monumento deposuerunt. Postea sanctus Dei sacerdos sacram ædem ad speluncam ædificavit, ejusque reliquias illuc transtulit. Quo in loco usque in hodiernum diem multi curantur ac tota civitas, et finitima regio, ejus memoriam singulis annis celebrans diem magnum festum agit » etc. Quæ postrema de ætate Metaphrastæ (qui hanc Vitam suo de gestis sanctorum operi inseruit, recognitam a se fortassis, ac de more interpolatam) minus commode accipi videntur posse, cum omnia late Saraceni Metaphrastæ ævo tenerent. Eam porro Vitam Latine a Gentiano Herveto versam, ediderunt Lipomanus et Surius: contractam Georgius Garnefeltius lib. II *De vitis eremitarum*, num. 7.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΑΚΩΒΟΥ ΤΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ.

—

VITA ET CONVERSATIO S. JACOBI MONACHI

(Græce nunc primum prodeunt ex cod. ms. Reg. Paris. n. 1708 notato. EDIT. PATR.)

—

PRÆFATIO.

Α'. Πολλῶν ἀγαθῶν καὶ ψυχωφελῶν εὐεργεσιῶν Α τοῖς φιλοθέοις καὶ κατὰ τὰ προστάγματα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ζῆσαι θέλουσιν ἡ καλλίστη τῆς ταπεινοφροσύνης κτῆσις πρόξενος γίνεται, ἣν ὁ δράξασθαι σπουδάσας καὶ ταύτην κατορθώσας, οὐ πτῶσίν τινα, οὐ πάθους αἰχμαλωσίαν, οὔτε μὴν τύφον τῆς ἐφ' ἑαυτῷ πεποιθήσεως ὑπομεῖναι δυνήσεται. Ὅτι γὰρ ταύτην πολλὴν ζημίαν καὶ ἀνήκεστον βλάβην καὶ μέγιστον κίνδυνον ἐπάγει τοῖς μὴ προσέχουσιν, ἔστιν μὲν ἐκ πολλῶν ἑτέρων κατιδεῖν τεκμηρίων, μερικῶς δὲ καὶ ἐκ τοῦ μέλλοντος παρ' ἡμῶν προτίθεσθαι διηγήματος πρὸς οἰκοδομὴν καὶ ἀσφάλειαν [τῶν] τὸν ἀγγελικὸν τοῦτον βίον ἐπανηρημένων. Ἐν τούτῳ γὰρ εὑρήσομεν καὶ πολιτείαν εὐάρεστον ἀσκήσει κατορθωμένην καὶ πτῶσιν ἐσχάτην ἐκ ῥᾳθυμίας συμβᾶσαν, καὶ τὴν τῆς μετανοίας Β δύναμιν τοσοῦτον ἰσχύουσαν παρὰ τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ, ὡς μὴ μόνον ἐξ αὐτῶν τοῦ ᾅδου πυλῶν καὶ τῶν τῆς γεέννης δεινῶν ἐξαρπάσαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ γὰρ μείζονα τῆς προτέρας ἀρετῆς αὐτὸν ἀποφῆναι καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι ἄμεινον αὐτῷ γενέσθαι τὴν ἐπανόρθωσιν.

I. Multa bona et animæ salutaria beneficia iis viris qui Dei amantes sunt, et Salvatoris Christi præceptis congruentem vitam ingrediuntur, pulcherrima humilitatis possessio conciliat : quam qui amplecti studuerit, et perfecte obierit, is nunquam illud timere poterit, ne aliquo modo cadat, aut ullo affectu capiatur, vel suæ fiduciæ superbia efferatur. Quod enim multum damni, et insanabilem jacturam, maximumque periculum hæc iis afferat, qui non cautiores fuerint, licet e multis aliis argumentis hoc intelligere, præcipue vero ex hac historia, quæ nobis scribenda est: ut qui cœlestem vitam sibi proposuerint, ex ipsa narratione proficiant, quo tutiores sint. In hac enim et institutionem optimam inveniemus, et exercitationem perfectam, extremum denique cursum ex pigritia proficiscentem, et pœnitentiæ virtutem; quæ tantum valet apud benignissimum Deum, ut non solum ex ipsis inferorum portis, et gehennæ doloribus hominem eripiat, sed etiam talem reddat, ut priori virtute majus aliquid possideat, et adjuvante divina gratia, emendationem vitæ superiore statu meliorem recuperet.

CAPUT I.

S. Jacobi exercitatio, castitatis servandæ cura.

Β'. Γέγονε τις ἀναχωρητὴς ἐν κωμοπόλει Πορφυρεῶνι καλουμένῃ, ᾧ ὄνομα Ἰάκωβος. Οὗτος τῇ τοῦ προσκαίρου βίου ματαιότητι ἀποταξάμενος ᾤκησεν ἔν τινι σπηλαίῳ ἐπὶ πεντεκαίδεκα ἔτεσιν. Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ἀρετῇ καὶ ἀσκήσει προκόψας τίμιος ὤφθη καὶ εὐάρεστος τῷ Θεῷ, ὥστε αὐτὸν καὶ χαρίσματος κατὰ δαιμόνων καταξιωθῆναι, καὶ πολλὰς ἑτέρας ἰάσεις τῷ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπετέλει ὀνόματι. Πάντες τοίνυν τὴν τοῦ ἀνδρὸς πολιτείαν θαυμάζοντες, πρὸς αὐτὸν συνέτρεχον, ὧν οἱ πλείους τῆς τῶν δυσσεβῶν Σαμαρειτῶν θρησκείας ὑπῆρχον, οὕσπερ ὁρῶν πρὸς αὐτὸν παραγενομένους ὁ τοῦ Θεοῦ

II. Fuit quidam vir, qui solitarium in locum secessit prope oppidum Porphyrionem. Erat viro illi nomen Jacobus. Hic cum brevis hujus vitæ vanitati renuntiasset, in spelunca quadam quindecim annos habitavit. Tantos autem in virtutis exercitatione progressus fecit, tamque insignis et Deo gratus exstitit, ut et gratia contra dæmones dignus effectus fuerit, multasque alias curationes, Salvatoris nostri Jesu Christi nomine, hominibus attulerit. Cum omnes igitur hujus hominis vitam admirarentur, ad eum concurrebant; quorum plerique erant ex impiorum Samaritarum (1) superstitione. Illos cum

(1) Samaritæ infestarunt Christianos præcipue sæculo quinto et sexto, sub imperatoribus Zenone, Anastasio, Justino et Justiniano : sed ab hoc Julianus quidam eorum rex bello superatus et peremptus est. Agunt de eis Procopius *De ædificiis Justiniani imperatoris* lib. v, Cyrillus monachus in Vita S. Sabæ abbatis 5 Decemb. et alii. Hinc de S. Jacobi ætate statui utcunque potest.

ad se venientes divinus ille vir animadverteret, ex divinarum litterarum lectione ipsos multum erudiendo, ad veram fidem convertebat.

A ἄνθρωπος, ἐπὶ πολὺ κατηχῶν ἐκ τῶν θείων Γραφῶν, εἰς τὴν ἀληθῆ πίστιν ἐπέστρεψεν.

III. Sed qui humano generi inde usque a principio adversari cœpit diabolus, et iis præcipue qui Christo serviunt, cum ex multa illius hominis virtute ac perfecta vita se fugari videret, aggressus est eum persequi, et ex iis locis, quæ supra diximus, expellere. Cum enim in unum quempiam Samaritam ingressus fuisset, ex eorum numero qui ab initio veritatem ipsam adversabantur, fecit ut ille universos ad se pertinentes amicos, consanguineos ac servos, ad insidias sancto illi viro struendas, in unum colligeret; quo eum ita irretitum posset e regionibus illis propulsare. Omnes igitur cum ad sacerdotis sui diversorium convenissent, et multa B essent machinati, una omnium sententia hæc fuit, ut impudentem atque inhonestam mulierculam ad se accerserent, cui viginti aureos nummos darent, totidemque alios se illi daturos promitterent, si ipsa Dei servum Jacobum illecebris suis corrumpere posset, ut ansam aliquam arripientes, eum virum cum dedecore e sua regione fugarent.

Γ'. Ἀλλ' ὁ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐξαρχῆς πολεμῶν διάβολος, καὶ μάλιστα τοῖς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δούλοις, ὁρῶν ἑαυτὸν διὰ τῆς πολλῆς τοῦ ἀνδρὸς εὐαρεστήσεως καὶ ἀκριβοῦς πολιτείας ἐπὶ πολὺ διωκόμενον, ἐπεχείρησεν αὐτὸν τῶν προειρημένων τόπων διῶξαι. Εἰσελθὼν γὰρ εἰς ἕνα τῶν Σαμαρειτῶν τῶν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τὴν ἀλήθειαν ἀποστρεφομένων, παρασκεύασεν αὐτὸν συναγαγεῖν πάντας τοὺς προσέχοντας αὐτῷ φίλους καὶ συγγενεῖς ἐπὶ τῷ ἐνεδρευθῆναι ἁγίῳ ἀνδρὶ, ὅπως αὐτὸν παγιδεύσας δυνηθείη τῶν μερῶν ἐκείνων ἀπελάσαι. Συνελθόντες τοίνυν ἅπαντες εἰς τὸ καταγώγιον τοῦ παρ' αὐτοῖς ἱερέως, καὶ πολλὰ μηχανησάμενοι, τέλος μία πάντων ἐπεκράτησε γνώμη. Καὶ δὴ μεταστειλάμενοι ἀναιδὲς καὶ ἀσχημόνως προεστὼς γύναιον, διδοῦσιν αὐτῷ εἴκοσι χρυσίνους, καὶ ἄλλα τοσαῦτα παρέξειν αὐτῷ κατεπαγγέλλονται, εἰ δυνηθείη ὑποσκελίσαι τὸν τοῦ Θεοῦ δοῦλον Ἰάκωβον, πρὸς τὸ λαβὴν δραξαμένους, δυνηθῆναι αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας αὐτῶν ἀπελάσαι.

IV. His promissis mulier illa inducta, multam noctem observans, ad ipsum adiit, ac januam pulsans eum rogabat, ut ipsam intromitteret. Cumque ille moraretur, et diutius id se facturum recusaret, illa nihilominus impudenter januam pulsare pergebat, et multis precibus eum obsecrare, ut ipsam admitteret. Cum igitur ille januam patefecisset, et eam vidisset, spectrum aliquod cer- C nere sibi visus est; seque crucis signo muniens, januam ipsam cum impetu clausit, atque in cellam reversus, ad orientem solem se convertit, et Deum attente precatus est. Non multo autem tempore postea, cum media nox præteriisset, non desinebat mulier illa pulsare januam; quin etiam magna voce: Miserere, inquit, mei tu, qui Dei servus es: aperi mihi januam, ne ante cellam tuam ferarum cibus efficiar.

Δ'. Ταύταις ταῖς ὑποσχέσεσι ἡττηθὲν τὸ γύναιον ἄπεισιν πρὸς αὐτὸν ἑσπέρας βαθείας λοιπὸν ἐπιλαβούσης· καὶ κρούσασα τὴν θύραν, δέξασθαι αὐτὴν [*f. add.* παρεκάλει]. Τοῦ δὲ ἀναβαλλομένου, καὶ ἐπὶ τοῦτό που πολὺ ὑπερτιθεμένου, ἐπέμενεν ἀναιδῶς κρούουσα, καὶ μετὰ πολλῆς ἱκεσίας ἐκλιπαροῦσα δεχθῆναι αὐτήν. Καὶ δὴ παρανοίξας καὶ θεασάμενος αὐτὴν, ἔδοξεν φάντασμα εἶναι· καὶ κατασφραγίσας αὐτὸν, προσέρρηξεν τὴν θύραν καὶ ὑπέστρεψεν· καὶ στὰς κατὰ ἀνατολὰς, ἐκτενῆ προσευχὴν τῷ Θεῷ ἀνέπεμψεν. Πολλῆς δὲ ὥρας διαδραμούσης, καὶ τῆς νυκτὸς ἤδη τὸν μέσον δρόμον καταλαβούσης, οὐκ ἀπέσχετο τοῦ κρούειν καὶ μεγάλῃ φωνῇ ἐκβοᾷν· Ἐλέησόν με, δοῦλε τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄνοιξόν μοι, μή πως θηρίων βρῶμα πρὸς τῆς κέλλης σου γένωμαι.

V. Cum justus ille vir hæc consideraret, et ferarum multitudinem, quæ erat in illis locis, animadverteret, januam ipsam invitus, ut ita dicam, patefecit, eique dixit: Unde huc venisti? Quem quæris? Et unde es? Cui mulier, E monasterio, inquit, hoc propinquo ego sum, meque monasterii præses ad ferendas benedictiones (2) in hoc castellum misit, ac dum reverterer in monasterium, hoc in loco nox me oppressit. Rogo igitur te, divine vir, ut miserearis mei, et apud te accipiar, ne ferarum

Ε'. Συνιδὼν τοίνυν ὁ δίκαιος καὶ ἀναλογισάμενος τὴν ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις τῶν θηρίων πληθὺν, εἰς διάκρισιν ἐμπεσών, ἤνοιξεν ἄκων, καὶ λέγει αὐτῇ· Πόθεν ἦλθες ὧδε, ἔφη, τινα δὲ ζητεῖς, καὶ τίνος εἶ; Ἡ δὲ ἀποκριθεῖσα ἔφη· Ἐκ τοῦ ἀσκητηρίου εἰμὶ τοῦδε, καὶ ἀπέστειλέ με ἡ ἡγουμένη ἀπενεγκεῖν D εὐλογίας εἰς τήνδε τὴν κώμην· καὶ ἐν τῷ ὑποστρέφειν με καὶ ἀπιέναι ἐν τῷ μοναστηρίῳ, ὄψησέν μοι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ. Παρακαλῶ οὖν σε, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, οἰκτείρησόν με καὶ δέξαι με, ἵνα μὴ θηριάλω

(2) Id duplici modo accipi potest; vel ut missam se dicat, ut inde benedictionem ad monasterium deportaret, id est, eleemosynam. Simili phrasi utitur Cyrillus in Vita S. Sabæ, uti supra 20 Janu. ad vitam S. Euthymii diximus num. 9, in Prolegom. Verum ubi ea erat benedictio? Vel intelligi potest, ut se tulisse eo benedictionem dicat, sive eulogias, id est, panes resve alias, vel a sacerdotibus benedictas statis Ecclesiæ precationibus, vel quod a sanctarum virginum manibus venirent, benigne tamen suscipi atque etiam adversus morbos vim habere solitas: vel certe in testimonium solum benevolentiæ, aliquos præcoces aut rariores fructus, vel quidpiam simile, quod esse sæcularibus, sub piis, hominibus acceptum scirent, mittere sanctimoniales illæ virgines solebant. Sic 26 Januarii in Vita S. Bathildis cap. 3, num. 12, « ut et regem et reginam et proceres condigno honore cum eulogiis semper visitarent, » etc.

τος γένωμαι· Τότε σπλαγχνισθεὶς εἰσήνεγκεν αὐτήν· καὶ παραθεὶς αὐτῇ ἄρτον, καὶ ἅλας, καὶ ὕδωρ, εἰσελθὼν αὐτὸς ἐν τῷ ἀνωτέρῳ κελλίῳ, ἐνέκλεισεν αὐτὸν, καταλείψας τὴν γυναῖκα ἐν τῷ ἐξωτέρῳ κελλίῳ.

ς'. Ἡ δὲ ἔδοξεν πρὸς ὀλίγον ἡρεμεῖν· καὶ μετὰ ταῦτα ἀναβοᾷν ἤρξατο, καὶ ὀλοφυρομένη προσρήσσειν ἑαυτὴν τῇ θύρᾳ, καὶ μετὰ θρήνων ἐπικαλεῖσθαι τὸν ἅγιον. Καὶ δὴ παρακύψας διὰ τῆς θυρίδος, καὶ ἰδὼν αὐτὴν συνεχομένην καὶ ὡς ἐν πολλῇ ὀδύνῃ οὖσαν, ἐν ἀμηχανίᾳ περιέστη, τί ἂν εἴποι αὐτῇ, ἢ τί ποιήσει αὐτῇ. Ἡ δὲ λέγει πρὸς αὐτόν· Δέομαί σου, ἐπίβλεψον εἰς ἐμὲ καὶ σφράγισόν με, ὅτι καρδιακῇ ὀδύνῃ συνέχομαι. Ταῦτα ἀκούσας ἐξῆλθεν, καὶ πυρὰν μεγάλην ἀνάψας, παρεκάθισεν αὐτὴν, καὶ τὴν ἀριστερὰν αὐτοῦ χεῖρα ἐπιδήσας τῷ πυρὶ, τῇ δεξιᾷ ὑπαλείφων ἐκ τοῦ ἐλαίου τῶν ἁγίων ἐπυρίαζεν αὐτὴν διὰ τῆς θερμότητος τῶν χειρῶν αὐτοῦ, κατασφραγίζων αὐτὴν συνεχῶς ἐπὶ τοῦ στήθους. Ἡ δὲ τῇ οἰκείᾳ ἀναιδείᾳ φερομένη, βουλομένη τε αὐτὸν παγιδεῦσαι καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἄτοπον ἀγαγεῖν, λέγει αὐτῷ· Δέομαί σου, ἄλειψόν μου ἐπὶ πολὺ τὴν καρδίαν, ὅπως παύσῃ ἡ συνέχουσά με ὀδύνη. Ὁ δὲ ἅγιος, κατὰ τὴν προσοῦσαν αὐτοῦ ἁπλότητα, εἶχων αὐτῇ, τὰ πρὸς θεραπείαν αὐτῆς ἐπετέλει· ἅμα δὲ καὶ τὰς τέχνας τοῦ Πονηροῦ ἐπιστάμενος, καὶ δεδιὼς, μή πῶς ἐκ τῆς πολλῆς εἰς αὐτὴν συμπαθείας ἀθάνατον ἑαυτῷ ἀσθένειαν ἐπαγάγοι, ἐπὶ δύο ἢ καὶ τρεῖς ὥρας οὕτως ἀφειδῶς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα τῷ πυρὶ προσφέρων ἐνεκαρτέρει, ἄχρις οὗ αἱ ἁρμονίαι τῶν τῆς χειρὸς δακτύλων καυθεῖσαι ἀπέπεσαν. Τοῦτο δὲ ταῖς διαβολικαῖς μηχαναῖς ἀντιστρατευόμενος ἐποίει, ὥστε αὐτὸν διὰ τῆς ἐκ τοῦ πυρὸς προσγινομένης αὐτῷ ἀφορήτου ὀδύνης, μή τινα κακίστην ἔννοιαν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ὑπεισελθεῖν.

ζ'. Ἡ δὲ, τὸ παράδοξον ἰδοῦσα, καὶ ἐν ἑαυτῇ γενομένη (ἑώρα γὰρ τὴν χεῖρα τοῦ ἁγίου πᾶσαν σχεδὸν ὑπὸ πυρὸς δαπανηθεῖσαν), δακρύσασα πικρὸν, καὶ στενάξασα δεινὸν, τοῖς ποσὶ προσέπεσε τοῦ ἁγίου, καὶ ταῖς χερσὶν αὐτῆς τὸ ἴδιον τύπτουσα στῆθος, ἔβόα· Οἴμοι τῇ ἀθλίᾳ καὶ ἐσκοτισμένῃ! οἴμοι ὅτι κατάβρωμά εἰμι τοῦ αἰωνίου πυρός! οἴμοι ὅτι δοχετόν εἰμι τοῦ διαβόλου! Ὁ δὲ ἅγιος πρὸς ταῦτα ἐντὸς γενόμενος, φησὶν πρὸς αὐτήν· Ἀνάστηθι, γύναι. Καὶ σὺν πολλῇ τῇ βίᾳ ἐκ τοῦ ἐδάφους ἀναστήσας αὐτὴν, καὶ εὐχὴν ἐκτενῆ ἐπιτελέσας, λέγει αὐτῇ· Τί σοί ἐστιν, ἀνάγγειλόν μοι. Ἡ δὲ μόλις ἐλθοῦσα εἰς ἑαυτὴν, ὅπως εἶχεν τὰ τοῦ πράγματος κατὰ λεπτὸν αὐτῷ ἐξηγήσατο, φανερώσασα αὐτῷ τὴν τῶν παρανόμων Σαμαρειτῶν, μᾶλλον δὲ τοῦ διαβόλου, μελετηθεῖσαν κατὰ τοῦ ἁγίου ἐπιβουλήν. Καὶ δὴ μέγα στενάξας ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ, καὶ πολλὰ μετὰ δόξης καὶ δακρύων εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, κατήχησεν αὐτὴν, δούς τε αὐτῇ εὐλογίας, ἀπέστειλεν αὐτὴν πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Ἀλέξανδρον. Ἡ δὲ τὴν ἐκκλησίαν καταλαβοῦσα, ἕκαστα τῶν παρηκολουθηκότων τῷ Θεῷ πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ [τῷ] ἁγιωτάτῳ ἀνδρὶ ἐξομολογήσατο· ὃς καὶ αὐτὸς πλεῖστα κατηχήσας αὐτὴν, καὶ εὑρὼν αὐτὴν ἐκτενῶς ἐφ'

A præda efficiar. His igitur verbis ille commotus, eam ad se introduxit, panemque et aquam illi apposuit : et interiorem cellam ingressus, seipsum illic inclusit, muliere in exteriore cella derelicta.

VI. Illa vero cum cibum sumpsisset, voluit paulisper quiescere. Postea cœpit vociferari, et cum lamentis ad januam se dejicere, virumque sanctum implorare. Ille vero e fenestra prospiciens, eamque videns angustiis et multo dolore compressam, dubitabat quidnam ei diceret aut faceret. Tunc illa, Precor te, inquit, ut me respicias, et signo crucis munias, quoniam dolore cordis opprimor. His ille auditis exiit, et statim igne multo accenso, prope mulierem sedit, ac sinistra manu igni admota, dextera sacrum oleum
B sumpsit, et eam calefacere cœpit propriæ manus calore, neque desinebat ejus pectus crucis signo munire. Illa igitur impudentiæ stimulis impulsa, cum irretire eum vellet, et in turpem libidinem concitare, Rogo, inquit, te diutius cor meum ungas, ut dolor, qui me comprimit, jam desinat. Ille, quæ ejus erat simplicitas, mulieri credens, quæque ad eam curandam pertinebant, attendens, simulque fraudem pravi dæmonis sciens ac metuens, ne forte ex multa in eam commiseratione sempiternam infirmitatem sibi afferret, duabus vel tribus horis constanter sinistram manum in ignem injectam detinuit, ita ut digitorum compages combustæ deciderint. Hoc ille faciebat contra
C diabolicas machinas militans, ut propter intolerabilem illum dolorem ex ignis flamma proficiscentem, nulla pessima cogitatio in ejus animum irreperet.

VII. Quod cum admirabiliter ab eo fieri mulier videret, et ipsa resipisceret (totam enim sancti viri manum fere igni consumptam videbat), lacrymans atque ingemiscens ad sancti viri pedes se dejecit, et suis manibus proprium pectus pulsans, clamabat : Hei mihi miseræ et excæcatæ! hei mihi, quod diaboli domicilium facta sum! Hæc cum sanctus vir audiret atque obstupesceret, Surge, inquit, mulier. Hoc dixit, et admodum festinanter e solo illam erexit, et attentas preces ad Deum mittens, Nuntia, inquit, mulier, quid hoc sit. Vixque
D ad se reversa, quo pacto res se habebat, singulatim exposuit, aperiens quas pravi Samaritæ, vel diabolus potius adversus justum virum insidias machinatus fuerat. Qua re audita, Dei servus magnopere ingemuit : cumque Dei gloriam celebrasset, et lacrymas multas emittens, Deo gratias egisset, illam catechismo instruxit, eique benedictiones impartitus, misit ad sanctissum Alexandrum episcopum. Mulier vero cum ad ecclesiam venisset, unamquamque rem ordine Deo ipsi primum, deinde et sanctissimo viro confessa est: qui et ipse cum plurimum eam instruxisset, eorumque malorum quæ commiserat, valde pœnitentem videret, immor-

talitatis lavacrum ei dedit, et mulierem quidem ipsam ad virginum monasterium misit; omnem vero populum religiosum, et Christi amatorem clerum cum congregasset, ex urbe et regione illa omnes Samaritas expulit, ac postea Dei servum Jacobum adiit, eumque ut bonus pater multum confirmavit. Ita vero et mulier supradicta per pœnitentiam Christo seipsam obtulit, ut et chara Deo esset, et adversus dæmones gratiam acciperet.

A οἷς ἔπραξεν μετανοοῦσαν, ἔδωκεν αὐτῇ τὸ τῆς ἀθανασίας λουτρὸν καὶ μετὰ ταῦτα τὴν μὲν γυναῖκα ἀπέστειλεν εἰς τὸ τῶν παρθένων ἀσκητήριον. Συναγαγὼν δὲ πάντα τὸν θεοφιλῆ κλῆρον καὶ τὸν φιλόχριστον λαόν, ἐξεδίωξεν τῆς τε πόλεως καὶ τῶν μερῶν ἐκείνων πάντας τοὺς εὑρεθέντας Σαμαρεῖτας, καὶ μετὰ ταῦτα παραγενόμενος πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ δοῦλον Ἰάκωβον, ἐπὶ πολὺ αὐτὸν, ὡς πατὴρ γνήσιος, ἐπεστήριξεν. Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ἡ προρρηθεῖσα γυνὴ ἐκ μετανοίας αὐτὴν τῷ Κυρίῳ προσήνεγκεν, ὡς τιμίαν ὀφθεῖσαν αὐτῷ, καὶ χαρίσματος κατὰ δαιμόνων καταξιωθῆναι.

CAPUT II.

Donum curationum. Secessus longinquior.

VIII. Facto autem intervallo quodam temporis, B filia cujusdam viri, qui principem locum in senatu obtinebat, impuro spiritu agitata, nominatim sanctum illum virum invocabat. Cum igitur ejus parentes ad Dei servum eam duxissent, ipsum rogabant, ut puellæ juventutem misericordia prosequeretur, et impurum spiritum ab ipsa expelleret. Cumque sanctus vir pro ea Deum precatus esset, et manus super illam imposuisset, statim divina ope dæmonem expulit, et puellam curavit. Ejus igitur parentes cum et Deo et ipsi gratias egissent, trecentos aureos nummos ei miserunt, quos non solum justus ille vir accipere ausus non est, sed ne videre quidem eos passus fuit; dicens, eisque persuadens, non decere divinarum rerum mercaturam facere, sed pauperibus illos potius dare. Ego enim, inquit, C eos non accipio; nam in solitudine degens istis non indigeo. Itaque gratias Deo agentes homines illos in eorum domos remisit.

Η'. Μετὰ δὲ χρόνον τινὰ, θυγάτηρ τινὸς τῶν πρωτευόντων τοῦ βουλευτηρίου ὑπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐνεργουμένη ἐβόα, ἐξ ὀνόματος ἐπικαλουμένη τὸν ἅγιον. Ἀγαγόντες οὖν αὐτὴν πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ δοῦλον οἱ ταύτης γονεῖς, παρεκάλουν αὐτὸν ἐλεῆσαι τὴν αὐτῆς νεότητα καὶ ἀπελάσαι ἀπ' αὐτῆς τὸν ἀκάθαρτον δαίμονα. Καὶ δὴ προσευξαμένου τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς καὶ τὰς χεῖρας αὐτῇ ἐπιθέντος, παραχρῆμα τῇ τοῦ Κυρίου χάριτι τὸν δαίμονα ἀπήλασεν καὶ τὴν παῖδα ἴασατο. Εὐχαριστήσαντες τοιγαροῦν οἱ ταύτης γονεῖς τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἁγίῳ ἀνδρὶ, ἀπέστειλαν αὐτῷ χρύσινα τριακόσια· ἅπερ ὁ δίκαιος οὐ μόνον λαβεῖν οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ' οὐδὲ ἰδεῖν κατεδέξατο, λέγων αὐτοῖς καὶ πείθων, μὴ δεῖν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐμπορίαν ποιεῖσθαι, Ἀλλὰ μᾶλλον δότε αὐτὰ τοῖς πτωχοῖς· Ἐγὼ γὰρ ταῦτα οὐ λαμβάνω· ἐν ἐρημίᾳ γὰρ διάγων, τούτων οὐ χρῄζω. Καὶ οὕτως εὐχαριστοῦντας αὐτοὺς τῷ Θεῷ, ἐν εἰρήνῃ ἀπέπεμψεν εἰς τὰ ἴδια.

IX. Aliquando vero cum adolescens quidam a dæmone tentatus fuisset, utroque pede dissolutus fuit: quem ejus consanguinei bajulantes, ad sanctum virum tulerunt, eum rogantes, ut pro ipso Deum precaretur. Ille autem cum tres dies jejunasset, et divinis precibus operam dedisset, paralyticum hominem sanum restituit, cui et benedixit, jussitque propriis pedibus in suam domum reverti. Multi alii ad eumdem veniebant, qui cum diversis morbis laborarent, omnes divina ope per ipsius preces curati, ad suas domos revertebantur.

Θ'. Ἄλλοτε δὲ νεανίας τις ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου ἐπηρεασθεὶς, ἀμφοτέρους αὐτοῦ τοὺς πόδας παρελύθη· καὶ δὴ τοῦτον οἱ ἴδιοι γονεῖς βαστάσαντες ἤγαγον πρὸς τὸν ἅγιον, παρακαλοῦντες αὐτὸν εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ. Ὁ δὲ τρεῖς ἡμέρας νηστεύσας, καὶ τῇ προσευχῇ προσκαρτερήσας, ὑγιῆ τὸν παραλυτικὸν ἀπεκατέστησεν· καὶ εὐλογήσας αὐτον, ἐπέτρεψεν αὐτῳ τοῖς ἰδίοις ποσὶν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἀπελθετν. Πολγοὶ δὲ καὶ ἄλλοι ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, νόσους διαφόρους ἔχοντες· καὶ πάντες, τῇ τοῦ Κυρίου χάριτι, διὰ τῶν εὐχῶν αὐτοῦ ἰώμενοι, ἀνεχώρουν.

X. Cum autem ille Dei servus se ab omnibus D multum honorari videret; et casum, qui ex honore ipso multis evenire solet, valde metueret, locum illum reliquit, et fugiens abiit procul ab urbe illa quadraginta milliaribus: cumque apud petras, quæ sunt ad ripam fluvii speluncam magnam invenisset, triginta annos illic habitavit, in precibus et hymnis totos dies ac noctes insumendo. Nutrimenta vero ipsa multo tempore ex herbis, quæ prope fluvium nascebantur, sibi conficiebat: postea parvum quemdam hortum ad ripam fluminis eleganter construxit, atque in eo aliquot horis dei opus faciens ex eo ipso cibum sibi comparabat.

Ι'. Ἰδὼν δὲ ἑαυτὸν ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ πανυ παρ' ἁπάντων τιμώμενον, καὶ τὴν ἐκ τῆς τιμῆς συμβαίνουσαν τοῖς πολλοῖς πτῶσιν δειλιάσας, ἀπέλιπε τὸν τόπον, καὶ φυγῇ χρησάμενος ἀπῆλθεν ὡς ἀπὸ μιλίων τεσσαράκοντα τῆς πόλεως ἐκείνης· καὶ εὑρὼν αὐτόθι σπήλαιον μέγα παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ Πέτρας, ἐπὶ τριάκοντα ἔτη κατῴκησεν εὐχαῖς καὶ ὕμνοις πάσας τὰς ἡμέρας καὶ νύκτας διατελέσας. Τὰς μέντοι διατροφὰς ἐπὶ πολὺν τὸν χρόνον ἐκ τῶν βοτανῶν εἶχεν τῶν πρὸς τῷ ποταμῷ φυομένων· μετὰ δὲ ταῦτα κηπάριον μικρὸν παρὰ τὴν ὄχθην φιλοκαλήσας, καὶ τουτο κατὰ μέρος [*f.* καθ' ἡμέραν] ἐργαζόμενος, ἐξ αὐτοῦ τὴν τροφὴν ἑαυτῷ περιεποιεῖτο. Ἐπὶ τοσοῦτον

δὲ ἡ πολιτεία αὐτοῦ περιβόητος γέγονεν, ὡς ἀπὸ εἴκοσι καὶ τριάκοντα μονῶν μοναχοὺς πρὸς αὐτὸν ἔρχεσθαι, καὶ κληρικοὺς, καὶ πολλοὺς κοσμικοὺς, πρὸς τὸ εὐλογεῖσθαι καὶ στηρίζεσθαι ὑπ' αὐτοῦ.

A Ita vero ejus vita celebrabatur, ut e viginti et triginta monasteriis monachi et clerici ad eum venirent, multique alii ex iis, qui mundi rebus occupantur, ad eum se conferrent, ut ejus benedictionem acciperent, et ab eo confirmari possent.

CAPUT III.

Lapsus in fornicationem et homicidium.

ΙΑ'. Ἀλλ' ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος, ὁ τοσαύτης χάριτος ἀξιωθεὶς, ἴσως ἐπάρσει τινὸς καὶ τύφῳ λιμφθεὶς [*f.* ληφθεὶς], πτώματι συγχωρεῖται πεσεῖν, καὶ πτώματι τῷ πάντων χαλεπωτάτῳ. Ὁ γὰρ παμμίαρος ἐχθρὸς τῶν Χριστιανῶν, ὁ ἀεὶ τοὺς καλῶς κατὰ θεὸν βιοῦσιν τὸν οἰκεῖον φθόνον ἐπαφιεὶς, εἰσελθὼν εἰς κόρην πλουσίου τινὸς θυγατέρα, ἤρξατο βοᾷν καὶ τὸν ἅγιον ἄνδρα ἐξ ὀνόματος ἐπικαλεῖσθαι, ὡς ἀναγκασθῆναι τοὺς γονεῖς τῆς κόρης περιελθεῖν, καὶ ἀνιχνεῦσαι πανταχόθεν τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ, μήτε μοναστήριον καταλείποντας, μήτε μὴν ἔρημον τόπον. Ὡς δὲ τοῦτον εὑρεῖν οὐδαμοῦ ἐδεδύνηντο, ἔγνωσάν τινα ἀναχωρητὴν εἶναι κατὰ τόνδε τὸν τόπον. Καὶ δὴ λαβὼν ὁ πατὴρ αὐτῆς τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας, καὶ παρασκευάσας τὴν κόρην ἅμα τῇ ἑαυτῆς μητρὶ ἐν τῷ βαστερνίῳ καθεσθῆναι, ἦλθον ἐπὶ τὸν καταμηνυθέντα αὐτοῖς τόπον, ἔνθα διῆγεν ὁ ἅγιος. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἔπεσεν πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ λέγων· Ἐλεήσον τὴν θυγατέρα μου, ὅτι δεινῶς βασανίζεται ὑπὸ τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος· ἰδοὺ γὰρ εἴκοσι λοιπὸν ἡμέραι, καὶ οὔτε σίτου, οὔτε ποτοῦ μετείληφεν, ἀλλὰ ἀναβοᾷ σπαράττουσα ἑαυτὴν καὶ τὸ ὄνομά σου ἐπικαλουμένη.

Sed talis ac tantus vir, tantaque gratia dignus effectus, fortasse elatione vel superbia captus, in lapsum, eumque omnium gravissimum, incidere permissus fuit. Nam scelestissimus humani generis inimicus, qui contra homines rectam et Deo gratam vitam degentes propriam invidiam exercet, in puellam quamdam ingressus, cujusdam divitis filiam, cœpit clamare, et S. Jacobum nominatim appellare; ita ut parentes puellæ circumirent, et ubique divinum illum hominem investigarent, neque monasterium, neque desertum aliquem locum prætereuntes. Quem cum invenire non possent, postea solitarium quemdam hominem in eo loco, quem supradiximus, esse cognoverunt. Pater igitur servos suos secum habens, et puellam jubens una cum matre in jumento sedere et eum sequi, venit in eum locum, de quo audierat, ubi et ille vir sanctus vitam degebat. Quem cum vidisset, et ad ejus pedes se abjecisset, Miserere, inquit, filiæ meæ, quoniam graviter ab impuro spiritu cruciatur : nam viginti dies sunt, quibus neque cibum, neque potum sumpsit, sed clamat seipsam lacerans, et nomen tuum appellans.

ΙΒ'. Καὶ στὰς ὁ ἅγιος προσηύξατο ὑπὲρ αὐτῆς· μετὰ δὲ τὸ πληρῶσαι αὐτὸν τὴν εὐχὴν, ἐνεφύσησε τῷ ἀκαθάρτῳ δαίμονι καὶ λέγει αὐτῷ· Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου τοῦ Χριστοῦ ἔξελθε ἀπ' αὐτῆς. Καὶ παραχρῆμα ὁ δαίμων ὡς ὑπὸ πυρὸς ἐλαυνόμενος ἐχώρησεν· ἡ δὲ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους πεσοῦσα, ἐπὶ πολλὰς τὰς ὥρας ἄφωνος ἔκειτο. Καὶ προσευξάμενος, αὐτὴν τῆς χειρὸς ἀναστήσας, παρέδωκεν αὐτὴν ὑγιῆ τοῖς γονεῦσιν. Ἰδόντες δὲ τὸ θαῦμα, καὶ ἐλιάσαντες, μήπως πάλιν ὑποστρέψας ὁ ἀκάθαρτος δαίμων εἰσέλθῃ αὐτὴν, παρεκάλεσαν αὐτὸν ἐπιμεῖναι τὴν παῖδα δύο ἡμέρας, ἄχρις οὗ παντελῶς ἀπαλλαγῇ τοῦ δαίμονος. Καὶ δὴ καταλιπόντες αὐτὴν, εἰς τὸν ἑαυτῶν οἶκον ὑπέστρεψαν.

XII. Tunc jussit puellam illuc duci : cumque se diutius precibus dedisset, sic ardenter pro ipsa precatus est, ut et locus, in quo stabant, contremuerit. Finitis vero precibus, insufflavit in illum impurum spiritum, et ait: In nomine Domini nostri Jesu Christi exi ab ista puella. Statimque dæmon ipse, tanquam igne aliquot impulsus, e puella discessit. Illa vero cum in solum cecidisset, multis horis jacuit sine voce: sed sanctus ille Deum precatus, eam, manu apprehensa, erexit, et parentibus suis reddidit. Qui cum miraculum illud vidissent, divinam gloriam collaudarunt. Sed metuentes, ne impurus ille dæmon reversus, in eam ingrederetur, ipsum rogarunt ut puella apud eum duos dies remaneret, quoad omnino a dæmone liberaretur. Puella igitur apud eum relicta, parentes in domum suam reversi sunt.

ΙΓ'. Προσῆκεν τοίνυν, καθὼς ἐν προοιμίοις εἰρήκαμεν, πρὸς ἀσφάλειαν καὶ οἰκοδομὴν τῶν τὴν ἀγγελικὴν ταύτην πολιτείαν μετιόντων, μὴ μόνον τὰ κατορθώματα τῶν τελείων διηγουμένους αὐτόθι τὰ καλὰ μόνον συλλέγοντας, ἀπείρους καὶ ἀγυμνάστους εἶναι τῶν κακοτέχνων παγίδων τοῦ παμμιάρου ἐχθροῦ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν δούλων αὐτοῦ· ἀλλ' ὥσπερ μεγίστας καὶ ἀληθεῖς ἀρετὰς τοῦ ἀνδρὸς κατελέξαμεν, οὕτω χρὴ καὶ τὸν ἐπενεχθέντα αὐτῷ χειμῶνα, καὶ τὴν ἐντεῦθεν αὐτῷ συμβᾶσαν πτῶσιν διηγήσασθαι, λέγοντας μετὰ ταῦτα, ὡς ἔνεστι, μετὰ τὴν τε-

XIII. Decet autem, sicut initio diximus, ad multorum cautionem et cœlestem hanc vitam exercentium ædificationem, non solum perfectorum hominum recte facta narrantes, bona tantum colligere ; sed ne malarum artium et laqueorum scelestissimi illius hostis imperiti sint, qui Deo serviunt; quemadmodum maximas et veras hujus hominis virtutes enumeravimus; ita, inquam, convenit, et fluctuationem in eum illatam, et inde maximum ejus lapsum, enarrare. Dicemus autem deinceps, ut decet, et ea miracula magna atque ingentia,

quæ post perfectam ipsius pœnitentiam et generosam confessionem per eumdem edita sunt. Quo enim nobiliorem exercitationem ac vitam antea egerat, eo major postea ipsius fuit lapsus. Quanto autem gravior fuit lapsus, eo major postea ipsius fuit et emendatio.

A λείαν αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ γενναίαν ἄσκησιν, ὑπερβάλλοντα τὰ θαύματα. Ὅσῳ γὰρ μεγάλην ἄσκησιν καὶ πολιτείαν τὸ πρότερον ἐπεδείξατο, τοσοῦτον μεγάλως ἐξέπεσεν· καὶ ὅσῳπερ μέγα πτῶμα, τοσοῦτον μείζων μετ' αὐτοῦ ἐπανόρθωσις γέγονεν.

XIV. Ille enim pessimus et impius Dei servorum inimicus, cum puellam, quæ curata fuerat, illic solam cum solo relictam vidisset, et velut ansam quamdam adversus justum hominem arripuisset, libidinosum spiritum in eum immisit : qui tantopere ipsum adortus est, ut qui exercitationis initio, quo tempore impiorum Samaritarum laquei per mulierem, quam supradiximus, parati fuerant, generoso et forti animo restiterat ; quippe ut diabolum superaret, per quem mulier adversus ipsum impulsa fuerat, sinistræ manus jacturam perferre maluerat; is, inquam, vir libidinis stimulo perci tus, divini timoris et tantæ sanationem gratiæ ac tam diuturnæ exercitationis, totque laborum oblitus fuerit ; et quamvis ad multam senectutem venisset, victus tamen dæmoni succubuerit : et in eum locum, qui ante cellam erat, egressus, puellam ipsam vitiaverit, et impietatis cœno seipsum commaculariť.

ΙΔ'. Ὁ γὰρ παγκάκιστος καὶ δυσσεβὴς ἐχθρὸς τῶν τοῦ Θεοῦ δούλων, ἰδὼν τὴν ἰαθεῖσαν κόρην, αὐτοθι μόνην πρὸς μόνον καταληφθεῖσαν, καὶ λαβὴν ὥσπερ τινὰ κατὰ τοῦ δικαίου δραξάμενος, τὸν τῆς πορνείας αὐτῷ ἐπαφίησιν δαίμονα. Ὃς ἐπὶ τοσοῦτον ἐπιτίθεται, ὥστε τοιοῦτον ἄνδρα, τὸν ἐν ἀρχαῖς τῆς ἀσκήσεως, ἡνίκα ταῖς τῶν δυσσεβῶν Σαμαρειτῶν παγῖσιν, ταῖς διὰ τῆς ἀνωτέρω δηλωθείσης γυναικὸς, γενναίως ἀντιστράτευσάμενος, τὸν καλόμην τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς ὑπομεῖναι ἑλόμενος πρὸς κατάλυσιν τοῦ ταύτην ἐπιπέμψαντος διαβόλου, οἴστρῳ ληφθέντα, καὶ τοῦ φόβου ἐπελαθόμενον τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς τοσαύτης αὐτῷ παρασχεθείσης χάριτος τῶν ἰαμάτων, καὶ τῆς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ἀσκήσεως καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς πολλῶν καμάτων, καὶ πρὸς τούτοις πρὸς γῆρας ἐληλακότα, λοιπὸν ὑποδῦναι τὴν ἧτταν, καὶ ἐξελθόντα εἰς τὸ προαύλιον προσφθαρῆναι τῇ κόρῃ, καὶ τῷ τῆς ἀνομίας ἑαυτὸν ἀναμῖξαι βορβόρῳ.

XV. Deinde vero, tanquam primordiis quibusdam dæmoni oblatis, coactus est superiori malo et alterum addere. Cum enim corruptor ille serpens vereretur, ne Jacobus ipse resipiscens ad emendationem veniret, quæ per pœnitentiam his præbetur, qui eam sincero animo inquirunt, ei viro, quem, ut sibi videbatur, captivum ducebat, suggessit, ut superiore peccato majus quiddam patraret : quasdam enim timiditatis cogitationes cum in ejus mentem injecisset, auctor illi fuit ut puellam a se vitiatam interficeret. Et eo igitur peccato superatus, ejus quoque cædem patravit, sperans scilicet ea re fieri posse, ut ejus puellæ parentum molestiam vitaret.

IE'. Ἐντεῦθεν, ὥσπερ τινὸς ἀρχῆς δοθείσης τῷ δαίμονι, προσθεῖναι τῷ πρώτῳ καὶ δεύτερον ἀναγκάζεται κακόν. Δείσας γὰρ ὁ λυμεὼν ὄφις τὴν ἐκ τῆς μετανοίας παρεχομένην τοῖς ταύτην εἰλικρινῶς ζητοῦσιν ἐπανόρθωσιν, παρασκευάζει τὸν, ὡς ἐνόμιζεν, ἑαυτοῦ αἰχμάλωτον, μεῖζον τοῦ προτέρου προσθεῖναι δυσσέβημα. Ἐνσπείρας γὰρ λογισμὸν δειλίας, αὐτὸν φονεῦσαι [*f.* αὐτοφονῆσαι] τὴν φθαρεῖσαν κόρην, αὐτῷ ὑποτίθεται. Ἡττηθεὶς δὲ καὶ ἐν τούτῳ, τὸν φόνον (*). . . . . .

XVI. Sed neque eo scelere contentus fuit verus ille malorum auctor diabolus, sed aliud etiam addidit, ut non solum interfectæ puellæ reliquias sepulturæ non mandaret, sed eas etiam in aquas fluvii sine misericordia aliqua projiceret. Talis est superbiæ et arrogantiæ fructus. Nisi enim ejusmodi peccato monachus ille se subjecisset, pravus hostis, tanquam in breve aliquod navigium vim omnem ac ventorum æstum effundens, eum senem nequaquam decorasset, a quo adhuc juvene victus fuerat; quem postea et ipse vicit, eo quod nimis elatum sensit.

CAPUT IV.

Motus desperationis.

XVII. Sed tamen egregia Christi summorum bonorum largitoris in homines benevolentia, qui omnes homines mavult salvos esse, quam perire, ei, qui lapsus fuerat atque humi jacebat, manum porrexit, et pœnitentiæ remediis insanabilia et graveolentia proprii figmenti, hoc est ejus viri, vulnera curavit, iisdemque ac majoribus gratiis post pœnitentiam eum decoravit. Hæc autem in medium proferre coacti sumus, ut sicut superiorem ejus vitam cognoscentes, Deum laudavimus, et quomodo lapsus fuerit audientes, in tristitiam incidimus ; ita et sinceram ipsius pœnitentiam ediscentes, non nobisipsis confidamus, sed in benignissimo Deo, ex quo gratiæ omnes proficiscuntur, spem collocemus; qui et nobis stantibus dat patientiam, ut perfecte stare possimus ; et pigritia cadentes sua manu sustentat, hoc est, opem nobis porrigit, ac pœnitentes pro sua in humanum genus charitate amplectitur.

XVIII. Etenim qui tot et talia mala patravit, quorum unumquodque gehennæ obnoxium eum fa-

(3) An tum hæc secta esse desierat ? Certe Procopius scribit sub Justiniano, « Samaritanos ut plurimum Christianos effectos : » ideoque « Justinianum lis vetustum in monte Garizin propugnaculum obcinctum reliquisse. »

(*) Reliqua hujus Vitæ codice desunt. Edit. Patr.

ciebat, Davidis exemplum [1] imitandum sibi propo- A suit, quo a lapsu erigi posset. Nam et David post adulterium rerum ordinem pervertit, et pro eo quod adulterii sui pœnas dare debuisset, cædem etiam addit ejus viri, cui prius injuriam fecerat. ille igitur cum animadverteret, quemadmodum Deus ipse ac benignus Dominus Davidis oratione placatus, statim peccata ei condonavit, ad pœnitentiæ portum confugit, sola spe ad animæ ipsius emendationem gubernatrice usus. Cum enim ad se rediisset, et e somno, ut aliquis diceret, excitatus esset, in cellam suam ingressus est, seque in terram cum abjecisset intolerabiles gemitus emittebat, pectus suum valde percutiens, et lacrymarum rivulos emittens.

XIX. Sed neque sic ab eo discessit impurus et B scelestissimus diabolus. Nam cum ejus viri propositum ac voluntatem ferre non posset, cœpit desperationis cogitationes in ejus animum injicere, cum hujusmodi pessima initia adversus humanum genus ex Judæ ipsius desperatione inferre conatus esset. Ille igitur ad sæculi consuetudinem redire decrevit. Sed benigni Christi voluntate factum est ut iter faciens, in monasterium quoddam veniret. Ad eos igitur monachos, qui illic erant, ingressus, ipsos salutavit: qui cum ejus pedes lavissent, et panem ei apposuissent, rogabant ut cibum sumeret. Ille vero cum neque eos fere audire pateretur, gravem gemitum emittens: Hei mihi, inquit, misero, quomodo potero in cœlum oculos erigere ? Quomodo ipsius Christi Domini nomen audebo invocare, C quem reprobavi ac dereliqui ? Quomodo audebo aliquid ex ipsius bonis attingere, qui anima et corpore adulter contra ipsum fui, et intemperantiæ libidinibus meipsum commiscui ? Cumque cœpisset narrare, quo pacto res se habuerat, illis omnia confessus est : qui multa tristitia ob eam rem affecti, et his, quæ diversis modis passus fuerat, commoti, pro viribus eum consolati sunt. Cumque benedictiones ei dedissent, et multas atque attentas preces pro eo ad Deum misissent, a se dimiserunt.

XX. Cum autem iter faceret, frater quidam ei occurrit, vere Christum in seipso habens: qui cum eum salutasset, coegit in suam cellam divertere : cumque ejus pedes lavisset, et omnia charitatis D officia illi præstitisset, panem apposuit, ipsumque adhortatus est, ut particeps fieret earum benedictionum, quas Deus misisset. Ille vero cum peccatorum suorum sibi conscius esset, pectus suum pulsans, diu recusabat cibum sumere. At Dei servus, apud quem ille diverterat, ad ipsius pedes se abjecit; eum consolans, et jurejurando affirmans, se non prius e terra surrecturum, quam promisisset, se illorum quæ apposita fuerant participem futurum. Id cum ille promisisset, Dei servus e terra surrexit, ut cibum sumeret. Postea vero quam ambo panem gustaverunt, et Deo gratias egerunt, rursus una sedebant.

XXI. Tunc is a quo Jacobus hospitio acceptus fuerat, ipsum affatus, Instrue, inquit, Pater, me in Christo filium tuum, et cor meum confirma, quoniam multis et variis cogitationibus valde sollicitor. Tunc ululans S. Jacobus, et cum lacrymis, gemitibus et lamentis suum pectus verberans : Sine, inquit, frater, me flere, et gravia peccata mea, quæque impie adversus Deum ausus sum, lamentari, quoniam in hac mea vana et turpi canitie, tanquam puer, a diabolo supplantatus, in interitum omnino immersus sum. Malis enim, quæ juvenis toleranter vici, nunc in senectute inhoneste me gerens succubui, cum in graveolentis stupri cœnum meipsum conjecerim, et alias his graviora peccata commiserim. Hæc cum ille audivisset, mœrore multo affectus est, eumque rogavit, ut singulatim fraudem diaboli narraret ; hæc duo ex ea re procurans, primum, quod sperabat peccati confessione ad pœnitentiam illum virum provocandum ; deinde, quod ex fratris lapsu cautionem sibi in posterum parare cupiebat. Ille igitur sic narrare cœpit :

XXII. Cum exercitatione accurata et valde laboriosa usus fuissem, et Deo ipsi quinquaginta annos innocenter servissem: postquam multam a benigno Deo gratiam accepi, multaque miracula per me scelestum perfecta sunt; postremo Satanas in puellam quamdam ingressus est : cujus parentes cum audivissent Christi gratiam mihi adesse, illam ad me duxerunt ut curari posset. Cumque me rogassent, ut pro illa Deum orarem, id feci; et divina ope factum est, ut impurus spiritus ab illa discederet. illi cum omnino eam curari cuperent, duos dies apud me puellam reliquerunt, ipsique in domum suam reversi sunt. Mente vero excæcatus ego, ad illam exii, et libidinis stimulo superatus, neque Deum hora illa mente habens, neque quod tam diuturnæ exercitationis labores perderem cogitans, sed omnia (ut summatim dicam) oblitus, et gehennam contemnens, ad stupri perniciosam ruinam cecidi. Cumque puellam vitiassem, malo malum curare volui, quinimo minori malo majus addidi. Nam dedecoris illius auctor dæmon me invadens, ejusdem puellæ cædem in mentem suggessit. Itaque post stuprum quod intuleram, illam ipsam interfeci, ejusque corpus in fluvium projeci. De mea igitur salute desperans, discessi, et nunc in in mundum revertor. Quomodo enim in cœli altitudinem oculos erigere potero ? Nam si Christum ipsum nominare ausus fuero, nunc ignis de cœlo descendens statim consumet.

CAPUT V.

Pœnitentia in sepulcro peracta.

XXIII. Hæc et talia cum ille multis lacrymis et gemitibus maximis enarraret, alter Dei servus hæc

[1] II. Reg. xi, 15.

audiens, divina gratia compunctus, in ejus collum cecidit, eumque osculans: Quæso, inquit, frater, ne animo decidas, neque de salute tua desperes: sed credens pœnitentiæ locum esse, lacrymas fundens benigno Deo confitere. Multum enim misericors est Dominus, et multa est misericordia, qua nos semper prosequitur. Quoad tempus habemus, pœnitentiam agamus. Nam si pœnitentia non esset, quomodo David post prophetiæ donum, post regnum, post Domini testimonium, in adulterii et cædis barathrum lapsus, verbis et re pœnitentiam ostendens, talium peccatorum remissionem assequi potuisset? Si pœnitentiæ locus non est, quomodo B. Petrus, apostolorum princeps, primusque discipulus, qui claves cœli a Deo accepit [2], cum Dominum Christum non semel, non his, sed ter negasset [3], et post hæc amare flevisset, non solum ejus peccati remissionem impetravit, sed majore etiam honore dignus fuit habitus, rationalium Christi ovium pastor effectus [4]? Nisi pœnitentia esset, quomodo eum, qui apud Corinthios fornicatus fuerat, assumi Apostolus mandasset: Ne, inquiens, circumveniatur a Satana [5]?

XXIV. His et talibus verbis cum ejus animum valde confirmasset verus et misericors frater, eum rogavit, ut secum una manere vellet: cumque ille nollet, ad cujus pedes Dei servus se abjecit, eosque osculatus, illum orabat, ne ab eo separaretur, cogitans ac metuens, ne aliquo modo in desperationem incideret, et animam suam omnino perderet. Cum vero vehementer eum admonens, rogans atque obsecrans, illi persuadere non posset, sanctus vir angustiis compressus et spiritu ingemiscens, atque pro eo magnopere Deum precatus, illum dimisit, cum benedictiones etiam dedisset, quibus in via uteretur. Cumque una cum illo usque ad quindecim milliaria ivisset, non desinebat ipsum hortari, longam de pœnitentia orationem habens. Eum deinde amplexus, et cum lacrymis osculatus, ac pro ipso Deum precatus, in cellulam suam reversus est.

XXV. Jacobus autem cum viæ, quæ in mundum ducebat, se dedisset, in itinere erat. Cumque partem quam viæ transegisset, et paulum declinasset, vetus quoddam sepulcrum invenit, ad figuram speluncæ factum, in quo plurima mortuorum ossa reposita erant, quæ temporis vetustate fere ut pulvis evaserant. Quo ingressus, cum ossa illa in unum collegisset, in quodam monumenti angulo ea reposuit: cumque veterem speluncæ januam occlusisset, et genua in terra posuisset, pectus verberans, magno cum ejulatu ac lamentatione ita Deo confitebatur: Quomodo ad te, Deus, oculos erigam? Quale confessionis meæ initium faciam? Quo animo, quaque conscientia fretus, impiam linguam et labia sordibus plena movere aggrediar? Primum cujusquam peccati remissionem A petere audebo? Da veniam, benignissime Domine. Esto propitius mihi indigno, bone Domine, neque perdas me cum turpissimis factis meis: non enim parvæ sunt impietates meæ. Stuprum commisi, cædem feci, sanguinem innocentem effudi. Ad hæc omnia miserum corpus aquis, feris ac volucribus escam dedi. Et nunc, Domine, tibi scienti omnia confiteor, harum rerum veniam a te postulans. Ne me despicias, Domine, sed pro tua misericordia et in homines charitate, miserere mei hominis impii atque indigni, et mihi copiosam misericordiam tuam impertias, omnemque iniquitatem meam remitte, ne in peccati profundam voraginem demersum obruat me vastatoris inimici procella, ne draco abyssi me devoret.

XXVI. Hac constanti pœnitentia et confessione B usus, decem annos in spelunca transegit, vel in sepulcro potius duram vitam tolerans, e loco illo non exiit, neque cum aliquo versatus est, neque quemquam allocutus: sed amaris lacrymis, gemitibus et lamentis intolerabilibus multaque compunctione omne tempus transegit, bis in hebdomada januam speluncæ aperiens, et olera, quæ erant prope ostium sepulcri, ubi ipse manebat, colligens; ex quibus tantum comedebat, quantum sibi satis esse putabat; atque in speluncam revertebatur, multas Deo gratias agens, omnique tempore precibus, vigiliis et confessionis perseverantiæ dans operam. Quamobrem benignus Deus, qui non vult mortem peccatoris [6], sed conversionem et vitam, tantum et C tam multum laborem non inanem neque inutilem esse passus est. Ejus enim puram et diligentissimam pœnitentiam attendens, tantorum et talium peccatorum veniam ei dedit.

CAPUT VI.

Pluvia impetrata. Alia miracula. Sancti obitus.

XXVII. Cumque et sancto illi homini, et omnibus aliis pœnitentiæ vim manifestam Deus ipse facere vellet, permisit, ut vehementissimus squalor et pluviæ penuria totam illam regionem detineret. Itaque post multa jejunia, preces et supplicationes, revelatum fuit civitatis illius religiosissimo episcopo, viro sancto et Deum metuenti, esse quemdam hominem, ea in regione in sepulcro habitantem, habitu quidem humilem, sed spiritu et animo sanctum; D qui si ab ipsis persuasus, Deum precatus fuisset, omnia mala quæ illi regioni imminerent, averteret. Sanctissimus itaque episcopus cum toto clero jussit omnes congregari ad visionem illam audiendam, quam eis narraturus erat, ut cum supplicationibus ad speluncam sibi revelatam, ad eum divinum hominem adirent. Cum id factum fuisset, et ad eum locum venissent, justum illum hominem invenerunt, multisque precibus ab eo petierunt, ut eorum regionis misereretur, et Deum precari vellet, ab eoque impetrare ut populo suo reconciliare-

[2] Matth. XVI, 19. [3] Matth. XXVI, 74. [4] Joan. XXI, 17. [5] II Cor. II, 11. [6] Ezech. XVIII, 32.

tur, et præsentem squalorem depellens, pluviam in eorum terram demitteret.

XXVIII. Ille nihil omnino eis respondens, suum pectus verberabat, neque in cœlum oculos erigere audens, id tantum dicebat: Propitius esto, Christe, multis meis impietatibus. Episcopus vero cum in supplicationibus atque hortationibus perseveraret, neque responsum aliquod ab eo reciperet, illo relicto, qui eo venerant, lamentantes reversi sunt. Cumque ad ecclesiam venissent, illic rursus lacrymantes et supplices a benigno Deo malorum liberationem quærebant. Cum vero multis diebus lamentantes ac jejunantes Deum implorarent, ut eis subvenire vellet, iterum eidem episcopo revelatum est, et clara vox audita fuit, quæ ita dixit: Abi ad servum meum Jacobum, quem tibi jam revelavi, eique persuadeas, ut de his rebus me orare velit : eo enim orante, iis malis quæ regioni impendent, liberi eritis.

XXIX. Reversus igitur cum toto clero et populo sanctus Dei sacerdos pergebat divino homini supplicationes afferre. Tunc ille invitus, ut brevi dicam, et multis supplicationibus adductus, et ab illo sancto episcopo persuasus, quod divina revelatione ad eum missus venisset, erectis in cœlum oculis, multo tempore attentas preces habuit : cumque adhuc in ejus ore preces essent, bonus et misericors Deus, qui omnia se metuentibus abunde et facile largitur, re ipsa illud divinarum Litterarum dictum implens : «Adhuc te loquente, dicam, Ecce adsum [7], » pluviam multam in terram demisit.

XXX. Quam majorem in modum admirati, hymnum pro gratiis agendis misericordi Deo et ejus magnificentiæ cecinerunt, ac reversi sunt: divinam vero gloriam celebrantes, ejus servos beatos prædicabant, qui per virtutis exercitationem, tali ac tanto honore et gratia digni efficerentur. Eo igitur maximo beneficio a benigno Deo adjuti, et divina illa plaga liberati, quæ per Dei servum Jacobum repulsa est, ad hodiernum usque diem per singulos annos illius diei memoriam celebrant, quo ariditate illa aerea liberati sunt : et hymnos, supplicationes et gratias assiduas Christo agunt.

XXXI. Multi vero diversis morbis detenti e populo ipso, una cum episcopo, consolationis et curationis causa ad Dei servum Jacobum confugiebant: quos ille oleo sancto unctos, et Christi nomine benedictos, ita sanabat, ut domum reversi gloriam Deo collaudarent, qui per servum suum curationem ipsis attulerat. Omnes igitur, qui civitatem ac finitimam regionem habitabant, ægrotos suos ad eum ferebant, vel rogabant, ut, ipsis absentibus, pro eorum salute ipse Deum oraret : ac statim divina ope curationem assequebantur: tanta enim gratia illi collata est, ut vel solo sermone statim impuros spiritus fugaret.

XXXII. Eodem autem ipso anno, quo acerbissima illa squaloris plaga repulsa est, Dei servus Jacobus accersivit sanctissimum episcopum, eumque rogavit, ut speluncam, hoc est, sepulcrum curaret, in quo jamdiu ipse domicilium habuerat, et ab eo petivit, ut mortuus illic sepeliretur. Id cum ille se facturum promisisset, et in urbem reversus esset, post paucos dies B. Jacobus in senectute bona obiit, quintum et septuagesimum annum agens. Quod cum religiosissimus episcopus cognovisset, ad eum locum cum toto clero et probis laicis accessit : qui cum aromatibus pretiosis eum condiissent, Deum ipsum et ejus gloriam celebrantes, venerandas ejus reliquias in illo ipso monumento deposuerunt.

XXXIII. Postea sanctus Dei sacerdos sacram ædem ad speluncam ædificavit, ejusque reliquias illuc transtulit. Quo in loco usque ad hodiernum diem multi curantur, ac tota civitas et finitima regio ejus memoriam singulis annis celebrans, diem magnum festum agit, in gloriam benigni Dei, qui sic illum honoravit : quem et nos consueto more et gloriose celebremus, benedicentes Patri, Filio et Spiritui sancto, cui gloria est et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

[7] Isa. LVIII, 9.

DE SANCTIS MARTYRIBUS ÆGYPTIIS CYRO ET JOANNE.

(Anno Christi 280, Januarii die 31. *Acta sanctorum Bolland. ad hanc diem.*

Celeberrima sunt SS. Cyri et Joannis nomina ob innumera ægris mortalibus collata ad eorum reliquias beneficia. De his ita scribit Baronius in notis ad Martyrologium : « Acta ipsorum tam Græcis quam Latinis fuere notissima ; habemus et nos ea in quinto, septimo ac decimo tomo antiquorum codd. mss. qui aliquibus ecclesiis Romæ usui erant, ubi secundum ordinem mensium scriptæ habentur sanctorum Vitæ. In his ergo Acta prædictorum martyrum nacti sumus, auctore Petro quo-

dam, qui ea exscripsit poscente Gregorio, Joannis consularis filio; rursus eadem invenimus in ms. codice S. Mariæ ad Martyres: in quibus omnibus habetur expressum hos passos esse Alexandriæ, anno IX persecutionis Diocletiani imp., tuncque etiam martyrium subiisse tres sanctas virgines Theodoram, Theotistam (Lipoman. t. V), et Eudoxiam cum matre Athanasia. Eadem omnia habentur penes Metaphrasten (Surius t. I), in quibus desideratur tempus martyrii ; habent tamen quædam supperaddita miracula quæ apud dictos Latinos codices non invenimus. Habuit Sophronius, episcopus Hierosolymitanus, præclaram orationem (*a*) de iisdem martyribus quæ citatur in concilis Nicæno II, act. 4, et a S. Joanne Damasceno, orat. III *De imaginibus* »

(*a*) Orationem hanc prolixissimam dedimus in tomi nostri LXXXVII parte tertia, col. 3773, ex editione card. Ang. Maii. Patres Bollandiani Vitam SS. Cyri et Joannis exhibent ab Othone Zylio « ex veteri codice Græco » Latine versam, quam « incerto auctori, sed antiquo » ascribunt; nos Surii versionem Latinam adhibemus e regione cujus textum Græcum ex cod. Reg. Paris nunc primum exscriptum ponimus. EDIT. PATR.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΩΝ

ΑΒΒΑ ΚΥΡΟΥ ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΟΥ.

—

VITA ET MARTYRIUM

SS. THAUMATURGORUM

ABBATIS CYRI ET JOANNIS

—

I. Cyrus ille, clara stella martyrum, ex clarissima A quoque fuit civitate Alexandria, quæ sita est in Ægypto: quam fama est ædificasse Macedonem, et eam suo impertiisse nomine. Erat autem Cyrus, religione quidem fidelis a parentibus, vita vero laudabilis, arte autem medicus: ejus officina in hodiernum usque diem nota est omnibus, sed mutato nomine, ut quæ jam Dei templum et ædes Sanctorum trium Puerorum appelletur: simul vero quodammodo commutata etiam operatione, aut effecta potius diviniore, et pro illa priore morborum liberatione, quam præbebat ars medicina, laboresque, et artis medicamenta, modo omnis generis et quæ sua sponte fiunt, scatens miraculis. Quemadmodum autem hanc acceperit mutationem, ab alto petita declarabit oratio.

II. Apollinaris, non vehemens ille veritatis et rectorum dogmatum inimicus, qui etiam in Laodicenam sedem magnum effudit dedecus : sed ille potius ardens amator veritatis, et defensor priorum dogmatum, tanto illo gloria et moribus excellentior, quanta erat in eodem nomine convenientia, cui cum Dei sententia commissa fuisset sedes Alexandrina (ut vult vera, quæ de ea jactatur, fama) B

Α'. Κῦρος ὁ περιφανὴς τῶν μαρτύρων ἀστὴρ, πόλεως μὲν καὶ αὐτῆς ἐτύγχανε περιφανεστάτης. Ἀλεξανδρείας τῆς πρὸς Αἰγύπτῳ κειμένης, ἣν οἰκίσαι τε τὸν Μακεδόνα λόγος, καὶ ὀνόματος αὐτοῦ μεταδοῦναι. Ἦν δὲ ὁ Κῦρος τὸ σέβας ἐκ πατέρων πιστὸς, τὸν βίον ἐπαινετὸς, τὴν τέχνην ἰατρὸς, οὗ μέχρι καὶ νῦν τὸ ἐργαστήριον ἅπασι γνώριμον, μεταβαλὸν μὲν τὴν ἐπωνυμίαν, καὶ Θεοῦ νεὼς ἤδη καὶ ἱερὸν τῶν Ἁγίων Τριῶν Παίδων καλούμενον· συμμεταβαλὸν δέ πως καὶ τὴν ἐνέργειαν, ἢ θειοτέραν μᾶλλον αὐτὴν ἐργασάμενον, καὶ ἀντὶ τῆς προτέρας ἐκείνης τῶν νόσων ἀπαλλαγῆς, ἣν ἰατρικὴ τέχνη, καὶ πόνοι, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης παρεῖχον φάρμακα, παντοδαποῖς ἄρτι καὶ αὐτομάτοις βρύον τοῖς θαύμασι. Ὅπως δὲ καὶ τὴν μεταβολὴν ἐδέξατο ταύτην, ἄνωθεν ὁ λόγος δηλώσει.

Β'. Ἀπολινάριος, οὐχ ὁ σφοδρὸς ἐκεῖνος τῆς ἀληθείας καὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἐχθρὸς, ὁ καὶ τοῦ Λαοδικέων θρόνου πολλὴν αἰσχύνην καταχεάμενος· ἀλλ' ὁ τῆς ἀληθείας μᾶλλον διάπυρος ἐραστὴς, καὶ τῶν εὐσεβῶν δογμάτων ἐκδικητὴς, τοσοῦτον ἐκείνου δόξῃ καὶ τοῖς τρόποις διάφορος, ὅσον ὀνόματος ταυτότητι κοινωνὸς, ὃς ψήφῳ Θεοῦ τὸν τῶν Ἀλεξανδρέων ἐγχειρισθεὶς θρόνον (ὡς ὁ πολύς τε καὶ ἀληθὴς περὶ

αὐτοῦ βούλεται λόγος, ὅτι κρίσει θειοτέρᾳ καί τινος ἀνδρὸς προῤῥήσει τὰ μέλλοντα βλέπειν ἱκανοῦ τὸν ἱερατικὸν ἐπιστεύθη θρόνον). Οὗτος οὖν ὁ Ἀπολινάριος, ἤδη τῆς ἀρχιερωσύνης ἐπιλαβόμενος, ἔτρεφέ τινα καὶ ἀδελφιδοῦν, ἔτρεφε δὲ λίαν ἐπιμελῶς τε καὶ φιλαρέτως, ἵν' ὥσπερ αὐτὸν ἔσχεν ἐγγίζοντα κατὰ γένος, οὕτω πολλῷ μᾶλλον καὶ τῷ βίῳ δείξῃ συγγενῶς ἔχοντα. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀνδρὸς οὗτος ἐλάμβανεν ἡλικίαν καὶ νεότητος ἀκμῇ σφριγῶν ἦν, οὐ κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν νέων ἔκδοτον ἑαυτὸν ταῖς τῆς φύσεως ἀνῆκεν ὁρμαῖς, χαλινὰ πάντα χαλάσας· οὐδὲ κλέπτειν εἵλετο τὰς οὐ καλὰς ἡδονὰς λαθραίαις καὶ νυκτεριναῖς ἐξόδοις· ἀλλὰ μηδὲν τοιοῦτον μᾶλλον ἐθέλων παθεῖν, εὐγενῶς καὶ ἐλευθερίως τῷ θείῳ καὶ ἀρχιερεῖ προσελθών, ἐννόμου γυναικὸς ᾔτησε συζυγίαν. Ὁ δὲ θεῖος ὄντως ἐκεῖνος ἀνὴρ οὐδὲ μέχρι τοῦ καὶ ὦτων ψαῦσαι τὸν λόγον ἀνασχόμενος, πολλοῖς ἐκέχρητο πρὸς αὐτὸν λόγοις, τῶν τοῦ γάμου θορύβων ὑπομιμνήσκων καὶ ἀπάγειν αὐτὸν τῆς γνώμης πειρώμενος. Ἐπεὶ δὲ σφοδρῶς ἐγκείμενον ἑώρα, καὶ μηδὲ μικρὸν ὑποδιδόντα τὴν ἔνστασιν, σοφίζεται τὸ πρᾶγμα λίαν καλῶς, ἐπιθυμίαν ἔχειν εἰπὼν ναὸν τοῖς τρισὶν ἁγίοις παισὶν ἀνεγεῖραι, Οὕτινος σε χρὴ προστῆναι τῆς οἰκοδομίας τό γε νῦν ἔχον· ἔπειτα, τοῦ ἔργου εἰς πέρας ἐλθόντος, καὶ σοὶ χωρήσει, φησὶ, κατὰ γνώμην τὸ σπουδαζόμενον. Ἤκουσεν ἐκεῖνος, καὶ ἡδέως λίαν ἀνεδέξατο τὸ ἐπίταγμα, θέρμην ἐπιθυμίας ἐλπίσι χρηστοῖς ἀναψύχων καὶ ἀνακτώμενος.

A quod divino judicio, et cujüsdam viri, qui futura prævidebat, prædictione, ejus fidei sacerdotalis esset sedes credita. Hic ergo Apollinaris cum jam pervenisset ad pontificatum, alebat etiam quemdam suæ sororis filium, diligenter admodum et ex virtute: ut quomodo cum habebat genere propinquum, ita multo magis eum redderet vita conjunctum. Cum vero is ad virilem pervenisset ætatem et ad florem juventutis, non, ut multi juvenes, se dedit et permisit naturæ appetitionibus, lavatis frenis omnibus: neque clam noctuque egrediendo voluit non honestas suffurari voluptates, sed potius volens nihil ei ejusmodi accidere, ad patrum suum et pontificem libere et ingenue accedens, petiit legitimæ uxoris conjugium. Vir autem ille vere divinus, B cum ne auditione quidem, quod dicebat, accipere sustinuisset, apud eum multis verbis est usus, turbas matrimonii revocans in memoriam, et tentans eum ab illa abducere sententia. Postquam vero vidit eum valde instare, et de constantia ne tantillum quidem remittere, valde pulchre hoc excogitat, dicens se cupere excitare templum tribus sanctis pueris: Cujus quidem ædificationis oportet te, inquit, in præsentia curam gerere; deinde, hoc opere ad finem perducto, hoc cujus studio teneris, id tibi succedet ex sententia. Audiit ille, et lubenter admodum suscepi quod jussus fuerat, calorem cupiditatis bona spe refrigerans et recreans.

Γ'. Ἦν δέ τις αὐτόθι τόπος Δορύζιν οὕτω καλούμενος· οὗ δὴ καὶ δόξαν ἐγεῖραι τὸ ἱερὸν, ἔργου κατὰ C πᾶσαν σπουδὴν αὐτὸς εἶχετο, καὶ τὸ μὲν εἰς γηρωκομεῖον εὐθὺς, τὸ δὲ εἰς αὐλὴν ἀφωρίζετο· ἡ αὐλὴ δὲ μεταξὺ τὸ φθόμενον τοῦτο περιελάμβανεν, ὅπερ εἰς ναὸν μεταβαλόντες, τοῦ ὀνόματος μόνον, ὡς ἤδη φθάσαντες ἔφημεν, οὐκ ἔτι δὲ καὶ τοῦ πράγματος ἀπέστησαν, ὅτι μὴ καὶ μᾶλλον ἀληθὲς αὐτὸ καὶ ἰατρεῖον πάθους παντὸς ἀνθρώποις εἰργάσαντο. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν δὴ τοῦτον μετεποιήθη τὸν τρόπον, καὶ ναὸς ἐξ ἰατρείου κατέστη, ἄμισθον ἀληθῶς ἰατρεῖον, ταχεῖα νόσων ἀπαλλαγὴ, θεραπεῖα μέλλησιν ἔχουσα μηδεμίαν, ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτήσεις πολλάκις τῶν πασχόντων φθάνουσα. Ἡμῖν δὲ καὶ τὰ ἑξῆς προσθετέον, καὶ οὐ ζημιωτέον θαῦμα καλὸν ἀκοὰς διψώσας λόγων ἐπωφελῶν, εἰ καὶ μετρίᾳ δόξῃ παρέκβασις τοῦ μετὰ χεῖρας σκοποῦ, ἡ προσθήκη τοῦ διηγήματος. D

III. Erat autem illic quidem locus, qui vocabatur Dorysim. Quo quidem in loco cum visum esset excitare ædem, ipse toto studio instabat operi: et illud quid statim ad gerontocomium, hoc vero deputabatur ad atrium: atrium autem intercipiebat hanc, quæ vulgo celebratur, officinam. Quam quidem cum in templum mutassent, a nomine solum, ut jam prius diximus, non autem a re etiam recesserunt, nisi quod eam effecerunt veriorem cujusvis hominem morbi medendi officinam. Sed ea quidem hoc modo est transmutata, et ex medici officina templum eet constitutum: vere quidem gratuita, et nullam accipiens mercedem medici officina velox morborum liberatio, curatio quæ nullam habet dilationem, sed eorum qui laborant præveniens petitiones. Nobis autem sunt etiam ea quæ deinceps consequuntur addenda, neque sunt pulchro privandæ miraculo aures, quæ utiles sitiunt orationes, etiamsi ab instituto satis longa videbitur digressio, additio narrationis.

